




BRISSON
REGNUM
ANIMALE

2



A
47
386







GR	OSPITAL	AL
GR		
Sala:	A	
E. ant.	47	
	386	

10

~~13~~
8-26

A-598.2 BRI

ORNITHOLOGIA.

T O M U S II.



BIBL.	OSPITAL	AL
	GR	
Sala:	A	
E'anti:	47	
	386	

D-V-10

~~13~~
8-26

A-598.2 BRI

ORNITHOLOGIA.

TOMUS II.



ОРИНТОЛОГИЯ

Том II



ORNITHOLOGIA

S I V E

SYNOPSIS METHODICA

Sistens AVIUM Divisionem in Ordines,
Sectiones, Genera, Species,
ipsarumque Varietates.

*Cum brevi & accurata cujusque Speciei Descriptione,
Citationibus Auctorum de iis tractantium, No-
minibus eis ab ipsis impositis, Nomi-
nibusque vulgaribus.*

A. D. B R I S S O N,

Regiæ Scientiarum Academiæ Socio.

T O M U S II.



LUGDUNI BATAVORUM,
Apud THEODORUM HAAK.

MDCCLXIII.

R
1675

ORNITHOLOGIA

PLATE

SYNOPSIS



Species Avium, Divisiones, Genera, Species, Sectiones, Genera, Species, Varietates

Cum brevis & accurata catalogus species Descriptiones
Characterum, Auctorum de his tractantium, No-
minibus eis ad ipsos impo-
sitibus, additur.

A. D. B. R. I. S. S. O. N.

Regis Scientiarum Academiae Socius.

TOMUS II.

1672



THEODORI BASSANI
THEODORI BASSANI
MDCCLXXII



R E G N U M A N I M A L E.

C L A S S I S III.

A V E S.

O R D O XII.

AVES Digitis quatuor, membranis destitutis, tribus scilicet anticis, uno postico, omnibus circiter usque ad exortum discretis: cruribus ad calcaneum usque plumosis: & rostro filiformi donatæ.



OMNIUM hujus Ordinis Avium digitus trium anticorum medius ab exortu ad primum usque articulum cum extimo arcte cohæret.

Aliæ rostro donantur arcuato: aliæ rostro recto. In duas sectiones eas dividimus: prima continet eas quæ rostrum habent arcuatum, ut *Certhia*, *Polytmus*: & secunda illas quæ rostrum habent rectum, ut *Mellisuga*.

S E C T I O I.

Eæ quæ rostrum habent arcuatum.

Duobus Avium generibus constituitur hæc sectio. In aliis rostrum versus apicem crassitie sensim atque
Tom. II. A

fenſim minuitur, & in aciem acutiſſimum deſinit, ut in *Certhia*: in aliis vero roſtrum per totam ferme longitudinem æque craſſum eſt, & verſus apicem parumper ampliatur. Hujus generis Aves pedibus donantur breviſſimis, ut *Polytmus*.

XLIII. Genus *Certhiæ*.

Hujus character eſt

Digiti quatuor, membranis deſtituti; tres ſcilicet antici, poſticus unus; omnes circiter uſque ad exortum discreti:

Crura ad calcaneum uſque plumoſa:

Roſtrum filiforme, arcuatum, verſus apicem craſſitie ſenſim atque ſenſim imminutum, & in aciem acutiſſimum deſinens.

** I. C E R T H I A.

Certhia ſuperne fuſco-rufefcens, pennis in medio albidis, circa margines nigricantibus, inferne alba, cum aliqua rufefcentis mixtura; uropygio rufo; oculorum ambitu & tænia ſupra oculos alborufefcentibus; remigibus quibusdam grifeo-fuſcis, & aliis fuſcis, tæniis ac maculis rufefcentibus & nigricantibus inſignitis; 10 rectricibus grifeo-rufis, cuneiformibus. . . . LE GRIMPÉREAU.

Certhia. *Aldrov.* *Jonſt.* *Willugh.* *Raj.* *Charlet.* *Moëbr.* *Certhia familiaris.* *Linn.* *Certhia.* *Certhius Turneri.* *Certhias.* vel *Certhius Ariſtotelis.* *Gefn.* *Certhius minor.* *Friſeb.* *hujus icon accurata.* *Scandulaca arborum.* *Schwenck.* *Scandulaca arborum;* *Certhia Aldrovandi;* *Calidris cinerea;* *Crepera Turneri.* *Rzac.* *Falcinellus arboreus noſtras.* *Rarycheus Alberti.* *Klein.* *Grimpereau,* *Grimpreau petit.* *Bel.* *Petit Grimpereau d'arbres.* *Alb.* *Germanice,* *RINNEN-KLAEBER.* *Anglice,* *CREEPER.*

Craſſitie *Regulum* non multum ſuperat. Ipſius longitudo a roſtri apice ad caudam extremam $4\frac{1}{2}$ pollices æquat. Roſtrum 8 lineas longum eſt; cauda 2 pollices; digitorum anticorum medius $7\frac{1}{2}$ lineas: late-

laterales paulo sunt breviores; posticus anticorum medii longitudinem obtinet. Extremitates majorum remigum $6\frac{1}{2}$ pollicum intervallo distant; alæ complicatæ ad tertiam circiter longitudinis caudæ partem usque protenduntur. Oculorum irides avellanæ. Mandibula superior fusca, inferior candicans. Pedes, unguesque grisei. Arborum truncos, ramosque scandit, more *Picorum*. *Picorum* instar, in cavis arboribus quoque nidificat; & uno incubitu maximam Pullorum copiam educat.

A. C E R T H I A M A J O R.

LE GRAND GRIMPEREAU.

Certhius major. *Frisch. bujus icon accurata*. *Falci-nel-lus arboreus nostras*. *Klein*. *Germanice*, GRAU-SPECHT.

A præcedente discrepat tantum magnitudine, qua eam antecellit. Varietatem illam nondum vidi.

† ** 2. C E R T H I A M U R A L I S.

Certhia cinerea, superne dilutius, inferne saturatius; (gutturæ & collo inferiore nigris, *mas*); tectricibus alarum, remigibusque exterius in prima medietate roseis, albo & fulvo maculatis; rectricibus 12 nigricantibus, in apice fordide cinereo simbriatis, binis utrinque extimis in apice albis. . . . LE GRIMPEREAU DE MURAILLE.

Picus muralis. *Gesn. Schwenck*. *Picus murarius*. *Aldrov. Jonst. Charlet. Willughb. Raj. Rzac*. *Merops Pyrenæicus*, cinereus, alarum costis coccineis, reptatrix. *Barr*. *Pic de muraille ou d'Auvergne*, *Ternier, Eschelette, Bel*. *Germanice*, MUR-SPECHT. *Anglice*, WALL-CREEPER.

Cum *Passere* crassitie circiter convenit. Ipsi-us longitudo $6\frac{1}{2}$ pollices explet. Rostrum 14 lineas longum est; (sunt quarum rostrum 20 linearum longitudinem obtinet); cauda $1\frac{1}{2}$ pollicem; digitorum anticorum medius $9\frac{1}{2}$ lineas: laterales paulo sunt

breviores; posticus anticorum medium longitudine multum antecellit. Extremitatum alarum distantia est 10 pollicum; alæ complicatæ nonnihil ultra duas tertias caudæ partes extenduntur. Rostrum, pedes, unguesque nigri. Ungues longissimi.

Fœmina a mare discrepat gutture albido, quod in mare nigrum.

Muros scandunt eodem modo quo *Pici* arborum truncos, ramosque, & *Insectis* in ipsorum rimulis habitantibus vicitant. In arborum foraminibus nidificant. Habitant in *Burgundia*, *Arvernia* & quibusdam aliis *Galliæ* & quidem *Europæ* locis.

† ** 3. *CERTHIA MARTINICANA* SIVE *SACCHARIVORA*.
Certhia superne nigricans, inferne lutea; tænia supra oculos albo-flavicante; gutture albido; rectricibus 12 nigricantibus, duabus utrinque extremis in apice albis. . . . LE GRIMPEREAU DE LA MARTINIQUE OU LE SUCRIER.

Luscinia, seu *Philomela* e fusco & luteo varia. *Sloane*, *Raj*, *Klein*. *Anglice*, BLACK AND YELLOW BIRD.

Certhiam nostratam crassitie circiter æquat. Ipsius longitudo $3\frac{7}{12}$ pollices explet. Rostrum 6 lineas longum est; cauda 16 lineas; digitorum anticorum medius 6 lineas: laterales multo sunt breviores; & posticus laterales longitudinem nonnihil excedit. Extremitatum alarum distantia est 6 pollicum; alæ complicatæ ad duas tertias caudæ partes protenduntur. Rostrum nigrum. Pedes, unguesque nigricantes. Habitat in *Jamaïca* & *Martinica*.

† ** 4. *CERTHIA PHILIPPENSIS*.

Certhia superne griseo—fusca, ad viridescentem colorem inclinans, inferne alba, ad sulphureum vergens; remigibus fuscis, & ex 12 rectricibus binis intermediis nigris, oris exterioribus viridivireo colore variantibus, lateralibus nigricantibus

bus in apice albidis. . . . LE GRIMPEREAU DES PHILIPPINES.

Certhiæ nostrati paululum crassitie cedit. Ipsi longitudo $4\frac{1}{2}$ pollices æquat. Rostrum 1 pollicem longum est; cauda 15 lineas; digitorum anticorum medius $5\frac{1}{2}$ lineas: laterales paulo sunt breviores; posticus anticorum medium fere adæquat. Extremitates majorum remigum $6\frac{1}{4}$ pollicum intervallo distant; alæ complicatæ duas tertias caudæ partes attingunt. Rostrum, pedes, unguesque nigri. Habitat in *Philippensibus Insulis*.

† ** 5. CERTHIA PHILIPPENSIS GRISEA.

Certhia superne griseo—fusca, inferne albo—flavicans; collo inferiore tænia longitudinali saturate violacea insignito; rectricibus alarum superioribus violaceo—chalybeis; remigibus fuscis, & 12 rectricibus nigris, exterius violaceo—chalybeo fimbriatis, lateralibus in apice albidis. . . . LE GRIMPEREAU GRIS DES PHILIPPINES.

Præcedenti nonnihil crassitie cedit. Ipsi longitudo $4\frac{2}{3}$ pollices æquat. Rostrum 9 lineas longum est; cauda 15 lineas; digitorum anticorum medius $5\frac{1}{2}$ lineas: laterales paulo sunt breviores; & posticus anticorum medium fere adæquat. Extremitates majorum remigum $6\frac{1}{4}$ pollicum intervallo distant; alæ complicatæ ad duas tertias caudæ partes protenduntur. Rostrum, pedes, unguesque nigri. Habitat in *Philippensibus Insulis*.

† ** 6. CERTHIA PHILIPPENSIS MINOR.

Certhia superne griseo—fusca, inferne lutea; gutture macula saturate violacea insignito; rectricibus 12 saturate fuscis; binis utrinque extimis in apice albo—flavicantibus. . . . LE PETIT GRIMPEREAU DES PHILIPPINES.

Præcedenti multum crassitie cedit. Ipsi longi-

6 REGNUM ANIMALE.

tudo $3\frac{1}{2}$ pollices explet. Rostrum 9 lineas longum est; cauda 15 lineas; digitorum anticorum medius $4\frac{1}{2}$ lineas: laterales paulo sunt breviores; posticus ad anticorum medii longitudinem accedit. Extremitatum alarum distantia est $5\frac{1}{2}$ pollicum; alæ complicatæ duas tertias partes longitudinis caudæ attingunt. Rostrum, pedes, unguesque nigricant. Habitat in *Philippensibus Insulis*.

† ** 7. CERTHIA CAPITIS BONÆ SPEI.

Certhia griseo—fusca, superne saturatius, inferne dilutius; 12 rectricibus nigricantibus, oris exterioribus griseo—fuscis, extima exterius albido fimbriata. . . LE GRIMPEREAU DU CAP DE BONNE ESPERANCE.

Regulum crassitie circiter æquat. Ipsius longitudo $4\frac{1}{2}$ pollices explet. Rostrum $8\frac{1}{2}$ lineas longum est; cauda $1\frac{1}{2}$ pollicem; digitorum medius 5 lineas; laterales paulo sunt breviores; posticus medium longitudine æmulatur. Extremitatum alarum distantia est 6 pollicum; alæ complicatæ mediam caudam attingunt. Rostrum, pedes, unguesque nigricantes. Coloribus lucidis nullo modo perlustratur hæc *Avis*, secus ac in plerisque hujus generis speciebus evenit: forsan hæc est cujusdam speciei sæmina. Habitat in *Capite Bonæ Spei*.

8. CERTHIA BAHAMENSIS.

Certhia superne fusca, inferne lutea; tænia supra oculos candida; marginibus alarum luteis; rectricibus 12 superne fuscis, subtus sordide albis. . . LE GRIMPEREAU DE BAHAMA.

Luscinia pectore flavo. *Klein.* Mésange de Bahama.
Catesb. avec une figure exacte. *Anglice*, BAHAMA
TITMOUSE.

Crassitie *Certhiam nostratam* paululum antecellit. Ipsius longitudo $4\frac{2}{3}$ pollices circiter æquat. Ros-
trum

trum 6 lineas longum est; cauda 2 pollices; digitorum medius $5\frac{1}{2}$ lineas: laterales paulo sunt breviores; & posticus medium fere adæquat. Alæ complicatæ ad tertiam circiter caudæ partem protendantur. Rostrum nigrum. Pedes, unguesque fusci. Habitat in *Bahamensî Insula*.

9. CERTHIA INDICA.

Certhia superne fusca, cupri puri colore varians, inferne alba; tænia supra oculos candida; fasciola utrinque rostrum inter & oculum obscure fusca; rectricibus 12 nigricantibus, extima in apice alba. . . . LE GRIMPÉREAU DES INDES.

Certhia pusilla. Linn. Falcinellus fuscus, ventre albicante. Klein. Petit Grimpereau brun & blanc. Edwards, avec une figure exacte.

Calendula crassitie cedit. Ipsi longitudo $3\frac{7}{8}$ pollices circiter æquat. Rostrum 8 lineas longum est; cauda 13 lineas; digitorum medius 5 lineas: laterales paulo sunt breviores; & posticus anticorum medio fere æqualis: Alæ complicatæ ad tres quartas caudæ partes extenduntur. Rostrum obscure fuscum. Pedes, unguesque fusci. Habitat in *India Orientali*.

† ** 10. CERTHIA PHILIPPENSIS OLIVACEA.

Certhia superne obscure olivacea, inferne lutea; collo inferiore & pectore splendide saturate violaceis; remigibus, & 12 rectricibus fuscis, oris exterioribus obscure olivaceis. . . . LE GRIMPÉREAU OLIVE DES PHILIPPINES.

Crassitie Regulum circiter æmulatur. Ipsi longitudo 4 pollices æquat. Rostrum $9\frac{1}{2}$ lineas longum est; cauda 14 lineas; digitorum medius 5 lineas; laterales paulo sunt breviores; posticus lateralium longitudinem nonnihil excedit. Extremitates alarum 6 pollicum intervallo distant; alæ complicatæ

duas tertias caudæ partes non attingunt. Rostrum nigrum. Pedes, unguesque saturate cinerei. Habitat in *Philippensibus Insulis*.

† ** II. CERTHIA MADAGASCARIENSIS OLIVACEA.

Certhia superne obscure viridi—olivacea, vertice obscuriore, inferne griseo—fusca; oculorum ambitu candicante; remigibus, & 12 rectricibus fuscis, oris exterioribus obscure viridi—olivaceis.
 LE GRIMPÉREAU OLIVE DE MADAGASCAR.

Certhiæ nostrati crassitie cedit. Ipsi longitudo 4 pollices explet. Rostrum $6\frac{1}{2}$ lineas longum est; cauda $1\frac{7}{8}$ pollicem; digitorum medius $5\frac{1}{2}$ lineas: laterales paulo sunt breviores; posticus medio fere æqualis. Extremitatum alarum distantia est $6\frac{1}{2}$ pollicum; alæ complicatæ ad duas fere tertias caudæ partes extenduntur. Rostrum nigricans. Pedes, unguesque fusci. Habitat in *Madagascaria*.

† ** 12. CERTHIA CAYENENSIS COERULEA.

Certhia splendide cyanea, nonnihil ad violaceum vergens; capite cyaneo dilutiore tincto; gutture & tænia per oculos splendide nigris; remigibus, rectricibusque 12 nigris. . . . LE GRIMPÉREAU BLEU DE CAYENNE.

Certhia cœrulea. *Linn.* Falcinellus gula alisque nigris. Falcinellus Papilio. *Klein.* Avis, Hoitzillin, Papilio vocata, colore cœruleo & nigro venustissima. *Seb. bujus icon minime accurata.* Hoitzitzil, seu Avis varia. *Hernand.* Hoitzitziltototl, seu Avis varia. *Fern.* Grimpereau bleu. *Edwards,* avec une figure très-exacte.

Certhiam nostratam crassitie paululum superat. Ipsi longitudo 4 pollices explet. Rostrum 9 lineas longum est; cauda unum pollicem; digitorum medius $5\frac{1}{2}$ lineas: laterales paulo sunt breviores; & posticus laterales nonnihil excedit. Extremitates alarum $6\frac{1}{2}$ pollicum intervallo distant; alæ compli-
 ca:

caudæ caudam fere extremam attingunt. Rostrum, unguesque nigri; pedes vero lutei. Habitat in Cayena.

† ** 13. CErTHIA BRASILIENSIS COERULEA.

Certhia splendide cyanea; collo superiore, dorso supremo & tænia per oculos splendide nigris; vertice cyaneo-beryllino; remigibus exterius & in apice nigris, interius sulphureis; rectricibus 12 nigris. . . . LE GRIMPEREAU BLEU DU BRÉSIL.

Falcinellus de Guitguit. Klein. Avicula de Guitguit ex Insula Cuba. Seb. *bujus icon non satis accurata.* Colius. Moebr. Guira-cœreba Brasiliensibus. Marcgr. *Fonst.* Willugh. Raj. Le Grimpereau noir & bleu. Edwards, *avec une figure exacte.*

Præcedentem crassitie nonnihil excedit. Ipsiꝯ longitudo $4\frac{1}{4}$ pollices æquat. Rostrum $8\frac{1}{2}$ lineas longum est; cauda 15 lineas; digitorum medius 6 lineas: laterales paulo sunt breviores; & posticus lateralium longitudinem paululum antecellit. Extremitatum alarum distantia est $6\frac{1}{2}$ pollicum; alæ complicatæ ad tres quartas caudæ partes protenduntur. Rostrum nigrum. Pedes rubri; ungues vero nigricantes. Habitat in Brasilia & Cayena.

** 14. CErTHIA BRASILIENSIS VIRIDIS.

Certhia dilute viridis, viridi saturatiore in pectore maculata; gutture candido, capite superiore, superioribusque alarum rectricibus minimis cyaneis; remigibus, & ex 12 rectricibus lateralibus nigricantibus, oris exterioribus dilute viridibus LE GRIMPEREAU VERD DU BRÉSIL.

Muscicapa viridis capite cœruleo. Linn. Sylvia viridis, capite cyaneo. Klein. Mouchet verd à la tête bleuë. Edwards, *avec une figure assez exacte.*

Rubeculam crassitie circiter æmulatur. Ipsiꝯ longitudo $5\frac{1}{4}$ pollices æquat. Rostrum 8 lineas longum est;

est; cauda $1\frac{1}{2}$ pollicem; digitorum medius $6\frac{1}{2}$ lineas; laterales multo sunt breviores; posticus laterales paululum superat. Extremitates alarum $7\frac{1}{2}$ pollicum intervallo distant; alæ complicatæ mediam circiter caudam attingunt. Mandibula superior nigricans, inferior alba. Pedes lutescentes; ungues vero fusci. Habitat in *Surinamo & Brasilia*.

** 15. CErTHIA BRASILIENSIS VIRIDIS ATRICAPILLA.

Certhia splendide viridis; capite splendide nigro; remigibus, & ex 12 rectricibus, lateralibus, nigricantibus, oris exterioribus viridibus. . . .

LE GRIMPEREAU VERD A TESTE NOIRE DU BRÉSIL.

Spiza. Linn. Sylvia viridis capite nigro. Klein. Méfange verte ou Mouchet. Edwards; avec une figure assez exacte.

Cum præcedente crassitie convenit. Ipsius longitudo $5\frac{1}{2}$ pollices explet. Rostrum 8 lineas longum est; cauda $1\frac{1}{2}$ pollicem; digitorum medius $6\frac{1}{2}$ lineas; laterales multo sunt breviores; posticus laterales paululum superat. Extremitatum alarum distantia est $7\frac{1}{2}$ pollicum; alæ complicatæ ad mediam circiter caudam extenduntur. Mandibula superior nigricans, inferior albida; binæ autem in basi flavicant. Pedes, unguesque saturate plumbeo colore tincti. Habitat in *Surinamo & Brasilia*.

16. CErTHIA AMERICANA VIRIDIS ATRICAPILLA.

Certhia superne splendide viridis, inferne saturate cœrulea; capite & gutture splendide nigris; rectricibus 12 saturate viridibus. . . . LE GRIMPEREAU VERD A TESTE NOIRE D'AMÉRIQUE.

Colius. Moebr. Avicula Americana, altera. Seb. bus icon satis accurata. Sylvia, Avicula Americana altera, Sebæ. Klein.

Fringillam crassitie circiter æmulatur. Ipsius longitudo $5\frac{1}{2}$ pollices æquat. Rostrum 9 lineas longum est;

est; cauda $1\frac{1}{2}$ pollicem; digitorum medius 7 lineas: laterales paulo sunt breviores; & posticus laterales nonnihil excedit. Alæ complicatæ mediam circiter caudam pertingunt. Rostrum candidat. Habitat in America.

† ** 17. CErTHIA CAYENENSIS VIRIDIS.

Certhia superne splendide viridis, inferne lineolis longitudinalibus albis, viridibus & cœruleis varia; fasciola utrinque secundum maxillæ inferioris longitudinem cœrulea; gutture & macula utrinque narem inter & oculum rufescentibus; remigibus nigricantibus, oris exterioribus viridibus, interioribus griseo-fuscis; 12 rectricibus viridibus, lateralibus interius nigricantibus. (Mas).

Certhia superne viridis, inferne lineolis longitudinalibus albis & viridibus varia; rectricibus viridibus, lateralibus interius nigricantibus. (Fœmina). . . . LE GRIMPÉREAU VERD DE CAYENNE.

Certhiam nostratam crassitie circiter æmulatur. Ipsius longitudo $4\frac{1}{2}$ pollices æquat. Rostrum 9 lineas longum est; cauda 15 lineas; digitorum medius 6 lineas: laterales paulo sunt breviores; & posticus laterales paululum superat. Extremitates alarum $6\frac{1}{2}$ pollicum intervallo distant; alæ complicatæ ad duas tertias caudæ partes protenduntur. Rostrum nigrum. Pedes, unguesque grisei.

Fœmina a mare discrepat coloribus non ita vividis, in eo quod rufescente in gutture & capite careat, & nil cœrulei habeat.

Habitant in Cayena.

Sunt quædam hujus speciei individua in universo corpore cœruleo varia, cœruleo in aliis majus, in alteris minus spatium occupante.

† ** 18. CErTHIA MADAGASCARIENSIS VIOLACEA.

Certhia superne splendide viridis, ad violaceum inclinans, inferne pallide flava; macula infra hume-

meros eleganter lutea; lateribus & cruribus olivaceis; dorso infimo & uropygio fusco-olivaceis; tænia duplici in pectore transversa, una cœruleo-violacea, altera castanea; rectricibus 12 nigris, extima in ultima medietate oblique griseo-fusca, proxime sequenti in apice griseo-fusca. (*Mas*).

Certhia superne fusco-olivacea, inferne flavicans, olivaceo admixto; rectricibus nigris, extima in ultima medietate oblique griseo-fusca, proxime sequenti in apice griseo-fusca. (*Fœmina*). . . .

LE GRIMPEREAU VIOLET DE MADAGASCAR.

Crassitie *Regulum* non antecellit. Ipsi longitudo $4\frac{1}{2}$ pollices æquat. Rostrum 9 lineas longum est; cauda 15 lineas; digitorum medius $5\frac{1}{2}$ lineas: laterales paulo sunt breviores; & posticus extimum æquat. Extremitatum alarum distantia est 6 pollicum; alæ complicatæ mediam caudam attingunt. Rostrum, pedes, unguesque nigri.

Fœmina magnitudine paululum *mari* cedit, & ab illo colore discrepat. Rostrum, pedes, unguesque, ut in *mare*, nigri.

Habitant in *Madagascaria*.

† ** 19. *CERTHIA MADAGASCARIENSIS VIRIDIS*.

Certhia superne viridi-aurea, inferne splendide nigra (*mas*), fordide alba, nigro maculata (*fœmina*); fasciola utrinque rostrum inter & oculum splendide nigra; tænia transversa in summo pectore violacea; remigibus, & 12 rectricibus nigris, harum oris exterioribus viridi-aureis. . . . LE GRIMPEREAU VERD DE MADAGASCAR.

Falcinellus omnicolor, Zeilanicus. *Klein*. Avis, Ceylonica, omnicolor. *Seb. maris icon non satis accurata*.

Ad *Ficedulæ* crassitiem accedit. Ipsi longitudo $5\frac{1}{2}$ pollices æquat. Rostrum 14 lineas longum est; cauda $1\frac{1}{2}$ pollicem; digitorum medius $6\frac{1}{2}$ lineas; late-

laterales paulo sunt breviores; & posticus extimum longitudine æmulatur. Extremitates alarum 8 pollicum intervallo distant; alæ complicatæ ad duas circiter tertias caudæ partes extenduntur. Rostrum, pedes, unguesque nigri.

Fæmina a mare discrepat pectore, ventre, lateribus, cruribus, tectricibus caudæ inferioribus & penis alas subtus obtegentibus sordide albis, nigro maculatis; & alis, caudaque non ita splendide nigris.

Habitant in *Madagascaria*.

† ** 20. CErTHIA TORQUATA CAPITIS BONÆ SPEI.

Certhia superne viridi-aurea, cupri puri colore varians, inferne grisea; pectore rubro; tænia transversa adinstar torquis, collum inter & pectus chalybea, viridi colore variante; pectore infimo & lateribus luteo notatis; remigibus griseo-fuscis; 12 rectricibus splendide nigricantibus, cris exterioribus viridi-aureis, cupri puri colore variantibus, marginibus in apice griseis, extima exterius grisea. . . . LE GRIMPÉREAU A COLLIER DU CAP DE BONNE ESPÉRANCE.

Grimpereau pourpré des Indes. *Edwards, avec des figures assez exactes. Anglice, PURPLE INDIAN CREEPER.*

Præcedenti multum crassitie cedit. Ipsiùs longitudo $4\frac{1}{2}$ pollices æquat. Rostrum 10 lineas longum est; cauda $1\frac{1}{2}$ pollicem; digitorum medius 6 lineas: laterales paulo sunt breviores; posticus laterales non nihil excedit. Extremitates alarum $6\frac{1}{2}$ pollicum intervallo distant; alæ complicatæ mediam caudam attingunt. Rostrum nigricans. Pedes, unguesque nigri.

Fæmina a mare discrepat universo corpore inferiore corpori superiori concolore; & maculis luteis ad latera tantum conspicuis.

Habitant in *Capite Bonæ Spei*.

†. ** 21. CErTHIA LONGICAUDA SENEGALENSIS.

Certhia viridi—aurea, cupri puri colore varians; pectore rubro; remigibus fuscis; rectricibus 12 nigricantibus, oris exterioribus viridi—aureis, duabus intermediis longissimis. . . . LE GRIMPEREAU A LONGUE QUEUE DU SÉNÉGAL.

Sylvia versicolor. Klein. *Avicula Amboinensis*, discolor & perpulchra. Seb. *fœminæ icon non satis accurata*.

Craffitie Regulæ non multum antecellit. Ipsiꝯ longitudo $7\frac{1}{2}$ pollices æquat. Rostrum $8\frac{1}{2}$ lineas longum est; cauda $4\frac{1}{4}$ pollices; digitorum mediꝯ $5\frac{1}{2}$ lineas: laterales paulo sunt breviores; posticus intimo æqualis. Extremitatum alarum distantia est $6\frac{1}{4}$ pollicum; alæ complicatæ ad 11 linearum distantiam ultra caudæ exortum protenduntur. Rostrum nigrum. Pedes, unguesque nigricantes. Habitat in *Senegalenſi* regione.

† ** 22. CErTHIA LONGICAUDA CAPITIS BONÆ SPEI.

Certhia viridi—aurea, cupri puri colore varians; tænia utrinque rostrum inter & oculum nigra; macula utrinque infra humeros lutea; rectricibus nigris, oris exterioribus viridi—aureis, duabus intermediis longissimis. . . . LE GRIMPEREAU A LONGUE QUEUE DU CAP DE BONNE ESPÉRANCE.

Ficedulam *craffitie* circiter æquat. Ipsiꝯ longitudo 9 pollices explet. Rostrum $15\frac{1}{2}$ lineas longum est; cauda $4\frac{7}{12}$ pollices; digitorum mediꝯ 6 lineas: laterales multo sunt breviores; posticus medio fere æqualis. Extremitatum alarum distantia est 9 pollicum; alæ complicatæ ad quartam circiter caudæ partem extenduntur. Rostrum, pedes, unguesque nigri. Habitat in *Capite Bonæ Spei*.

†. **

† ** 23. CErTHIA LONGICAUDA MINOR CAPITIS
BONÆ SPEI.

Certhia superne splendide violacea, ad viride inclinans, inferne splendide aurantia; dorso infimo & uropygio fusco—olivaceis; remigibus fuscis, exterius olivaceo, interius cinereo fimbriatis; 12 rectricibus fusco—nigricantibus, oris exterioribus olivaceis, duabus intermediis longissimis. . . .
LE PETIT GRIMPÉREAU A LONGUE QUEUE DU CAP DE BONNE ESPÉRANCE.

Crassitie *Certhiam nostratam* non multum antecellit. Ipsius longitudo $6\frac{1}{2}$ pollices æquat. Rostrum $11\frac{1}{2}$ lineas longum est; cauda 3 pollices; digitorum medius 6 lineas: laterales multo sunt breviores; posticus medium fere adæquat. Extremitates alarum $6\frac{1}{2}$ pollicum intervallo distant; alæ complicatæ ad quartam tantum caudæ partem extenduntur. Rostrum, pedes, unguesque nigricant. Habitat in *Capite Bonæ Spei*.

24. CErTHIA MEXICANA RUBRA.

Certhia saturate rubra; capite superius dilute rubro; gutture viridi; cruribus dilute luteis; remigibus, & 12 rectricibus saturate rubris, in apice subcærulescentibus. . . . LE GRIMPÉREAU ROUGE DU MEXIQUE.

Trochilus coccineus. *Linn.* Falcinellus Mexicanus; Avicula Hoitzillin. *Klein.* Avicula Mexicana, seu Hoitzillin. *Seb. hujus icon satis accurata.* Troglodytæ adfinis. *Moëbr.*

Præcedentem crassitie paululum antecellit. Ipsius longitudo $4\frac{1}{2}$ pollices explet. Rostrum 10 lineas longum est; cauda 14 lineas; digitorum medius 15 lineas; laterales paulo sunt breviores; & posticus extimo æqualis. Alæ complicatæ ad mediam circiter caudam extenduntur. Rostrum, pedes, unguesque dilute lutei. Habitat in *Mexico*.

25. C^{ERTHIA} MEXICANA RUBRA ATRICAPILLA.

Certhia dilute rubra; capite nigro; tectricibus alarum superioribus aureo colore tinctis; remigibus, rectricibusque 12 saturatius rubris. . . . LE GRIMPEREAU ROUGE A TESTÉ NOIRE DU MEXIQUE.

Colius. *Moebr.* Sylvia rubro rostro longiori. *Klein.* Avicula de Tatac, ex Nova Hispania; *Seb. bujus icon fatis accurata.*

Crassitie *Ficedulam* circiter æmulatur. Ipfius longitudo 4 circiter pollices æquat. Rostrum 7 lineas longum est; cauda 14 lineas; digitorum medius 5 lineas: laterales paulo sunt breviores; posticus extimum adæquat. Alæ complicatæ mediam circiter caudam attingunt. Habitat in *Mexico*.

26. C^{ERTHIA} VIRGINIANA PURPUREA.

Certhia in universo corpore obscure purpurea. . . . LE GRIMPEREAU POURPRÉ DE VIRGINIE.

Falcinellus phœniceus. *Klein.* Avis Virginiana, phœnicea, de Atototl dicta. *Seb. bujus icon fatis accurata.* Troglodytæ affinis. *Moebr.*

Præcedentem crassitie paululum antecellit. Ipfius longitudo $4\frac{1}{2}$ pollices circiter æquat. Rostrum $12\frac{1}{2}$ lineas longum est; cauda 14 lineas; digitorum medius $5\frac{1}{2}$ lineas: laterales paulo sunt breviores; posticus anticorum extimum circiter æquat. Alæ complicatæ mediam circiter caudam pertingunt. Habitat in *Virginia*.

† ** 27. C^{ERTHIA} PHILIPPENSIS PURPUREA.

Certhia superne castaneo—purpurea, inferne coccinea; capite & collo inferiore splendide violaceis; dorso infimo & uropygio violaceis; viridi—aureo variantibus; imo ventre & lateribus olivaceo—flavicantibus; remigibus fuscis, exterius rufo fimbriatis; rectricibus 12 nigricantibus, superne cha-

chalybeo colore variantibus, oris exterioribus violaceis, viridi-aureo variantibus. (*Mas*).

Certhia superne viridi-olivacea, inferne flavo-olivacea; rectricibus nigricantibus, quatuor utrinque extimis in apice griseis. (*Fœmina*). . . LE GRIMPEREAU POURPRÉ DES PHILIPPINES.

Falcinellus colore *Passeris* Hispanici. *Klein*. *Avis* Noctototl, colore *Passeris* Hispanici. *Seb. maris icon satis accurata*. Troglodytæ adfinis. *Moebr*.

Certhiæ nostrati crassitie cedit. Ipsi longitudo 4 pollices æquat. Rostrum 8 lineas longum est; cauda unum pollicem; digitorum medius 5 lineas; laterales paulo sunt breviores; posticus extimo æqualis. Extremitatum alarum distantia est 6 pollicum; alæ complicatæ ad tres quartas caudæ partes protenduntur. Rostrum nigrum, attamen ad basin mandibulæ inferioris candicans. Pedes, unguesque fusci.

Fœmina crassitie & magnitudine cum *mare* convenit; ab illo autem coloribus differt.

Habitant in *Philippensibus Insulis*.

† ** 28. *CERTHIA BRASILIENSIS NIGRICANS*.

Certhia fusco-nigricans; syncipite & gutture viridi-aureis; collo inferiore coccineo; tectricibus alarum minimis splendide violaceis; remigibus & 12 rectricibus fuscis, ad rufum inclinantibus. . .

LE GRIMPEREAU NOIRASTRE DU BRÉSIL.

Crassitie *Ficedulam* fere adæquat. Ipsi longitudo 5½ pollices explet. Rostrum 1 pollicem longum est; cauda 1¾ pollicem; digitorum medius 6 lineas; laterales paulo sunt breviores; posticus extimum longitudine æmulatur. Extremitates alarum 8 pollicum intervallo distant; alæ complicatæ duas circiter tertias caudæ partes attingunt. Rostrum, pedes, unguesque nigri. Habitat in *Brasilia*.

† ** 29. CERTHIA SENEGALENSIS VIOLACEA.

Certhia nigra ad violaceum inclinans; vertice & gutture viridi-aureis, cupri puri colore variantibus; collo inferiore & pectore coccineis; remigibus, rectricibusque 12 fuscis. . . . LE GRIMPEREAU VIOLET DU SÉNÉGAL.

Regulum crassitie non multum superat. Ipsi^{us} longitudo 5 pollices explet. Rostrum 10 lineas longum est; cauda $1\frac{1}{2}$ pollicem; digitorum medius $5\frac{1}{2}$ lineas: laterales paulo sunt breviores; & posticus extimum adæquat. Extremitatum alarum distantia est $7\frac{1}{2}$ pollicum; alæ complicatæ nonnihil ultra mediam caudam extenduntur. Rostrum nigrum. Pedes, unguesque nigricantes. Habitat in *Senegalen*sⁱ regione.

† ** 30. CERTHIA BRASILIENSIS VIOLACEA.

Certhia nigra; vertice viridi-aureo; gutture splendide violaceo; pectore castaneo—purpurascente; dorso infimo & uropygio ex violaceo ad chalybis politi colorem vergentibus; cruribus ex fusco violaceis; remigibus nigris; 12 rectricibus nigris, oris exterioribus violaceo—chalybeis. . . . LE GRIMPEREAU VIOLET DU BRÉSIL.

Calendulam crassitie non excedit. Ipsi^{us} longitudo $3\frac{1}{2}$ pollices æquat. Rostrum 7 lineas longum est; cauda $13\frac{1}{2}$ lineas; digitorum medius 5 lineas: laterales paulo sunt breviores; & posticus extimo æqualis. Extremitatum alarum distantia est $4\frac{1}{2}$ pollicum; alæ complicatæ mediam circiter caudam pertingunt. Rostrum nigricans. Pedes, unguesque griseo—fusci. Habitat in *Brasilia*.

31. CERTHIA BENGALENSIS.

Certhia superne nigra, ad cœruleum vergens, inferne alba; macula triplici, una in vertice, altera in collo superiore, tertia in medio dorso, rectri-

rectricibusque caudæ superioribus coccineis; remigibus, & 12 rectricibus nigris, ad cœruleum vergentibus. . . . LE GRIMPÉREAU DE BENGALÉ.

Certhia cruentata. Linn. *Falcinellus Bengalensis*. Klein. Petit Grimpereau des Indes, noir, blanc & rouge. Edwards, avec une figure exacte.

Crassitie præcedentem æmulatur. Ipsius longitudo $3\frac{1}{4}$ pollices circiter æquat. Rostrum $5\frac{1}{2}$ lineas longum est; cauda $11\frac{1}{2}$ lineas; digitorum medius $4\frac{1}{2}$ lineas: laterales multo sunt breviores; posticus anteriorum medium fere adæquat. Alæ complicatæ ad mediam circiter caudam extenduntur. Rostrum, pedes, unguesque nigri. Habitat in *Bengalensi* Regno.

32. CÉRTHIA AMÉRICAÏNA VARIÆ.

Certhia superne ex cœruleo, subnigro, albo, flavoque undulata, inferne citrino & croceo variegata; vertice coccineo; occipitio cyaneo. . . . LE GRIMPÉREAU VARIÉ D'AMÉRIQUE.

Sylvia versicolor. Klein. *Avicula Americana*, variis coloribus picta. Seb. *hujus icon non satis accurata*.

Fringillam crassitie circiter æmulatur. Ipsius longitudo 5 circiter pollices æquat. Rostrum 9 lineas longum est; cauda $1\frac{1}{2}$ pollicem; digitorum medius 7 lineas: laterales multo sunt breviores; & posticus ad medii longitudinem accedit. Alæ complicatæ ad duas circiter tertias partes protenduntur. Habitat in *America*.

33. CÉRTHIA SIVE SACCHARIVORA JAMAÏCENSIS.

Certhia superne nigra, inferne lutea; tænia supra oculos candida; gutture & collo inferiore nigris; uropygio luteo; imo ventre pallide luteo; remigibus majoribus in exortu candidis; rectricibus 12 nigris, lateralibus in apice albis. . . . LE GRIMPÉREAU OU SUCRIER DE LA JAMAÏQUE.

Certhia flaveola. Linn. Grimperau noir & jaune.
Edwards, avec une figure exacte.

Magnitudine & crassitie *Certhiam Martinicanam* sive *Saccharivoram* circiter æmularur. Rostrum nigrum. Pedes, uuguesque nigricantes. Habitat in *Jamaïca*.

XLIV. Genus *Polytmi*.

Hujus character est

Digiti quatuor, membranis destituti; tres scilicet antici, posticus unus; omnes circiter usque ad exortum discreti:

Crura ad calcaneum usque plumosa:

Rostrum filiforme, arcuatum, per totam ferme longitudinem æque crassum, & versus apicem parumper ampliatur:

Pedes brevissimi.

Omnium hujus generis Avium cauda 10 tantum rectricibus conflatur. Ipsarum lingua binis constat canaliculis semi-cylindræis, altero scilicet ad alterum applicato, tubulum quodammodo efficientibus, quem magna ex parte e rostro exerunt, *Picorum* norma; & cujus ope florum mel exfugunt.

I. P O L Y T M U S.

Polytmus viridi-aureus, cupri puri colore varians; remigibus fusco-violaceis; rectricibus viridi-aureis, lateralibus albo fimbriatis, utrinque extima exterius alba. . . . LE COLIBRY.

Trochilus viridescens. Linn. Mellifuga, Ronckjes dicta. Klein. Troglodytes. Moebr. Avicula Americana, Colubritis. Seb. hujus icon satis accurata. Guainumbi minor toto corpore aureo. Raj. Guainumbi sexta species. Marcgr. Jonst. Willughb. Oiseau appellé Colibris.

Corpus ipsius ultimum minimi digiti articulum crassitie non adæquat. Ipsius longitudo $2\frac{1}{2}$ pollices explet.

explet. Rostrum 10 lineas longum est; cauda 13 lineas; digitorum medius 3 lineas: laterales eandem fere longitudinem obtinent; posticus lateralibus paululum longitudine cedit. Alæ complicatæ ad tres quartas caudæ partes protenduntur. Mandibula superior nigra, inferior candida. Pedes, unguesque nigri. Habitat in *Brasilia*, variisque *Americæ* locis.

2. POLYTMUS PUNCTULATUS.

Polytmus viridi-aureus, cupri puri colore varians; rectricibus alarum superioribus & collo inferiore minutis maculis albis respersis; remigibus fusco-violaceis; rectricibus ex fusco virescentibus, in apice albis. . . . LE COLIBRY PIQUETÉ.

Hoitzitziltototl, Avis picta Americana. *Hernand. in quibus icon minus accurata.*

Corpus ipsius pollicis humano nonnihil crassitie cedit. Ipsi longitudo $5\frac{1}{2}$ pollices circiter æquat. Rostrum $13\frac{1}{2}$ lineas longum est; cauda $1\frac{2}{3}$ pollicem; digitorum medius $4\frac{1}{2}$ lineas: laterales eandem fere longitudinem obtinent; posticus lateralibus paululum longitudine cedit. Alæ complicatæ tres circiter quartas caudæ partes attingunt. Rostrum, pedes, unguesque nigri. Habitat in *Nova Hispania*.

3. POLYTMUS BRASILIENSIS.

Polytmus superne viridi-aureus, cupri puri colore varians, inferne albo-rufescens; remigibus fusco-violaceis; rectricibus ex nigricante virescentibus, in apice albis, pedibus pennatis. . . . LE COLIBRY DU BRÉSIL.

Guainumbi minor rostro incurvo. *Raj.* *Guainumbi* quarta species. *Marcgr. Jonst. Willughb.*

Corpus ipsius ultimum digiti articulum crassitie non antecellit. Ipsi longitudo 4 circiter pollices
 B 3 explet.

explet. Rostrum $1\frac{1}{2}$ pollicem longum est; cauda 13 lineas; digitorum medius 3 lineas: laterales eadem fere longitudinem obtinent; posticus lateralibus paululum longitudine cedit. Alæ complicatæ caudam extremam attingunt. Mandibula superior nigra, inferior in basi lutea, in apice vero nigra. Digiti, unguesque nigri. Habitat in *Brasilia*.

† ** 4. POLYTMUS DOMINICENSIS.

Polytmus superne viridi-aureus, cupri puri colore varians, inferne griseo-albus; remigibus fusco-violaceis; rectricibus lateralibus nigro-chalybeis, in media parte castaneo-purpureis, in apice albis. . . . LE COLIBRY DE S. DOMINGUE.

Præcedentem crassitie circiter æmulatur. Ipfius longitudo $4\frac{1}{2}$ pollices æquat. Rostrum unum pollicem longum est; cauda 17 lineas; digitorum medius 3 lineas: laterales paulo sunt breviores; posticus autem omnibus longitudine cedit. Extremitates alarum $5\frac{1}{2}$ pollicum intervallo distant; alæ vero complicatæ ad duarum linearum distantiam ultra caudam extremam protenduntur. Rostrum, pedes, unguesque fusci. Habitat in *Dominicensi Insula*.

5. POLYTMUS SURINAMENSIS.

Polytmus superne viridi-aureus cupri puri colore varians; inferne ex fordide albo ad griseum inclinans; tænia transversa in collo inferiore dilute rubra; remigibus fusco-olivaceis; rectricibus lateralibus albis, binis utrinque extimis exterius in apice fusco notatis LE COLIBRY DE SURINAM.

Colibri à queuë blanche. *Edwards*, avec une figure exacte. *Anglice*, WHITE-TAILED-HUMMING-BIRD.

Præcedentem paululum crassitie superat. Ipfius longitudo $4\frac{1}{2}$ pollices circiter explet. Rostrum 13 lineas

lineas longum est; cauda 15 lineas; digitorum medius 3 lineas: laterales eandem fere longitudinem obtinent; posticus lateralibus paululum brevior. Alæ complicatæ caudam ferme extremam pertinent. Rostrum nigrum, saturate versus apicem, ad basim dilutius. Pedes candicantes. Habitat in *Surinamo*.

6. POLYTMUS INDICUS.

Polytmus superne viridi-aureus, cupri puri colore varians, inferne & in remigibus fusco-nigricans; rectricibus viridi-aureis. . . . LE COLIBRY DES INDES.

Falcinellus Rex florum. *Klein.* Avis Tfioei Indica Orientalis. *Seb. hujus icon satis accurata.*

Cum *Regulo* crassitie circiter convenit. Ipsius longitudo 4½ pollices circiter æquat. Rostrum 11 lineas longum est; cauda 15 lineas. Extremitates alarum 7 circiter pollicum intervallo distant; alæ complicatæ caudam extremam attingunt. Rostrum candicans. Pedes, unguesque nigri. Habitat in *Balyæ & Macasarie* Regnis in *India Orientali*.

† ** 7. POLYTMUS MEXICANUS.

Polytmus superne viridi-aureus, cupri puri colore varians, inferne splendide niger; (fascia transversa in imo ventre alba, *mas*); tænia transversa in pectore & tectricibus caudæ viridi-aureis, cæruleo colore variantibus, rectricibus splendide nigro-chalybeis. . . . LE COLIBRY DU MEXIQUE.

Trochilus holosericeus. *Linn.* Falcinellus ventre nigricante, cauda brevi æquabili. Falcinellus Mexicanus, Avis auricoma. *Klein.* Avis auricoma Mexicana. *Seb. hujus icon minus accurata.* Troglodytæ adfinis. *Moehr.* Colibri verd au ventre noir. *Edwards, avec des figures exactes.*

Corpus ipsius pollicis humani crassitiem non superat.

rat. Ipsiꝯ longitudo $4\frac{1}{7}$ pollices explet. Rostrum $12\frac{1}{2}$ lineas longum est; cauda 13 lineas; digitorum medius 3 lineas: laterales eamdem fere longitudinem obtinent; posticus lateralibus paululum longitudine cedit. Extremitatum alarum distantia est $5\frac{7}{12}$ pollicum; alæ complicatæ nonnihil ultra caudam extremam protenduntur. Rostrum, pedes, unguesque nigri.

Femina a mare discrepat in eo quod tænia transversa alba in imo ventre careat.

Habitant in *Mexico, & Cayena.*

† ** 8. POLYTMUS JAMAÏCENSIS.

Polytmus superne viridi-aureus, cupri puri colore varians, inferne splendide niger; tænia cœrulea ab oris angulis ad latera utrinque protensa; cruribus fuscis; remigibus fusco-violaceis; rectricibus lateralibus castaneo-purpureis, violaceo splendenti variantibus, marginibus nigro-chalybeis....
LE COLIBRY DE LA JAMAÏQUE.

Mango. *Linn.* Mellivora Avis maxima. *Sloane.* Guainumbi minor rostro nigro. *Raj.* Guainumbi quinta species. *Marcgr.* *Fonst.* *Willug.* Bourdonneur de Mango. *Alb.* Anglice, LARGEST HUMMING-BIRD.

Præcedenti nonnihil crassitie cedit. Ipsiꝯ longitudo $4\frac{1}{7}$ pollices æquat. Rostrum unum pollicem longum est; cauda $1\frac{7}{12}$ pollicem; digitorum medius 3 lineas: laterales paulo sunt breviores; & posticus omnium brevissimus. Extremitates alarum $5\frac{1}{12}$ pollicum intervallo distant; alæ complicatæ caudam extremam pertingunt. Rostrum, pedes, unguesque nigricantes sive plumbeo colore tincti. Habitat in *Jamaïca, Brasilia, & Dominicensi Insula.*

9. POLYTMUS MEXICANUS CYANEUS.

Polytmus in toto corpore elegantissime cyaneus....
LE COLIBRY BLEU DU MEXIQUE.

Falcinellus Mexicanus; Klein. Avicula Mexicana, cyaneo colore venustissima. Seb. *bujus icon non satis accurata.* Troglodytæ adfinis. Moebr. Gros Colibri. *Du Tertre.*

Certhiam nostratam crassitie circiter æmulatur. Ipsi-
us longitudo 5 circiter pollices æquat. Rostrum
18 lineas longum est; cauda 15 lineas; digitorum
medius $4\frac{1}{2}$ lineas: laterales eandem ferme longitu-
dinem obtinent; posticus autem lateralibus paulu-
lum longitudine cedit. Alæ complicatæ ad 6 linea-
rum distantiam ultra caudam extremam protendun-
tur. Habitat in *Mexico.*

10. POLYTMUS COERULEUS INDICUS.

Polytmus in toto corpore saturate, & splendide cœ-
ruleus; collo inferiore albicante, . . . LE COLI-
BRY BLEU DES INDES.

Falcinellus cyaneus. Klein. Avis Colubri, Orienta-
lis. Seb. *bujus icon accurata.*

Corpus ipsius pollicis humano crassitie cedit. Ipsi-
us longitudo $4\frac{1}{2}$ pollices circiter æquat. Rostrum 15
lineas longum est; cauda 16 lineas; digitorum me-
dius 4 lineas: laterales paulo sunt breviores; postic-
us adhuc brevior. Alæ complicatæ mediam circi-
ter caudam attingunt. Rostrum, pedes, ungues-
que nigri. Habitat in *India Orientali.*

** II. POLYTMUS CAYENENSIS VIOLACEUS.

Polytmus nigro-violaceus; gutture & collo inferio-
re splendide violaceo-purpureis; reſtricibus viri-
di-aureis, splendido nigro colore variantibus. . .
LE COLIBRY VIOLET DE CAYENNE.

Colibri gorge rouge. Edwards, *avec une figure passable.*
Anglice, RED-BREASTED HUMMING BIRD.

Præcedentem crassitie circiter æquat. Ipsi-
us longitudo $4\frac{1}{2}$ pollices explet. Rostrum $11\frac{1}{2}$ lineas lon-
gum est; cauda $1\frac{1}{2}$ pollicem; digitorum medius 3
lines

lineas longus: laterales eamdem fere longitudinem obtinent; posticus autem lateralibus paululum longitudine cedit. Extremitatum alarum distantia est $7\frac{1}{2}$ pollicum; alæ complicatæ ad 4 linearum distantiam ultra caudam extremam protenduntur. Rectrices intermediæ lateralibus paululum longitudine cedunt. Rostrum nigrum, Pedes, unguesque fuscii. Habitat in *Cayena*.

12. POLYTMUS AMBOINENSIS.

Polytmus superne cinereo-griseus, inferne viridis; capite & collo flavis, marginibus pennarum viridibus; pectore rubicundo; rectricibus alarum superioribus nigris; remigibus flavis, dilute viridi fimbriatis. . . . LE COLIBRY D'AMBOINE.

Falcinellus Rex florum. *Klein.* Avis Amboinensis, Tfioei, vel Kakopit dicta. *Seb. hujus icon satis accurata.*

Præcedenti nonnihil crassitie cedit. Ipsi longitudo $2\frac{1}{4}$ pollices circiter æquat. Rostrum 6 lineas longum est; cauda 9 lineas; digitorum medius 3 lineas: laterales eamdem fere longitudinem obtinent; posticus autem lateralibus paululum longitudine cedit. Alæ complicatæ versus caudæ extremitatem protenduntur. Rostrum flavicat. Apud *Sebam* nulla de pedum, rectricumque colore fit mentio. Habitat in *Amboinensi Insula*.

†. ** 13. POLYTMUS CAYENENSIS LONGICAUDUS.

Polytmus superne fuscus, cupri puri colore cum aureo splendenti admixto varians, inferne alborufescens; tænia supra oculos candicante; rectricibus lateralibus in prima medietate fusco-aureis, ultima nigris, in apice fuscis, albo fimbriatis, duabus intermediis longissimis. . . . LE COLIBRY A LONGUE QUEUE DE CAYENNE.

Corpus ipsius pollicis humano crassitie cedit. Ipsi long-

longitudo $5\frac{1}{2}$ pollices æquat. Rostrum $1\frac{1}{2}$ pollicem longum est; cauda $2\frac{1}{2}$ pollices; digitorum medius 3 lineas: laterales eandem fere longitudinem obtinent; posticus autem omnium brevissimus. Extremitates alarum $5\frac{1}{2}$ pollicum intervallo distant; alæ complicatæ quartam circiter caudæ partem attingunt. Rostrum nigricans. Pedes, unguesque fusci. Habitat in *Cayena*.

14. POLYTMUS MEXICANUS LONGICAUDUS.

Polytmus superne eleganter dilute viridis, inferne cinereo—griseus; capite anterieus & collo inferiore cœruleis; rectricibus lateralibus saturate viridibus, binis intermediis cyaneis, longissimis. . . .

LE COLIBRY A LONGUE QUEUE DU MEXIQUE.

Falcinellus Novæ Hispaniæ, caudâ bipenni longâ. *Klein.*
Avis ex Nova Hispania, Yayauhquitototl dicta. *Seb.*
bujus icon accurata. Curruca. *Moabr.*

Hic inter majores hujus generis species numeratur: *Ficedulam* enim crassitie fere adæquat. Ipsi longitudo $8\frac{1}{4}$ pollices circiter explet. Rostrum 15 lineas longum est; cauda 4 pollices; digitorum medius 5 lineas: laterales eandem fere longitudinem obtinent; & posticus lateralibus æqualis. Alæ complicatæ ad quartam caudæ partem protenduntur. Rostrum, pedes, unguesque flavicant. Habitat in *Mexico*.

15. POLYTMUS SURINAMENSIS LONGICAUDUS RUBER.

Polytmus superne rubro—aurantius, inferne ruber; capite splendide nigro; collo inferiore viridi—auræo, fascia nigra circumdato; pectore roseo; dorso infimo & uropygio viridibus; remigibus fusco—violaceis; rectricibus lateralibus rubro—aurantiis, binis intermediis fusco—violaceis, longissimis. . . . LE COLIBRY ROUGE A LONGUE QUEUE DE SURINAM.

Pella. *Linn.* Falcinellus gutture viridi. *Klein.* Colibri rouge à longue queue. *Edwards*, avec une figure exacte.

Præcedenti crassitie cedit. Ipsi longitudo $7\frac{1}{4}$ pollices circiter æquat. Rostrum 14 lineas longum est; cauda $3\frac{2}{3}$ pollices; digitorum medius $3\frac{1}{2}$ lineas: laterales paulo sunt breviores; posticus omnium brevissimus. Alæ complicatæ ad tertiam circiter caudæ partem protenduntur. Rostrum, pedes, unguesque nigri. Habitat in *Surinamo*.

16. POLYTMUS MEXICANUS LONGICAUDUS RUBER CRISTATUS.

Polytmus cristatus, ruber; rectricibus alarum, remigibusque cœruleis; rectricibus rubris, binis intermediis longissimis. . . LE COLIBRY ROUGE HUPE A LONGUE QUEUE DU MEXIQUE.

Trochilus paradiseus. *Linn.* Falcinellus cristatus. *Klein.* Mellivora Avis cristata, cum duabus pennis longis in caudâ ex Nova Hispania. *Seb.* hujus icon non satis accurata.

Præcedentem paululum crassitie superat. Ipsi longitudo $8\frac{1}{2}$ pollices circiter explet. Rostrum $13\frac{1}{2}$ lineas longum est; cauda $4\frac{1}{2}$ pollices; digitorum medius 5 lineas: laterales paulo sunt breviores; posticus reliquis omnibus longitudine cedit. Alæ complicatæ ad 7 tantum linearum distantiam ultra caudæ exortum protenduntur. Rostrum, pedes, unguesque verisimiliter nigri. Habitat in *Mexico*.

S E C T I O II.

Eæ quæ rostrum habent rectum.

Hæc sectio unico constat genere, scilicet *Mellisuga*. Hujus generis Aves rostro donantur horizontaliter compresso, & versus apicem parumper ampliato; pedibusque brevissimis præditæ sunt.

XLV. Genus *Mellisuga*.

Hujus character est

Digiti quatuor, membranis destituti; tres scilicet
antici, posticus unus; omnes circiter usque ad
exortum discreti:

Crura ad calcaneum usque plumosa:

Rostrum filiforme, rectum, horizontaliter compres-
sum, & versus apicem parumper ampliatur:

Pedes brevissimi.

Omnium hujus generis Avium caudam compo-
nunt decem tantum rectrices. Ipsarum lingua binis
constat canaliculis semi-cylindræis, altero scilicet
ad alterum applicato, tubulum quodammodo effi-
cientibus, quem magna ex parte e rostro exerunt,
Picorum norma; & cujus ope florum mel exsugunt.

† ** I. M E L L I S U G A.

Mellisuga superne viridi—aurea, cupri puri colore
varians, inferne griseo—alba; remigibus fusco-
violaceis; rectricibus nigro—chalybeis, extima
per totam longitudinem, proxime sequenti a me-
diate ad apicem griseis. . . . L'OISEAU—MOU-
CHE.

Trochilus minimus. *Linn.* *Mellivora Avis minima*.
Sloane. *Polytmus minimus variegatus*, *Browne.*
Guainumbi minor, corpore toto cinereo. *Raj.* *Guai-*
numbi septima species. *Marcgr. Jonst. Willugh.* Plus
petit *Colibry.* *Edwards,* avec une figure exacte de la
femelle. *Anglice,* LEAST HUMMING-BIRD.

Hæc est omnium Avium minima: plures sunt
Muscarum species, quæ illam crassitie superant. Ip-
sius longitudo $1\frac{1}{2}$ pollicem æquat. Rostrum $3\frac{1}{2}$ li-
neas longum est; cauda 4 lineas; digitorum medius
 $2\frac{1}{2}$ lineas: laterales eandem fere longitudinem obti-
nent; posticus autem reliquis omnibus longitudine
cedit. Extremitates alarum $2\frac{2}{3}$ pollicum intervallo
distant; alæ complicatæ ad unius lineæ distantiam
ultra

ultra caudam extremam protenduntur. Rostrum, pedes, unguesque fusci.

Fœmina a mare discrepat coloribus non ita splendentibus.

Habitant in variis *Americæ* regionibus.

2. MELLISUGA AMERICANA GUTTURE TOPAZINO.

Mellisuga superne viridi-aurea, inferne griseo-albicans; (vertice & collo superiore splendide purpureis, *mas*); gutture, collo inferiore & pectore topazinis (*mas*), viridi-aureis. (*fœmina*); remigibus fusco-violaceis; rectricibus lateralibus griseo-albicantibus. . . . L'OISEAU MOUCHE A GORGE TOPAZE D'AMERIQUE.

Florifuga, aut Mellifera. *Seb. hujus icones satis accuratæ.* Regulus Indicus, Passer muscatus, Avis omnium minima. *Frisch. fœminæ icon satis accurata (si caudam haberet);* & *in super maris capitis icon accurata.*

Crassitie ultimum humani digiti articulum non multum superat. Ipsi longitudo $3\frac{1}{2}$ pollices circiter explet. Rostrum 8 lineas longum est; cauda 13 lineas; digitorum medius $2\frac{1}{2}$ lineas: laterales paulo sunt breviores; posticus omnium brevissimus. Alæ complicatæ caudam circiter extremam pertingunt. Rostrum, pedes, unguesque nigricant.

Fœmina crassitie & magnitudine paululum *mas* cedit. Ab illo quoque differt capite, gutture, collo & pectore eodem viridi-aureo imbutis ac dorsum ipsum tingitur.

Habitant in *America*.

† ** 3. MELLISUGA BRASILIENSIS GUTTURE TOPAZINO.

Mellisuga fusca cum aliqua superne viridi-aurei mixtura; vertice & collo superiore splendide purpureis; gutture, collo inferiore & pectore topazinis; in utroque imi ventris latere macula candida; remigibus fusco-violaceis; rectricibus rufopur-

purpurascens, in apice nigro—violaceis, intermediis brevioribus. . . . L'OISEAU—MOUCHE A GORGE TOPAZE DU BRÉSIL.

Mellisuga; Thaumantias Americana, omnium minima. *Klein.* Avis colubri, omnium minima, Americana, Thaumantias dicta. *Seb. hujus icon satis accurata.* Guainumbi major. *Raj.* Guainumbi octava species. *Marcgr. Jonst. Willughb.*

Præcedenti paululum crassitie cedit. Ipsi longitudo $3\frac{1}{2}$ pollices æquat. Rostrum 8 lineas longum est; cauda $12\frac{1}{2}$ lineas; digitorum medius $2\frac{1}{2}$ lineas; laterales paulo sunt breviores; & posticus reliquis omnibus longitudine cedit. Extremitatum alarum distantia est $5\frac{1}{2}$ pollicum; alæ complicatæ ad $2\frac{1}{2}$ linearum distantiam ultra caudam extremam protendantur. Rostrum, pedes, unguesque nigricantes. Habitat in *Brasilia*.

4. MELLISUGA SURINAMENSIS.

Mellisuga superne fusca, fusco—flavicante mixta, inferne dilute spadicea; pectore maculis nigricantibus vario; tæniâ infra oculos obscure fusca; rectricibus binis intermediis fuscis, lateralibus & remigibus fusco—violaceis. . . . L'OISEAU—MOUCHE DE SURINAM.

Trochilus ruber. *Linn.* Mellisuga alis fuscis. *Klein.* Petit Colibri brun. *Edwards, avec une figure mal coloriée.*

Præcedentem crassitie circiter æmulatur. Ipsi longitudo $3\frac{1}{2}$ pollices circiter æquat. Rostrum 10 lineas longum est; cauda 11 lineas; digitorum medius $2\frac{1}{2}$ lineas; laterales paulo sunt breviores; & posticus omnium brevissimus. Alæ complicatæ ad duas circiter tertias caudæ partes protendantur. Mandibula superior nigra, inferior versus exortum carneo colore tincta, versus apicem nigra. Pedes, unguesque nigri. Habitat in *Surinamo*.

† ** 5. MELLISUGA DOMINICENSIS.

Mellisuga superne fusca, cupri puri colore varians, inferne griseo—alba; gutture fusco maculato; remigibus fusco—violaceis; rectricibus nigro-chalybeis; pedibus pennatis. . . . L'OISEAU—MOUCHE DE S. DOMINGUE.

Trachilus Surinamensis. Linn.

Corpus ipsius minimi digiti humani articulo crassitie cedit. Ipsius longitudo $2\frac{1}{4}$ pollices explet. Rostrum $5\frac{1}{2}$ lineas longum est; cauda $7\frac{1}{2}$ lineas; digitorum medius $2\frac{1}{2}$ lineas: laterales eadem fere longitudinem obtinent; posticus lateralibus paululum longitudine cedit. Extremitates alarum $3\frac{1}{2}$ pollicum intervallo distant; alæ complicatæ ad fesquilineæ distantiam ultra caudam extremam protenduntur. Rostrum nigrum. Pedes ad exortum fere digitorum usque pennis vestiuntur griseo—fuscis. Digiti, unguesque nigricant. Habitat in *Dominicensi Insula*.

An sequentis fœmina?

† ** 6. MELLISUGA CAYENENSIS.

Mellisuga viridi—aurea, cupri puri colore varians; cruribus griseo—fuscis; remigibus fusco—violaceis; rectricibus nigro—chalybeis; pedibus pennatis. . . . L'OISEAU—MOUCHE DE CAYENNE.

Colubri, seu Flori-suga. Seb. *bujus icon non satis accurata.*
 Guainumbi major. Raj. Guainumbi nona species. Marcgr. Jonst. Willughb. Trochilus niger. Linn.

Crassitie præcedentem nonnihil antecellit. Ipsius longitudo $2\frac{1}{2}$ pollices æquat. Rostrum $8\frac{1}{4}$ lineas longum est; cauda 9 lineas; digitorum medius $2\frac{1}{2}$ lineas; laterales eadem fere longitudine pollent; & posticus lateralibus paululum longitudine cedit. Extremitatum alarum distantia est $4\frac{1}{2}$ pollicum; alæ

com.

complicatae ad $2\frac{1}{2}$ linearum distantiam ultra caudae extremitatem protenduntur. Rostrum nigrum. Pedes ad exortum fere digitorum usque vestiunt pennae fuscae. Digiti, unguesque nigricant. Habitat in *Cayena*.

† ** 7. MELLISUGA CAYENENSIS GUTTURE NÆVIO.

Mellisuga viridi-aurea, cupri puri colore varians; pennis in gutture & collo inferiore albo fimbriatis; ventre cinereo; remigibus fusco-violaceis; rectricibus nigro-chalybeis, duabus intermediis cupri puri colore variantibus, lateralibus, in apice griseis. . . . L'OISEAU—MOUCHE A GORGE TACHETÉE DE CAYENNE.

Corpus ipsius ultimum digiti humani articulum crassitie non superat. Ipsius longitudo $3\frac{1}{2}$ pollices explet. Rostrum 11 lineas longum est; cauda 14 lineas; digitorum medius 3 lineas: laterales eandem fere longitudinem obtinent; posticus lateralibus paululum longitudine cedit. Extremitates alarum $5\frac{1}{2}$ pollicum intervallo distant; alae complicatae caudam extremam attingunt. Mandibula superior nigra, inferior candicans, excepto apice nigro. Pedes, unguesque similiter nigri. Habitat in *Cayena*.

† ** 8. MELLISUGA CAYENENSIS VENTRE ALBO.

Mellisuga superne viridi-aurea, cupri puri colore varians, inferne alba; remigibus fusco-violaceis; rectricibus nigro-chalybeis, duabus intermediis cupri puri colore variantibus. . . . L'OISEAU—MOUCHE A VENTRE BLANC DE CAYENNE.

Mellivora Avis major. *Sloane*. Avicula minima. *Mus. Worm.* Guainumbi major. *Raj.* Guainumbi prima species. *Marogr. bujus icon satis accurata. Fonth. Willugh.* *Anglice*, LARGER HUMMING-BIRD.

Præcedentem crassitie circiter æquat. Ipsius longitudo $3\frac{1}{2}$ pollices explet. Rostrum 10 lineas longum.
 Tom. II. C gum

gum est; cauda 13 lineas: digitorum medius 3 lineas: laterales eadem fere longitudine pollent; posticus omnium brevissimus. Extremitatum alarum distantia est $4\frac{1}{2}$ pollicum; alæ complicatæ caudam fere extremam pertingunt. Mandibula superior nigra, inferior candicans, excepto apice nigro. Pedes, unguisque similis tingit nigredo. Habitat in *Cayena*.

An præcedentis fœmina?

† ** 9. MELLISUGA CAYENENSIS VENTRE GRISEO.

Mellisuga superne viridi-aurea, cupri puri colore varians, inferne griseo-fusca; remigibus fusco-violaceis; rectoribus in prima medietate viridi-aureis, cupri puri colore variantibus, in altera nigro-purpureis, lateralibus in apice griseis; pedibus pennatis. . . . L'OISEAU-MOUCHE A VENTRE GRIS DE CAYENNE.

Præcedentes crassitie circiter æmulatur. Ipsius longitudo $3\frac{1}{2}$ pollices æquat. Rostrum $7\frac{1}{2}$ lineas longum est; cauda unum pollicem; digitorum medius 3 lineas: laterales eandem fere longitudinem obtinent; & posticus lateralibus paululum longitudine cedit. Extremitates alarum $4\frac{1}{2}$ pollicum intervallo distant; alæ complicatæ ad unius lineæ distantiam ultra caudam extremam protenduntur. Pedes ad exortum fere digitorum usque pennis vestiuntur griseo-fuscis. Rostrum, digiti, unguisque nigri. Habitat in *Cayena*.

10. MELLISUGA SURINAMENSIS PECTORE COERULEO.

Mellisuga superne viridi-aurea, cupri puri colore varians, inferne splendide cœrulea; imo ventre fusco; dorso supremo cœruleo; remigibus & rectoribus fusco-violaceis. . . . L'OISEAU-MOUCHE A POITRINE BLEUE DE SURINAM.

Colibri bleu & verd. Colibri gorge verte, (*c'est un jeune*).
Ed.

Edwards, aves des figures exactes. Anglice, GREEN-THROATED HUMMING BIRD.

Corpus ipsius pollicis humano nonnihil crassitie cedit. Ipsi-
us longitudo $3\frac{1}{2}$ pollices circiter æquat. Rostrum $10\frac{1}{2}$ lineas longum est; cauda $1\frac{1}{2}$ pol-
licem; digitorum medius $2\frac{1}{2}$ lineas: laterales pau-
lo sunt breviores; & posticus reliquis omnibus lon-
gitudine cedit. Alæ complicatæ nonnihil ultra tres
quartas caudæ partes extenduntur. Laterales rec-
trices intermedias paululum longitudine excedunt.
Rostrum, pedes, unguesque nigri. Habitat in *Su-
rinamo*.

II. MELLISUGA SURINAMENSIS TORQUATA.

Mellisuga superne viridi-aurea, cupri puri colore
varians, inferne alba; capite & collo splendide
cæruleis; collo superiore torque albo cincto; re-
migibus fusco-violaceis; rectricibus lateralibus
candidis. . . . L'OISEAU-MOUCHE A COLLIER DE
SURINAM.

*Trochilus mellivorus. Linn. Colibri au ventre blanc.
Edwards, avec une figure exacte.*

Præcedentem crassitie paululum antecellit. Ipsi-
us longitudo $4\frac{1}{2}$ pollices circiter explet. Rostrum 10
lineas longum est; cauda 16 lineas; digitorum me-
dius 3 lineas: laterales paulo sunt breviores; &
posticus reliquis omnibus longitudine cedit. Alæ
complicatæ nonnihil ultra tres quartas caudæ partes
extenduntur. Rectrices laterales intermedias pau-
lulum longitudine excedunt. Rostrum, pedes, un-
guesque nigri. Habitat in *Surinamo*.

† ** 12. MELLISUGA CRISTATA.

Mellisuga cristata, superne viridi-aurea, cupri puri
colore varians, inferne fusca, viridi-aureo mix-
ta; gutture & collo inferiore cinereo-fuscis;
remigibus fusco-violaceis; rectricibus lateralibus
nigro.

nigro-violaceis; pedibus pennatis. . . . L'OISEAU-
MOUCHE HUPE.

Trochilus cristatus. *Linn.* Mellifuga cristata. *Klein.*
Colibri. *Feuillée.* Colibri hupé. *Edwards, avec une*
figure assez exacte. Petit Colibri. *Du Tertre.*

Corpus ipsius ultimum minimi digiti articulum crassitie non superat. Ipsius longitudo 3 pollices explet. Rostrum, quod quidem superne ad mediam longitudinem usque & ultra pennis viridi—aureis oblitum est, 7 lineas longum est; cauda unum pollicem; digitorum medius 3 lineas: laterales paulo sunt breviores; posticus autem cum lateralibus longitudine convenit. Extremitatum alarum distantia est $4\frac{1}{2}$ pollicum; alæ complicatæ caudam extremam attingunt. Rostrum, digiti, unguesque nigri. Habitat in *Cayena*.

† ** 13. MELLISUGA CAROLINENSIS GUT-
TURE RUBRO.

Mellifuga superne viridi—aurea, cupri puri colore varians, inferne sordide alba, griseo-fusco admixto; gutture & collo inferiore purpureo—aureis; remigibus fusco-violaceis; rectricibus lateralibus fusco-purpureis. (*Mas*).

Mellifuga superne viridi—aurea, cupri puri colore varians, inferne sordide alba; gutture fusco maculato; rectricibus lateralibus in prima medietate fusco—aureis, altera nigro-chalybeis, albo terminatis. (*Femina*). . . . L'OISEAU—MOUCHE A GORGE ROUGE DE LA CAROLINE.

Mellifuga pectore rubro. Colubris. *Klein.* Trochilus Americanus, pennis viridibus & auriculis splendentibus elegans, rostello digitis sexies longiori. *Barr.* Trochilus auricolor. Colubris. *Tomineo.* *Linn.* Passer muscatus. *Gesn.* Passer Mosquitos *Oviedo.* *Willughb.* Avicula minima alia. *Mus. Worm.* Avicula Tominejo. *Jonst.* Ourissia, sive Tominejo. *Clus.* *Willughb. Euf. Nieremb.* Tomineo virescens gutture flam-

flammeo. *Petiv.* Tomineius. *Cbarlet.* Huitzitzil.
Joan. de Laët. Guainumbi, quæ & Guinambi, item
 Aratica & Aratarata-guacu vocatur a Bresiliensibus.
Marcgr. *Fonst.* *Willughb. Raj.* Colibri. *Catesb. avec*
une figure assez exacte. Colibri à gorge rouge. *Ed-*
wards, avec des figures exactes. Anglice, HUMMING-
 BIRD.

Præcedentem crassitie paululum antecellit. Ipsi-
 us longitudo 3½ pollices æquat. Rostrum 8 lineas lon-
 gum est; cauda unum pollicem; digitorum medius
 2½ lineas; laterales eamdem fere longitudinem obti-
 nent; posticus lateralibus nonnihil longitudine ce-
 dit. Extremitates alarum 4½ pollicum intervallo dis-
 tant; alæ complicatæ extremitatem caudæ pertin-
 gunt. Cauda nonnihil bifurca. Rostrum, pedes,
 unguesque nigri.

Femina crassitie & magnitudine marem æmulatur;
 ab illo autem coloribus nonnihil discrepat.

Habitant in calidis Americæ regionibus, & æstate
 tantum in Carolina & Canada.

† ** 14. MELLISUGA BRASILIENSIS GUTTURE RUBRO.

Mellisuga viridi—aurea, superne cupri puri colore
 varians; gutture splendide rubineo; remigibus
 exterius & in apice fusco-violaceis, interius ru-
 fis; rectricibus rufis, exterius & in apice fusco-
 viridi—aureo fimbriatis. . . . L'OISEAU—MOUCHE
 A GORGE ROUGE DU BRÉSIL.

Præcedentem crassitie multum superat. Ipsi-
 us longitudo 4½ pollices explet. Rostrum 11 lineas
 longum est; cauda 1½ pollicem; digitorum medius
 4 lineas; laterales paulo sunt breviores; posticus
 reliquis omnibus longitudine cedit. Extremitatum
 alarum distantia est 7 pollicum; alæ complicatæ
 caudam extremam attingunt. Binæ rectrices in-
 termediæ lateralibus paululum longitudine cedunt.
 Rostrum, pedes, unguesque nigri. Habitat in
 Brasilia.

† ** 15. MELLISUGA CAYENENSIS MAJOR.

Mellisuga superne viridi-aurea, inferne alba; tænia infra oculos nigra; macula utrinque infra aures splendide violacea; cruribus fuscis; remigibus nigris; rectricibus quatuor intermediis nigro-cæruleis, lateralibus albis; pedibus pennatis. . . .
LE GRAND OISEAU-MOUCHE DE CAYENNE.

Præcedenti nonnihil crassitie cedit. Ipsi longitudo $4\frac{7}{8}$ pollices æquat. Rostrum 11 lineas longum est; cauda $1\frac{2}{3}$ pollicem; digitorum medius 3 lineas: laterales paulo sunt breviores; posticus omnium brevissimus. Extremitates alarum 6 pollicum intervallo distant; alæ complicatæ caudam fere extremam attingunt. Rostrum nigrum. Pedes ad exortum usque digitorum vestiunt pennæ fuscæ. Digni, unguesque nigricant. Habitat in *Cayena*.

† ** 16. MELLISUGA BRASILIENSIS CAUDA BIFURCA.

Mellisuga viridi-aurea; sincipite cæruleo-violaceo; macula prope anum candida; remigibus fusco-violaceis; rectricibus nigro-chalybeis; pedibus pennatis; cauda bifurca. . . . L'OISEAU-MOUCHE A QUEUE FOURCHUE DU BRÉSIL.

Guainumbi major. *Raj.* Guainumbi secunda species.
Marcgr. Jonst. Willughb.

Corpus ipsius ultimum digiti articulum crassitie non multum antecellit. Ipsi longitudo $4\frac{1}{2}$ pollices æquat. Rostrum 11 lineas longum est; cauda $1\frac{1}{2}$ pollicem; digitorum medius 3 lineas: laterales eadem fere obtinent longitudinem; posticus lateralibus nonnihil longitudine cedit. Extremitates alarum $5\frac{1}{2}$ pollicum intervallo distant; alæ complicatæ ad tres quartas caudæ partes protenduntur. Rostrum nigrum. Pedes ad exortum usque digitorum pennis vestiuntur fuscis, albido terminatis. Digni, unguesque fusci. Habitat in *Brasilia*.

† ** 17. MELLISUGA CAYENENSIS CAUDA BIFURCA.

Mellisuga viridi—aurea; capite & collo superiore cœruleo—violaceis, viridi—aureo mixtis; collo inferiore cœruleo—violaceo; pennis ad anum candidis; remigibus fusco—violaceis; rectricibus cœruleo—chalybeis; cauda bifurca. . . . L'OISEAU-MOUCHE A QUEUE FOURCHUE DE CAYENNE.

Corpus ipsius pollicem humanum crassitie circiter æquat. Ipsi longitudo 6 pollices explet. Rostrum $11\frac{1}{2}$ lineas longum est; cauda $3\frac{1}{2}$ pollices; digitorum anticorum medius cum ungue 4 lineas: laterales eandem fere longitudinem obtinent; posticus lateralibus paululum longitudine cedit. Extremitatum alarum distantia est $6\frac{1}{2}$ pollicum; alæ complicatæ nonnihil ultra mediam caudam extenduntur. Rostrum, pedes, unguesque nigri. Habitat in *Cayena*.

18. MELLISUGA JAMAÏCENSIS CAUDA BIFURCA.

Mellisuga viridi—aurea; vertice cœruleo; imo ventre candido; cruribus fuscis; remigibus, exceptis tribus corpori finitimis, fusco—violaceis; rectricibus viridi—aureis, splendenti cœruleo colore variantibus; cauda maxime bifurca. . . . L'OISEAU-MOUCHE A QUEUE FOURCHUE DE LA JAMAÏQUE.

Trochilus forficatus. *Linn.* Polytmus viridans, aureo varie splendens, pinnis binis uropygii longissimis. *Browne.* Falcinellus vertice caudaque cyaneis. *Klein.* Colibri verd à longue queue. *Edwards,* avec une figure assez exacte.

Præcedenti paululum crassitie cedit. Ipsi longitudo $7\frac{1}{2}$ pollices circiter explet. Rostrum 9 lineas longum est; cauda $4\frac{1}{2}$ pollices; digitorum medius 3 lineas: laterales paulo sunt breviores; & posticus reliquis omnibus longitudine cedit. Alæ complicatæ ad 7 tantum linearum distantiam ultra caudæ exortum protenduntur. Rostrum, pedes, unguesque nigri. Habitat in *Jamaïca*.

19. MELLISUGA JAMAÏCENSIS ATRICAPILLA CAUDA BIFURCA.

Mellisuga superne viridi—flavicans, inferne viridi—auræa, cœruleo colore varians; capite superiore nigro—cœruleo; marginibus alarum candidis; remigibus fusco—violaceis; rectricibus nigricantibus; cauda bifurca. . . . L'OISEAU—MOUCHE A TESTE NOIRE ET QUELUE FOURCHUE DE LA JAMAÏQUE.

Polytmus. Linn. Polytmus major nigricans aureo varie splendens, pennis binis uropygii longissimis. *Browne.* Falcinellus cauda septem unciarum. *Klein.* Colibri à tête noire & longue queue. *Edwards,* avec une figure exacte. Bourdonneur de Mango à longue queue. *Alb.* avec une figure passable.

Præcedentem crassitie circiter æmulatur. Ipsiùs longitudo $9\frac{7}{12}$ pollices circiter æquat. Rostrum 10 lineas longum est; cauda 7 pollices; digitorum medius 4 lineas: laterales paulo sunt breviores; & posticus reliquis omnibus longitudine cedit. Alæ complicatæ ad 9 tantum linearum distantiam ultra caudæ exortum protenduntur. Rectrices longitudine inæquales, sed secundum proportionés insolitas, & ab illis a me hætenus observatis maxime diversas; utrinque enim extrema 14 linearum longitudine pollet: proxime sequens 7 pollicum: tertia unius tantum pollicis: reliquæ sensim atque sensim longitudine minuuntur ad binas intermedias usque 6 tantum linearum longitudinem obtinentes; unde fit cauda maxime bifurca. Omnium rectricum textura rigida est & compacta, excepta tamen utrinque longissima maxime flexibili. Rostrum flavum, in apicem nigrum desinens. Pedes, unguesque nigri. Habitat in *Jamaïca*.

† * * 20. MELLISUGA JAMAÏCENSIS VIOLACEA CAUDA BIFURCA.

Mellisuga splendide cœruleo—violacea; dorso infimo,

mo, uropygio, gutture & collo inferiore viridi-aureis; capite & collo superiore fusco—viridi aureis, cupri puri colore variantibus; remigibus & rectricibus nigris; cauda maxime bifurca. . . .
L'OISEAU—MOUCHE VIOLET A QUEUE FOURCHUE
DE LA JAMAÏQUE.

Mellivora Avis maxima. *Sloane.* Avicula mea minima.
Mus. Worm. Guainumbi minor, cauda longissima
forcipata. *Raj.* Guainumbi tertia species. *Marcgr.*
Fonst. Willughb. *Anglice,* LONG-TAIL'D HUMMING-
BIRD

Crassitie præcedenti multum cedit. Ipsi-
ginitudo 4 pollices æquat. Rostrum 9 lineas lon-
gum est; cauda 1½ pollicem; digitorum medius 2
lineas longus est: laterales eadem fere longitudine
pollent; posticus lateralibus nonnihil longitudine
cedit. Extremitates alarum 4½ pollicum intervallo
distant; alæ complicatæ paululum ultra duas tertias
caudæ partes extenduntur. Rostrum nigrum. Pe-
des, unguesque nigricantes. Habitat in *Jamaïca,*
Brasilia & Cayena.

O R D O X I I I .

AVES Digitis quatuor, membranis destitutis, duo-
bus scilicet anticis, totidem posticis: & cruribus
ad calcaneum usque plumosis præditæ.

Hujus Ordinis Avium alæ rostro donantur recto;
inter quas non nullæ lingua longissima & lumbrici-
formi præditæ sunt; quædam vero linguam habent
rostrum longitudine non superantem: alæ rostrum ha-
bent modice deorsum inflexum, superne convexum
& lateraliter compressum: alæ rostrum breve, adun-
cum: alæ tandem rostrum longum, crassitie caput
æquans, ferræ instar denticulatum; utriusque man-

dibulæ apice deorsum incurvo; & lingua pennæ æmula. In quinque sectiones eas dividimus: prima continet illas quæ rostro donantur recto, & lingua longissima & lumbriciformi, ut *Torquilla*, *Picus*: secunda eas quæ rostrum habent rectum, & linguam rostrum longitudine non superantem, ut *Galbula*: tertia illas quæ rostrum habent modice deorsum inflexum, superne convexum, & lateraliter compressum, ut *Bucco*, *Cuculus*: quarta eas quæ rostro donantur brevi & adunco, ut *Trogon*, *Crotophagus*, *Pittacus*: quinta denique illas quæ rostrum habent longum, crassitie caput æquans, serræ instar denticulatum; utriusque mandibulæ apice deorsum incurvo; & lingua pennis æmula, ut *Tucana*.

S E C T I O I.

Eæ quæ rostro donantur recto, & lingua longissima & lumbriciformi.

Hæc sectio duobus constat generibus Avium. Aliæ enim rostro donantur acuto, & rectricibus flexibilibus, ut *Torquilla*: aliæ vero rostro cuneiformi, & rectricibus rigidis, & cuneiformibus, ut *Picus*.

XLVI. Genus *Torquillæ*.

Hujus character est
 Digi quatuor, membranis destituti; duo scilicet antici, totidem postici; omnes circiter usque ad exortum discreti:
 Crura ad calcaneum usque plumosa:
 Rostrum rectum, acutum:
 Lingua longissima & lumbriciformis:
 Rectrices flexibiles.

Hujus generis Avium cauda decem tantum rectricibus conflatur.

† ** I. TORQUILLA.

Torquilla superne griseo, fusco & nigricante transversim & undatim variegata, inferne rufescens, nigricante transversim striata; ventre fordide alborufescente, maculis nigricantibus vario; remigibus fuscis, maculis dilutius fuscis, quadratis & triangularibus notatis; rectricibus dilute griseis, lineolis undatis, maculisque nigricantibus variegatis, tæniis transversis nigris insignitis. . . . LE TORCOL.

Torquilla. *Schwenck. Frisch. bujus icon accurata.* Torquilla Gesneri & Gazæ; Iynx Mortoni; Verticilla; Cinclida; Turbo; Collitorques. *Rzac.* Iynx. *Moebr.* Iynx; Torquilla. *Charlet. Linn.* Iynx, Torquilla, Turbo. *Gesn. Aldrov. Jonst. Willughb. Raj.* Picus Torquilla. *Klein.* Torcol. *Gesn. Alb.* Tercou, Tercou, ou Turcot, Tercot. *Bel.* Germanice, WIND-HALSZ. *Belgice,* DRAAIHALS. *Anglice,* WRYNECK.

Craffitie *Alaudam* æquat aut paululum ei cedit. Ipfius longitudo $6\frac{1}{2}$ pollices explet. Rostrum 9 lineas longum est; cauda $2\frac{1}{2}$ pollices; digitorum anticorum extimus cum ungue $8\frac{1}{2}$ lineas, intimus $5\frac{1}{2}$ lineas; posticorum extimus $7\frac{1}{2}$ lineas, intimus 4 lineas. Extremitates alarum $9\frac{1}{2}$ pollicum intervallo distant; alæ complicatæ ad tertiam caudæ partem protenduntur. Pennas capitis verticem obtegentes, cristæ in modum, interdum erigit hæc Avis. Oculorum irides ex avellaneo ad flavum inclinant. Rostrum pallide plumbeo colore tinctum. Pedes ex griseo ad incarnatum colorem vergentes; unguis vero grisei.

Fœmina a mare discrepat coloribus pallidioribus.

Caput singulari modo contorquet hæc Avis; ita ut rostrum secundum medii dorsi directionem sit positum: quod ei valde familiare; unde *Torquillæ* nomen. *Formicis* victitat.

A. TORQUILLA STRIATA.

LE TORCOL RAYÉ.

Iyngi Congener. *Aldrov. Jonst. Willughb.*

Præcedentem magnitudine & crassitie circiter æmulatur. Superne est ferruginea, maculis luteis transversis eleganter distincta. Inferne albicat, lineisque longitudinalibus luteis exornatur. Remiges, sicut & rectrices, dorso concolores. Pedes lutei; ungues adunci, magni, nigri.

XLVII. Genus Pici.

Hujus character est

Digiti quatuor, membranis destituti; duo scilicet antici, totidem postici; omnes circiter usque ad exortum discreti:

Crura ad calcaneum usque plumosa:

Rostrum rectum, cuneiforme:

Lingua longissima & lumbriciformis:

Rectrices rigidæ, cuneiformes.

Omnes hujus generis Aves decem tantum rectricibus præditæ sunt. Sex sive octo intermediarum scapi ad ipsarum apices non protenduntur; unde rectrices istæ nonnihil bifurcæ videntur. Avium istarum lingua in apicem durum, osseum & acutum desinit.

** I. PICUS VIRIDIS.

Picus superne viridi—olivaceus, inferne ex sordide albo ad olivaceum inclinans; uropygio olivaceo-flavicante; capite superius & occipitio rubris; genis nigris, in maxilla inferiori rænia longitudinali rubro punctulata; remigibus fuscis, maculis albidis variis; rectricibus fuscis, binis intermediis in utroque latere, lateralibus exterius viridi-olivaceo dentatim variegatis, octo intermediis in apice nigris. . . . LE PIC VERD.

Picus

Picus viridis vertice coccineo. Linn. *Picus viridis.*
Gesn. Schwencck. Jonst. Willughb. Raj. Sibbald. Frisch.
bujus icon accurata (si corpus inferius non esset macula-
tum). Klein. *Picus viridis, seu Picus Martius; Pi-*
cus medius Eberi & Peuceri. Rzac. *Picus viridis,*
Virio. Cbarlet. *Picus viridis Jonstoni.* Barr. *Picus*
Arborarius Plinio; Picus Martius Festo. Rzac. *Picus*
Moedr. *Κολιδός, seu Picus viridis nostras.* Aldrov.
Galgulus. Jonst. Green Wood-pecker, or *Picus*
Martius. Borl. Piverd. Alb. Pie, Pic mart, Pic
verd, Pic jaulne, Picumart. Bel. Germanice,
SPECHT. Belgice, SPECHT. Anglice, GREEN-
WOOD-PECKER.

Ad *Monedulæ* crassitiem accedit. *Ipsius longi-*
tudo 12½ pollices æquat. *Rostrum* 1½ pollicem
longum est; *cauda* 4 pollices; *digitorum anticorum*
exterior 15½ lineas, *interior* 13 lineas; *posticorum*
exterior 13½ lineas, *interior* 6½ lineas. *Extremita-*
tes alarum 1½ pedis & 7 linearum intervallo distant;
alæ complicatæ mediam caudam non attingunt.
Oculorum pupilla est nigra, eamque ambit duplex
circulus, quorum *interior* ex rufo fuscescit, *exte-*
rior vero albet. *Rostrum* saturate plumbeo sive
nigricante colore tinctum, excepto tamen *mandibu-*
læ inferioris exortu olivaceo—flavicante. *Pedes*
plumbeo—viridescentes; *ungues* vero cinerei. *In-*
sectis victitat. *Sæpius* quam reliquæ hujus generis
species terræ insidet; & in ea victum quærit. In
cavis arboribus nidificat.

2. PICUS VIRIDIS BENGALENSIS.

Picus cristatus, superne viridi—flavicans, inferne
albus, marginibus pennarum fuscis; crista rubra;
capite anterius & collo inferiore albo & nigro va-
riis; collo superiore nigro; tænia utrinque candi-
da ab oculis secundum colli latera protensa; re-
migibus majoribus nigricantibus, albo maculatis,
minoribus viridi—flavicantibus; rectricibus ni-
gricantibus, obscuro viridi adumbratis. . . LE
PIC VERD DE BENGALÉ.

Picus

Picus varius Bengalensis. *Klein. Linn.* Pic-vert tacheté des Indes. *Edwards*, avec une figure exacte. Grimpeur de Bengale. *Alb.* avec une figure passable. *Anglice*, WOOD-PECKER FROM BENGALL.

Præcedenti paululum crassitie cedit. Ipsi-
tudo $8\frac{1}{2}$ pollices circiter æquat. Rostrum $1\frac{1}{2}$ pol-
licem longum est; cauda $2\frac{2}{7}$ pollices; digitorum an-
ticorum extimus 10 lineas, intimus $7\frac{1}{2}$ lineas; post-
icorum exterior 9 lineas, interior $5\frac{1}{2}$ lineas. Alæ
complicatæ ad duas circiter tertias caudæ partes
protenduntur. Rostrum, pedes, unguesque nigri-
cantes. Habitat in *Bengalensi* Regno.

3. PICUS VIRIDIS MEXICANUS.

Picus superne saturate viridis, inferne dilute viridi
& luteo mixtus; uropygio dilute flavo; capite
superius & maculis infra aures saturate rubris;
remigibus majoribus spadiceis, albo maculatis,
minoribus saturate viridibus; rectricibus viridi-
bus, nigro maculatis. . . . LE PIC VERD DU
MEXIQUE.

Ardea Mexicana, altera. *Seb. hujus icon satis accurata*,
(exceptis pedibus). Jaculator mitella rubra. *Klein.*
Cornix. *Moeb.*

Crassitie *Picum viridem nostratem* paululum ante-
cellit. Ipsi-
tudo $13\frac{1}{2}$ pollices circiter æquat. Rostrum 2 pollices longum est; cauda $3\frac{1}{2}$ polli-
ces; digitorum anticorum extimus $1\frac{1}{2}$ pollicem,
intimus 14 lineas; posticorum extimus $1\frac{1}{2}$ pollicem,
intimus $7\frac{1}{2}$ lineas. Alæ complicatæ mediam circi-
ter caudam pertingunt. Rostrum, pedes, ungues-
que nigricantes. Habitat in *Mexico*.

4. PICUS VIRIDIS NORVEGICUS.

Picus superne cœruleo-viridis, inferne cinereus,
viridi mixtus; capite & collo superiore cinereis;
syncipite minutis maculis rubris variegato; nari-
bus coopertis pennis nigris, antrorsum versis;
uro-

uropygio luteo; tæniis utrinque binis, una a rostro ad oculum, altera ab oris angulis ad collum, nigris; remigibus majoribus obscure fuscis, luteo maculatis, minoribus viridi flavicantibus, interius fusco striatis; rectricibus obscure fuscis, tæniis obscurioribus transversim striatis, oris exterioribus viridescentibus. . . . LE PIC VERD DE NORVEGE.

Picus viridis, supra uropygium lutescens; ad radicem rostri & ab inferiori mandibula ad latera capitis nigra linea curva, remigibus alarum nigro-fuscis, albis punctis transversalibus, rectricibus flavicantibus. *Klein.* Pic-vert tête grise. *Edwards*, avec une figure très-exacte.

Cum *Pico viridi nostrate* crassitie circiter convenit. Alæ complicatæ ad tertiam circiter caudæ partem extenduntur. Rostrum obscure cinereum, exceptis tamen basi mandibulæ inferioris & oris angulis dilute aurantiis. Pedes, unguisque nigri. Habitat in *Norvegia*.

5. PICUS LUTEUS PERSICUS.

Picus luteus, superne ferrugineo adumbratus; oculorum ambitu & remigibus majoribus ferrugineis; remigibus minoribus, & rectricibus luteis, ferrugineo adumbratis. . . . LE PIC JAUNE DE PERSE.

Picus luteus cyanopos Persicus. *Aldrov. Jonst. Charlet. Willughb. Raj. Anglice*, PERSIAN WOOD-PECKER.

Magnitudine a præcedente nihil propemodum differt; caput tamen & collum crassiora, rostrumque prolixius obtinet. Rostrum ferrugineum est. Pedes ex cinereo cærulescentes; unguis vero nigri. Secundum *Aldrovandum*, habitat in *Persia*.

** 6. PICUS NIGER.

Picus niger; capite superiore & occipitio rubris; rectricibus nigris. (*Mas*).

Picus

Picus nigricans; occipitio rubro; reſtricibus nigricantibus. (*Fœmina*). . . . LE PIC NOIR.

Picus martius. *Linn.* *Picus niger*. *Friſch. bujus icon accurata.* *Picus niger*, ſeu *formicarius*. *Schwenck.* *Picus niger maximus*. *Willugb. Raj.* *Picus niger*, *maximus noſtras*. *Klein.* *Picus totus niger*. *Barr.* *Picus maximus*, vel *niger*. *Gefn. bujus icon ſatis accurata.* *Rzac.* *Picus maximus*. *Aldrov. bujus icon ſatis accurata.* *Jonſt.* Tertia ſpecies *Dryocolaptæ*, *Ariſtoteli*. *Gefn.* *Pyrrhocorax Agricolaæ*. *Schwenck.* *Grimpereau noir*. *Alb.* *Germanice*, HOLTZ-KRAEE. *Anglice*, GREAT BLACK WOOD-PECKER.

Monedulam craſſitie paululum ſuperat. *Ipfius* longitudo $1\frac{1}{2}$ pedem & quinque pollices explet. *Roſtrum* $2\frac{1}{2}$ pollices longum eſt; *cauda* $6\frac{1}{2}$ pollices; *digitorum anticorum exterior* $15\frac{1}{2}$ lineas; *interior unum pollicem*; *poſticorum extimus* $14\frac{1}{2}$ lineas; *intimus* $6\frac{1}{2}$ lineas. *Extremitates alarum* $2\frac{1}{2}$ pedum intervallo diſtant; *alæ complicatæ* *mediam caudam attingunt*. *Roſtrum ſuperne & inferne* ex cinereo nigricat, ad latera candidat. *Pedes* in parte anteriore ad *mediam circiter longitudinem* uſque *penis obteguntur*: *reliquum pedum*, *digiti*, *unguesque* ſunt cinerei.

Fœmina a mare colore diſcrepat. In toto corpore nigricat; & in ea nil niſi occipitium rubet.

Habitat in montibus.

7. PICUS NIGER NOVÆ ANGLIÆ.

Picus niger; occipitio rubro; marginibus alarum & imo ventre candidis; reſtricibus nigris. . . . LE PIC NOIR DE LA NOUVELLE ANGLETERRE.

Picus Hirundinaceus. *Linn.* *Picus niger minimus*. *Klein.* *Petit Grimpereau noir*. *Alb.* *Anglice*, LESSER BLACK WOOD-PECKER.

Picum varium minorem craſſitie non multum antecellit. *Ipfius* longitudo $5\frac{1}{2}$ pollices circiter æquat. *Roſtrum* 15 lineas longum eſt; *cauda*

da $1\frac{1}{2}$ pollicem; digitorum anticorum extimus 7 lines; intimus 6 lines; posticorum extimus $6\frac{1}{2}$ lines; intimus 3 lines. Extremitates alarum 10 circiter pollicum intervallo distant. Oculorum irides candicantes. Rostrum fuscum. Pedes flavescens; unguis vero nigri. Habitat in *Nova Anglia*.

8. PICUS NIGER MEXICANUS.

Picus niger, inferne dilute griseo transversim & undatim striatus; alis dilute griseo variegatis, rectricibus nigris. . . LE PIC NOIR DU MEXIQUE.

Ardea Mexicanæ species singularis. *Seb. bujus icon satis accurata (exceptis pedibus)*. Jaculator; Ardea Mexicanæ species singularis. *Klein.* Diomedæa. *Moebr.*

Cum *Cornice* crassitie circiter convenit. Ipsius longitudo 15 circiter pollices æquat. Rostrum $2\frac{7}{8}$ pollices longum est; cauda 4 pollices; digitorum anticorum extimus $2\frac{1}{4}$ pollices, intimus $1\frac{7}{8}$ pollicem; posticorum extimus 2 pollices, intimus 10 lines. Alæ complicatæ mediam circiter caudam attingunt. De rostri, pedumque colore apud *Sebam* nulla fit mentio. Habitat in *Mexico*.

9. PICUS NIGER CAROLINENSIS CRISTATUS.

Picus cristatus, niger; crista coccinea; tænia utrinque candida ab oculis secundum colli latera protensa; dorso infimo, uropygio & remigibus minoribus albis; rectricibus nigris. . . LE PIC NOIR HUPE DE LA CAROLINE.

Picus principalis. *Linn.* Picus niger, rostro albo. *Klein.* Picus varius Brasiliensis Ipecu dictus *Marcgravii. Willughb. Raj.* Picus Imbricatus. *Euf. Nieremb. Fonst. Willughb.* Quatotomomi. *Fern.* Ipecu Brasiliensibus. *Marcgr.* Pic de la première grandeur au bec blanc. *Catesb. avec une figure exacte.* Anglice, LARGEST WHITE BILL WOOD-PECKER.

Crassitie præcedentem æmulatur. Ipsius longitudo
Tom. II. D 16

16 circiter pollices explet. Rostrum 3 pollices longum est; cauda $4\frac{1}{4}$ pollices; digitorum anticorum extimus $1\frac{2}{3}$ pollicem, intimus 15 lineas; posticorum exterior $2\frac{1}{2}$ pollices, interior 13 lineas. Alæ complicatæ caudam extremam ferme pertingunt. Oculorum irides luteæ. Rostrum candidum. Pedes, unguesque nigri. Habitat in Carolina, Virginia, Nova Hispania & Brasilia.

10. PICUS NIGER VIRGINIANUS CRISTATUS.

Picus cristatus, superne niger, inferne nigricans; macula in medio dorso candida; (capite superius & crista coccineis, *mas*); (capite superius fusco; crista coccinea, *femina*); genis & collo inferius & ad latera pallide luteis; fascia per oculos nigra; (tænia utrinque secundum maxillam inferiorem rubra, *mas*); remigibus, & rectricibus nigris. . . . LE PIC NOIR HUPÉ DE VIRGINIE.

Picus pileatus. Linn. Picus niger, toto capite rubro, rostro plumbeo. Klein. Picus Americanus niger, crista coccinea. Barr. Grand Piverd à tête rouge. Catesb. avec une figure pas assez exacte. Anglice, LARGER RED-CRESTED WOOD-PECKER.

Præcedenti crassitie cedit. Ipsi longitudo 15 circiter pollices æquat. Rostrum 2 pollices longum est; cauda 6 pollices; digitorum anticorum extimus $1\frac{1}{3}$ pollicem, intimus $10\frac{1}{2}$ lineas; posticorum extimus 15 lineas, intimus 6 lineas. Alæ complicatæ ad duas fere tertias caudæ partes extenduntur. Oculorum irides aureæ. Palpebræ plumbeo colore tinctæ. Rostrum quoque plumbeum. Pedes, unguesque nigri.

Femina a *mare* discrepat in eo quod nil habeat rubri in maxilla inferiore, & caput anterius sit fuscum.

Insectis visitant Aves istæ. Habitant in Virginia, Carolina & Guiana.

† ** 11. PICUS NIGER CAYENENSIS CRISTATUS.

Picus cristatus, superne niger, inferne albo-rufescens, nigro transversim striatus; capite superius, tænia in utroque capitis latere, & crista coccineis; colli inferioris & pectoris pennis nigris albo-rufescente in apice fimbriatis; tænia utrinque candida ab oris angulis infra oculos & secundum colli latera ad medium dorsum protensa; remigibus, & rectricibus nigris. . . . LE PIC NOIR HUPÉ DE CAYENNE.

Cum *Pico viridi nostrate* crassitie circiter convenit. Ipsi longitudo $12\frac{1}{2}$ pollices æquat. Rostrum $1\frac{1}{2}$ pollicem longum est; cauda $5\frac{1}{2}$ pollices; digitorum anticorum extimus $16\frac{1}{2}$ lineas, intimus pollicem unum; posticorum extimus 13 lineas, intimus $7\frac{1}{2}$ lineas. Extremitatum alarum distantia est unius pedis & $8\frac{1}{2}$ pollicum; alæ complicatæ ad tres fere quartas caudæ partes protenduntur. Rostrum corneo colore imbutum. Pedes, unguesque grisei. Habitat in *Cayena*.

12. PICUS VARIUS AMERICANUS CRISTATUS.

Picus cristatus, fulvo & nigro varius; crista fulvo-aurea; genis rubicundis; macula rostrum inter & oculos purpurea; rectricibus nigris. . . . LE PIC VARIÉ HUPÉ D'AMÉRIQUE.

Avis quædam Americæ. *Gesn.*

Picum viridem magnitudine circiter æmuletur. Longissimam in capite gerit cristam. *Vermibus* victitat. Habitat in *America*.

** 13. PICUS VARIUS MAJOR.

Picus superne niger, inferne griseo-rufescens; (fascia transversa in occipitio rubra, *mas*); syncipite rufescente, naribus tectis pennis nigris, anteriorum versis; collo macula albo-rufescente in-

signito in utroque latere; imo ventre rubro; tænia utrinque nigrâ ab oris angulis infra genas & secundum colli latera ad pectus usque protensa; remigibus nigris, albo transversim maculatis; rectricibus nigris, tribus utrinque extimis in apice sordide albo-rufescentibus, nigro transversim striatis. . . . LE GRAND PIC VARIE.

Picus major. *Linn.* Picus niger, occipite & uropygio coccineis. *Barr.* Picus varius major. *Willughb. Raj.* Picus discolor. *Frisch. bujus icon accurata. Klein.* Grand Grimpeau, ou Piverd bigarré. *Alb. Germanice,* BUNT-SPECHT. *Anglice,* GREAT SPOTTED WOOD-PECKER.

Crassitie *Merulam* adæquat aut etiam nonnihil superat. Ipsi^{us} longitudo $9\frac{1}{2}$ pollices explet. Rostrum 13 lineas longum est; cauda $3\frac{1}{2}$ pollices; digitorum anticorum extimus $10\frac{1}{2}$ lineas, intimus 8 lineas; posticorum exterior 11 lineas, interior 6 lineas. Extremitates alarum 15 pollicum intervallo distant; alæ complicatæ nonnihil ultra mediam caudam extenduntur. Oculorum irides rubescentes. Rostrum corneo-nigricante colore tinctum. Pedes plumbeo colore imbuti, ungues vero fusci.

Fœmina a mare discrepat in eo quod in occipitio nil rubri habeat.

Insectis victitant, & in arborum foraminibus nidificant.

† ** 14. PICUS VARIUS.

Picus superne niger, inferne albo-flavicans, penis laterum ad scapum nigris; vertice & occipitio rubris; syncipite, & penis narium antrorsum versis sordide griseis; tænia in utroque capitis latere griseo-fusca; imo ventre roseo; tænia utrinque in pectore nigra; remigibus nigris, albo maculatis; rectricibus nigris, duabus utrinque extimis in ultima medietate sordide albis, nigro transversim

versim striatis, proxime sequenti in apice exterioris fordide alba. . . . LE PIC VARIÉ.

Picus medius. *Linn.* Picus varius ex albo & nigro. *Gesn.* Picus major. *Aldrov. Jonst.* Picus varius major. *Schwenck. Willugh. Cbarlet. Rzac.* Pic verd rouge, Epeische, Cul rouge; Pic rouge. *Bel. Germanice,* ELSTER-SPECHT. *Anglice,* FRENCH-PIE.

Præcedenti nonnihil crassitie cedit. Ipsi longitudo $8\frac{1}{2}$ pollices æquat. Rostrum 13 lineas longum est; cauda $3\frac{1}{4}$ pollices; digitorum anticorum extimus 10 lineas, intimus $8\frac{1}{2}$ lineas; posticorum extimus 10 lineas, intimus 5 lineas. Extremitatum alarum distantia est $13\frac{1}{2}$ pollicum; alæ complatæ paulo ultra mediam caudam extenduntur. Rostrum nigricans. Pedes, unguesque cinereo-nigricantes. *Insectis* victitat, & in arborum foraminibus nidificat.

** 15. PICUS VARIUS MINOR.

Picus superne niger, albo transversim striatus, inferne rufescens, pennis laterum ad scapum nigricantibus; (vertice rubro, *mas*;) pennis narium, antrorsum versis, rufescentibus; macula pone oculos candida; tæniâ utrinque nigra ab oris angulis infra oculos & secundum colli latera protensa; remigibus nigris, albo maculatis; rectricibus nigris, duabus utrinque extimis in ultima medietate albis, nigro transversim striatis, proxime sequenti in apice alba. . . . LE PETIT PIC VARIÉ.

Picus minor. *Linn.* Picus varius minor. *Aldrov. Schwenck. Jonst. Willugh. Raj. Cbarlet. Sibbald.* Picus varius minor. *Rzac.* Picus varius minimus. *Gesn.* Picus varius tertius. *Raj.* Picus discolor minor. *Frisch. maris & fæminæ icones accurate. Klein.* Petit Grimpeau, ou Piverd bigarré. *Alb. avec une figure passable. Germanice,* GRASS-SPECHT. *Anglice,* LESSER SPOTTED WOOD-SHITE.

Alaudæ paululum crassitie cedit. Ipsi longitudo

D 3

$5\frac{1}{2}$ pol.

5 $\frac{1}{2}$ pollices æquat. Rostrum 7 $\frac{1}{2}$ lineas longum est; cauda 2 pollices; digitorum anticorum extimus 7 lineas, intimus 5 $\frac{1}{2}$ lineas; posticorum extimus 7 lineas, intimus 3 lineas. Extremitatum alarum distantia est 9 $\frac{1}{4}$ pollicum; alæ complicatæ nonnihil ultra mediam caudam extenduntur. Rostrum faturate plumbeum sive nigricans. Pedum partem supremam cooperiunt pennæ eodem imbutæ colore ac crura ipsa tinguntur: pedum infima pars, digiti, unguesque plumbei sunt coloris. *Insectis* victitat, & in cavis arboribus nidificat.

† ** 16. PICUS VARIUS CANADENSIS.

Picus superne niger, dorso superiore albo mixto, inferne albus; occipitio fascia pallide aurantia insignito; tæniis utrinque candidis duabus, una supra oculum ducta, altera ab oris angulis infra oculos & secundum colli latera protensa; naribus obtectis pennis sordide albis; reetricibus nigris, tribus utrinque extimis in ultima medietate albis, proxime sequenti sordide albo versus apicem utrinque notata. . . . LE PIC VARIÉ DE CANADA.

Craffitie *Picum varium majorem nostratem* circiter æmulatur. Ipsi longitudo 9 pollices æquat. Rostrum 15 lineas longum est; cauda 3 $\frac{1}{2}$ pollices; digitorum anticorum exterior 10, & interior 9 lineas; posticorum extimus 11 lineas, intimus 5 $\frac{1}{2}$ lineas. Extremitates alarum 14 $\frac{1}{4}$ pollicum intervallo distant; alæ complicatæ nonnihil ultra mediam caudam extenduntur. Rostrum corneo colore imbutum. Pedes, unguesque griseo-fusci. Habitat in *Canada*.

** 17. PICUS VARIUS VIRGINIANUS.

Picus superne niger, tænia longitudinali in medio dorso candida, inferne albus; (fascia transversa in occipitio rubra, *mas*); duplici utrinque in capite tænia longitudinali candida, una supra oculos, altera secundum maxillam inferiorem protensa; narium

narium pennis, fordide albis, antrorsum versis; remigibus nigris, albo transversim maculatis; rectricibus quatuor intermediis nigris, proxime sequenti nigra, in apice oblique alba, nigro terminata, quarta in exortu nigra, in reliqua longitudine alba, extima per totam longitudinem candida. . . . LE PIC VARIÉ DE VIRGINIE.

Picus villosus medius. *Klein.* Piverd velu. *Catesb. avec une figure exacte.* *Anglice,* HAIRY WOOD-PECKER.

Picum varium nostratem crassitie circiter æquat. Ipsiùs longitudo $8\frac{1}{2}$ pollices explet. Rostrum 15 lineas longum est; cauda 3 pollices; digitorum anticorum extimus $9\frac{1}{2}$ lineas, intimus $8\frac{1}{2}$ lineas; posticorum exterior $10\frac{1}{2}$ lineas; interior 5 lineas. Extremitatum alarum distantia est 14 pollicum; alæ complicatæ nonnihil ultra mediam caudam extenduntur. Rostrum corneo colore imbutum. Pedes, unguesque griseo-fusci.

Femina a mare discrepat occipitio fascia rubra destituto.

Habitant in *Carolina, Virginia & Canada.*

18. PICUS VARIUS VIRGINIANUS MINOR.

Picus superne niger, tænia longitudinali in medio dorso candida; inferne dilute griseus; (occipitio rubro, *mas*); tænia utrinque supra oculos candida; remigibus nigris, albo transversim maculatis; rectricibus quatuor intermediis nigris, tribus utrinque extimis albo & nigro transversim striatis. . . . LE PETIT PIC VARIÉ DE VIRGINIE.

Picus varius minimus. *Klein.* Petit Piverd tacheté. *Catesb. avec une figure exacte.* *Anglice,* SMALLEST SPOTTED WOOD-PECKER.

Crassitie *Picum varium minorem nostratem* non multum antecellit. Ipsiùs longitudo $5\frac{1}{2}$ pollices circiter æquat. Rostrum 8 lineas longum est; cauda $1\frac{1}{2}$ pollicem; digitorum anticorum extimus 7 lineas, inti-

mus $5\frac{1}{2}$ lineas; posticorum extimus $6\frac{1}{2}$ lineas, intimus 3 lineas. Alæ complicatæ nonnihil ultra mediam caudam extenduntur. Rostrum corneo colore imbutum. Pedes, unguesque nigri.

Fœmina a mare differt occipitio nequaquam rubro. Habitant in Virginia & Carolina.

† ** 19. PICUS VIRGINIANUS ERYTHROCEPHALOS.

Picus superne niger, inferne albus; capite & collo coccineis; uropygio candido; tænia transversa in summo pectore nigra; remigibus minoribus albis, scapis nigris; reëtricibus nigris, binis utrinque extimis in apice albis. . . . LE PIC A TÊTE ROUGE DE VIRGINIE.

Picus erythrocephalus. *Linn.* Picus capite, colloque rubris *Klein.* Piverd à tête rouge. *Catesb. avec une figure exacte.* *Anglice*, RED-HEADED WOOD-PECKER.

Picum varium nostratem crassitie circiter æmularur. Ipsiùs longitudo $8\frac{1}{2}$ pollices explet. Rostrum 15 lineas longum est; cauda $3\frac{1}{2}$ pollices; digitorum anteriorum extimus 11 lineas, intimus $8\frac{1}{2}$ lineas; posticorum extimus 10 lineas, intimus $4\frac{1}{2}$ lineas. Extremitates alarum 15 pollicum intervallo distant; alæ complicatæ ad tres circiter quartas caudæ partes extenduntur. Rostrum plumbeo colore imbutum, excepto tamen apice nigricante. Pedes, unguesque similiter plumbei. Pagos libenter frequentat; & fructibus, granisque delectatur. Habitat in Carolina, Virginia & Canada.

** 20. PICUS VARIUS CAYENENSIS.

Picus superne niger, (maculis transversis albis variegatus, *mas*) inferne albus; lateribus albo & nigro transversim striatis; (vertice rubro, *mas*) tænia utrinque infra oculos candida; remigibus nigris, albo maculatis; reëtricibus nigris, binis utrinque extimis in ultima medietate albis, interius

rius nigro maculatis, proxime sequenti exterius in ultima medietate albo rufescente, interius versus apicem duabus maculis albo-rufescentibus insignita. . . . LE PIC VARIÉ DE CAYENNE.

Picus tridactylus. Linn. Piverd à trois ongles. *Edwards*, avec une figure exacte du mâle. *Anglice*, THREE TOED WOOD-PECKER.

Crassitie præcedentem circiter adæquat. Ipsius longitudo $8\frac{1}{2}$ pollices explet. Rostrum 16 lineas longum est; cauda $3\frac{1}{2}$ pollices; digitorum anticorum extimus $8\frac{1}{2}$ lineas, intimus 8 lineas; posteriorum exterior 9 lineas: interiore autem digito postice caret, quod maxime singulare. Qui defectus, ejus sit? an speciei? an individui? prorsus ignoro; unicum tantum individuum observavi. Extremitatum alarum distantia est $14\frac{1}{2}$ pollicum; alæ complicatæ ad tres quartas caudæ partes protenduntur. Rostrum, pedesque cinerei; unguis vero fusci.

Fœmina a mare discrepat capitis vertice nequam rubro, & dorso, uropygioque maculis albis destitutis.

Habitant in *Americæ* & forsan *Europæ* Septentrionali regione, & *Cayena*.

21. PICUS VARIUS MEXICANUS MAJOR.

Picus superne niger, inferne albus, rubro adumbratus; tænia utrinque pone oculos candida, pennis scapularibus albis; remigibus nigris, albo maculatis; rectricibus ex nigro & albo variegatis. . . . LE GRAND PIC VARIÉ DU MEXIQUE.

Pica Mexicana. *Seb.* *bujus icon minime accurata.* *Pica Mexicana alia.* *Jaculator cinereus.* *Klein.* *Cornix.* *Moëbr.*

Picum viridem nostratem crassitie circiter æmulatur. Ipsius longitudo unum circiter pedem æquat. Rostrum $1\frac{1}{2}$ pollicem longum est; cauda $3\frac{1}{2}$ pollices; digitorum anticorum extimus 16 lineas, intimus 4-

num pollicem; posticorum extimus 15 lineas, intimus 7 lineas. Alæ complicatæ mediam circiter caudam pertingunt. Rostrum album. De colore pedum nulla fit apud *Sebam* mentio. Habitat in *Mexico*.

22. PICUS VARIUS MEXICANUS MINOR.

Picus superne niger, albo transversim striatus, inferne ruber; remigibus & rectricibus nigris, albo transversim striatis. . . . LE PETIT PIC VARIE DU MEXIQUE.

Quauhchochopitli, seu Avicula ligna excavans. *Fern. Raj.*

Magnitudine *Picum varium nostratem* circiter æmulatur. Habitat in *Mexico*, cujus frigida loca frequentat.

23. PICUS VARIUS JAMAÏCENSIS.

Picus superne niger, griseo transversim striatus, uropygio albo transversim striato, inferne fordide ruber; imo ventre fusco transversim striato; capite & collo superius coccineis; genis albo-flavicantibus; collo inferiore & pectore olivaceo-rufescentibus; remigibus & rectricibus subtus saturate cinereis, superne nigris, harum extrema exterius albis maculis varia. . . . LE PIC VARIE DE LA JAMAÏQUE.

Picus Carolinus. *Linn.* Picus pullus albo variegatus, vertice coccineo, lingua ad apicem barbata. *Browne.* Picus ventre rubro. *Klein.* Picus varius medius. *Sloane.* Picus varius medius Jamaïcensis. *Raj.* Piverd de la Jamaïque. *Edwards,* avec une figure exacte de la femelle. Piverd à ventre rouge. *Catesb.* avec une figure passable du mâle. *Anglice,* RED-BELLIED WOOD-PECKER.

Picum varium majorem nostratem crassitie paululum antecellit. Ipsi longitudo $10\frac{1}{2}$ pollices circiter æquat. Rostrum $1\frac{1}{2}$ pollicem longum est; cauda $2\frac{1}{2}$ pollices. Alæ complicatæ mediam caudæ longitu-

gitudinem non attingunt. Oculorum irides avellaneæ. Rostrum, pedes, unguesque nigri.

Fœmina iisdem ac *mas* coloribus variegatur; ab illo tantum discrepat syncipite albo rufescente, quod in *mare* rubet.

Habitant in *Jamaïca* & *Carolina*.

** 24. PICUS VARIUS CAROLINENSIS.

Picus superne albo & nigro varius, inferne sulphureus; (vertice & gutture rubris; occipitio pallide luteo, *mas*); (vertice rubro; gutture & occipitio albis, *fœmina*); capite ad latera pallide luteo & nigro (*mas*), albo & nigro (*fœmina*), longitudinaliter vario; remigibus nigricantibus, albo transversim maculatis; rectricibus nigris, duabus intermediis utrinque, binis utrinque extremis exterius & in apice albo transversim maculatis. . . . LE PIC VARIÉ DE LA CAROLINE.

Picus varius minor, ventre luteo. *Klein.* Piverd au ventre jaune. *Catesb. avec une figure exacte.* *Anglice,* YELLOW BELLY'-D WOOD-PECKER.

Pico vario nostrati crassitie cedit. Ipsius longitudo $7\frac{1}{2}$ pollices æquat. Rostrum 11 lineas longum est; cauda $2\frac{1}{2}$ pollices; digitorum anticorum extremus 9 lineas, intimus 7 lineas; posteriorum exterior $8\frac{1}{2}$ lineas, interior 4 lineas. Extremitatum alarum distantia est 13 pollicum; alæ complicatæ ad tres quartas caudæ partes extenduntur. Rostrum plumbeo colore tinctum. Pedes, unguesque nigricantes.

Fœmina a *mare* discrepat gutture & occipitio albis; tæniæ quoque caput ad latera variegantes, quæque sunt in *mare* pallide luteæ, in illa albicant.

Habitant in *Carolina*, *Virginia* & *Cayena*.

† ** 25. PICUS DOMINICENSIS STRIATUS.

Picus superne nigro & olivaceo transversim striatus, inferne olivaceus; syncipite, genis, gutture, & pennis

pennis narium antrorsum versis, eleganter griseis; vertice, occipitio & uropygio rubris; collo inferiore & pectore griseo—fuscis; remigibus nigricantibus, albido & flavicante maculatis; rectricibus nigris, binis utrinque extimis subtus ad olivaceum inclinantibus, oris exterioribus griseis.... LE PIC RAYÉ DE S. DOMINGUE.

Præcedentem paululum crassitie superat. Ipsi longitudo $8\frac{1}{4}$ pollices explet. Rostrum 15 lineas longum est; cauda $3\frac{1}{2}$ pollices; digitorum anticorum exterior 11 lineas, interior $8\frac{1}{2}$ lineas; posticorum extimus $10\frac{1}{2}$ lineas, intimus $5\frac{1}{2}$ lineas. Extremitates alarum $13\frac{1}{2}$ pollicum intervallo distant; alæ complicatæ mediam circiter caudam pertingunt. Rostrum corneo colore tinctum. Pedes, unguesque nigricantes. Habitat in *Dominicensi Insula*.

† ** 26. PICUS DOMINICENSIS STRIATUS MINOR.

Picus superne nigro & griseo—flavicante transversim striatus, inferne griseus, nonnihil ad fulvum inclinans; vertice nigro; syncipite, genis, gutture & narium pennis antrorsum versis, eleganter griseis; occipitio & uropygio rubris; remigibus nigricantibus, albido & flavicante maculatis; rectricibus nigris, binis utrinque extimis subtus ad olivaceum inclinantibus, oris exterioribus griseis.... LE PETIT PIC RAYÉ DE S. DOMINGUE.

Præcedenti nonnihil crassitie cedit. Ipsi longitudo $8\frac{1}{4}$ pollices æquat. Rostrum 15 lineas longum est; cauda $3\frac{1}{2}$ pollices; digitorum anticorum extimus unum pollicem, intimus 9 lineas; posticorum extimus 11 lineas; intimus $5\frac{1}{2}$ lineas. Extremitatum alarum distantia est 13 pollicum; alæ complicatæ nonnihil ultra mediam caudam extenduntur. Rostrum corneo colore imbutum. Pedes, unguesque nigricantes. Habitat in *Dominicensi Insula*.

An præcedentis *fœmina*?

** 27. PICUS CAYENENSIS STRIATUS.

Picus superne nigro & olivaceo—flavicante transversim striatus, inferne flavicans; vertice nigro; occipitio rubro; uropygio & pectore olivaceo—flavicantibus, maculis nigris variegatis; remigibus nigricantibus scapis luteis, olivaceo, & fordidè albo transversim striatis; rectricibus sex intermediis nigris, binis intermediis in utroque latere, duabus utrinque sequentibus in latere exteriorè obscure olivaceo transversim maculatis, binis utrinque extimis nigricante & rufescente transversim striatis, scapis luteis. . . . LE PIC RAYÉ DE CAYENNE.

Pico varia crassitie cedit. Ipsiùs longitudo $7\frac{1}{2}$ pollices æquat. Rostrum $10\frac{1}{2}$ lineas longum est; cauda $2\frac{1}{2}$ pollices; digitorum anticorum extimus 9 lineas, intimus $7\frac{1}{2}$ lineas; posticorum extimus 10 lineas, intimus $4\frac{1}{2}$ lineas. Extremitatum alarum distantia est $11\frac{1}{2}$ pollicum; alæ complicatæ nonnihil ultra mediam caudam extenduntur. Rostrum nigricans. Pedes grisei; ungues vero griseo—fusci. Habitat in *Cayena*.

** 28. PICUS CANADENSIS STRIATUS.

Picus superne griseo—fuscus, nigricante transversim striatus, inferne fulvo—albicans, maculis rotundis nigris variis; capite & collo superius cinereis (*mas*), griseo—fusci (*fœmina*); occipitio rubro; uropygio candido; tænia in utroque capitis latere nigra; macula in medio pectore nigra; remigibus superne fuscis, scapis luteis, cinereo—fusco maculatis & interius candicante fimbriatis; rectricibus inferne, & in scapis, flavis, nigro terminatis, superne nigricantibus, oris exterioribus griseis, extima exteriorius candicante maculata. . . . LE PIC RAYÉ DE CANADA.

Cuculus auratus. *Linn.* Cuculus alis deauratis. *Klein.*
Grand

Grand Piverd aux aîles d'or. *Catesb. avec une figure exacte de la femelle.* Anglice, GOLD-WINGED WOOD-PECKER.

Pico viridi nostrati nonnihil crassitie cedit. Ipsi longitudo 11 pollices explet. Rostrum $1\frac{1}{2}$ pollicem longum est; cauda $4\frac{1}{2}$ pollices; pes $12\frac{1}{2}$ lineas; digitorum anticorum exterior 14 lineas, interior 11 lineas; posticorum extimus $11\frac{1}{2}$ lineas, intimus $6\frac{1}{2}$ lineas. Extremitates alarum $1\frac{1}{2}$ pedis circiter intervallo distant; alæ complicatæ nonnihil ultra mediam caudam extenduntur. Rostrum nigrum. Pedes, unguesque griseo-fusci.

Fœmina a mare differt partibus capitis & colli superioribus griseo-fuscis, occipitio multo minus vivide rubro, & remigibus alarum majoribus maculis in latere exteriori destitutis.

Vermibus, aliisque *Insectis*, quos e terra extrahunt, victitant. Arborum truncos non scandunt, sicut reliquarum hujus generis specierum mos est; sed ipsarum ramis insident. Habitant in *Carolina*, *Virginia* & *Canada*.

† ** 29. PICUS DOMINICENSIS MINOR.

Picus superne olivaceo-flavicans, inferne fusco & candicante transversim striatus; capite superius rubro, ad latera griseo-rufescente; remigibus interius fuscis marginibus candicantibus; rectricibus binis intermediis fuscis, duplici macula transversa grisea utrinque notatis, binis utrinque sequentibus fusco-nigricantibus, duplici macula transversa grisea interius notatis, binis utrinque extimis fuscis, griseo variegatis, extrema candicante terminata. . . . LE PETIT PIC DE S. DOMINGUE.

Crassitie *Alaudam* circiter æmuletur. Ipsi longitudo 6 pollices æquat. Rostrum 10 lineas longum est; cauda $1\frac{1}{2}$ pollicem; digitorum anticorum extimus

mus 8 lineas, intimus 7 lineas; posticorum exterior $9\frac{1}{2}$ lineas; interior 4 lineas. Extremitatum alarum distantia est $8\frac{1}{2}$ pollicum; alæ complicatæ mediam circiter caudam pertingunt. Rostrum, pedes, unguesque grisei. Habitat in *Dominicensi Insula*.

† ** 30. PICUS CAPITIS BONÆ SPEI.

Picus superne aurantius, aureo refulgens colore, inferne sordide albus, marginibus pennarum fuscis; capite superiore & occipitio tectis pennis longis, strictis & rubris; collo superiore & uropygio nigricantibus; tænia utrinque candida a naribus infra oculos & secundum colli latera protensa, supra quam alia adest concolor ab oculi cantho orta; remigibus octo primoribus ex fusco-nigricantibus, sordide albo maculatis, reliquis exterius olivaceo—aureis, interius fusco—nigricantibus, ac sordide albo maculatis; rectricibus nigricantibus. . . . LE PIC DU CAP DE BONNE ESPERANCE.

Picum varium nostratem crassitie nonnihil antecellit. Ipsi longitudo $10\frac{1}{2}$ pollices explet. Rostrum $1\frac{1}{2}$ pollicem longum est; cauda $3\frac{1}{2}$ pollices; digitorum anticorum extimus unum pollicem, intimus $9\frac{1}{2}$ lineas; posticorum exterior 11 lineas, interior 4 tantum lineas; ungue enim brevissimo donatur. Extremitates alarum 15 pollicum intervallo distant; alæ complicatæ mediam caudam non attingunt. Rostrum saturate plumbeo colore imbutum. Pedes, unguesque similiter plumbeo tincti colore, sed multo dilutiore. Habitat in *Capite Bonæ Spei*.

** 31. PICUS CAYENENSIS ALBUS.

Picus sordide albus; tænia utrinque in maxilla inferiori longitudinali rubra; remigibus fuscis & rufis; rectricibus nigricantibus. . . . LE PIC BLANC DE CAYENNE.

Præcedenti crassitie cedit. Ipsi longitudo 9 pollices æquat. Rostrum $12\frac{1}{2}$ lineas longum est; cauda $3\frac{1}{2}$ pollices; digitorum anticorum extimus unum pollicem, intimus 8 lineas; posticorum extimus $9\frac{1}{2}$ lineas, intimus quinque lineas. Extremitatum alarum distantia est 16 pollicum; alæ complicatæ nonnihil ultra duas tertias caudæ partes extenduntur. Rostrum ex albo flavicat. Pedes, unguesque sunt grisei. Habitat in *Cayena*.

** 32. PICUS CAYENENSIS MINOR.

Picus superne griseo—rufescens, inferne albo—rufescens, marginibus pennarum fuscis; vertice rubro; occipitio nigro, & capite ad latera fuscescente, albo punctulatis; rectricibus fuscis, binis utrinque extimis in ultima medietate oblique alborufescentibus, fusco terminatis, proxime sequenti interius albo—rufescente, fusco fimbriata. . .
LE PETIT PIC DE CAYENNE.

Hæc est hujus generis species minima. *Ficedulam* crassitie non superat. Ipsi longitudo $3\frac{1}{4}$ pollices explet. Rostrum 5 lineas longum est; cauda $12\frac{1}{2}$ lineas; digitorum anticorum exterior $6\frac{1}{2}$ lineas, interior $4\frac{1}{2}$ lineas; posticorum extimus $5\frac{1}{2}$ lineas, intimus 3 lineas. Extremitates alarum 6 pollicum intervallo distant; alæ complicatæ ad tres quartas caudæ partes protenduntur. Rostrum, pedes, unguesque grisei. Habitat in *Cayena*.

S E C T I O II.

Eæ quæ rostro donantur recto, & lingua rostrum longitudine non superante.

Unico genere, *Galbulæ* scilicet, constituitur. hæc sectio. Hujus generis Aves rostrum habent longissimum, quadrangulare, acutum.

XLVIII. Genus *Galbulæ* (1).

Hujus character est

Digitis quatuor, membranis destituti; duo scilicet
antici, totidem postici:

Crurâ ad calcaneum usque plumosa:

Rostrum rectum, longissimum, quadrangulare, a-
cutum:

Lingua rostrum longitudine non superans.

Hujus generis specierum aliæ decem tantum rec-
tricibus, aliæ duodecim præditæ sunt.

† ** I. GALBULA.

Galbula superne viridi-aurea, cupri puri colore va-
rians, inferne rufa; pectore dorso concolore; gut-
ture in quibusdam rufo, in aliis candido; remigibus
majoribus nigricantibus, oris exterioribus viridi-
aureis; rectricibus 10 viridi-aureis, cupri puri
colore variantibus. . . . LE JACAMAR. (2)

Galbula. *Moedr.* Picus Brasiliensis, Jacamaciri Marc-
gravii. *Klein.* Jacamaciri. *Pison.* *Maregr.* *Jonst.*
Willughb. Raj.

Alaudam crassitie circiter æquat. Ipsi longitudo
 $8\frac{1}{2}$ pollices explet. Rostrum ab ipsius apice ad oris
angulos, infra oculos usque productos, 2 pollices
longum est; cauda $3\frac{1}{2}$ pollices; digitorum anticorum
extimus 8 lineas; intimus 7 lineas; posticorum ex-
timus $4\frac{1}{2}$ lineas, intimus 4 lineas. Extremitates ala-
rum $9\frac{1}{2}$ pollicum intervallo distant; alæ complicatæ
tertiam eaudæ partem non attingunt. Mandibula
superior ad basin pennis obsita est nigris, rigidis,
piliformibus, antrorsum versis & barbam quodam-
modo constituentibus. Oculorum irides cyaneæ.

Ros-

(1) *Galbula*, nomen primæ hujus generis speciei a *Moedringsio*
inditum.

(2) Nomen *Jacamari*, effectum ex voce *Jacamaciri*, quæ
Brasilienses primam hanc speciem designant.

Rostrum nigrum. Pedes flavo—viridescentes; ungues vero nigricantes. Habitat in *Brasilia* & *Cayena*.

† ** 2. GALBULA LONGICAUDA.

Galbula viridi—aurea; capite fusco, obscure violaceo variante; collo inferiore candido; remigibus & rectricibus superne obscure viridibus, inferne nigricantibus, illis interius ad medium usque albo marginatis, harum quatuor utrinque extimis in apice rufescente marginatis, binis intermediis longissimis. . . . LE JACAMAR A LONGUE QUEUE.

Dea. *Linn.* Ispida Surinamensis, cauda longissima duabus pennis excurrentibus furcata. *Klein.* Martinpêcheur à queue d'Hirondelle. *Edwards*, avec une figure assez exacte (excepté les pieds).

Crassitie præcedentem paululum antecellit. Ipsius longitudo $11\frac{1}{2}$ pollices æquat. Rostrum ab ipsius apice ad oris angulos, infra oculos usque productos, $2\frac{2}{7}$ pollices longum est; (quædam individua rostro multo breviora donantur): cauda 6 pollices; digitorum anticorum exterior 7 lineas, interior $5\frac{1}{2}$ lineas; posticorum extimus eadem mensura donatur, intimus 3 lineas longus. Extremitatum alarum distantia est $10\frac{1}{2}$ pollicum; alæ complicatæ quartam caudæ partem attingunt. Rostrum, pedes, unguesque nigri. Habitat in *Surinamo* & *Cayena*.

SECTION III.

Eæ quæ rostrum habent modice deorsum inflexum, superne convexum, lateraliter compressum.

Duobus Avium generibus conflata est hæc sectio. Aliæ enim donantur basi rostri pennis rigidis, piliformibus, antrorsum versis obsita, ut *Bucco*: aliæ vero basi rostri pennis piliformibus destituta, ut *Cuculus*.

XLIX. Genus *Buconis* (1).

Hujus character est

Digiti quatuor, membranis destituti; duo scilicet
antici, totidem postici; omnes circiter usque ad
exortum discreti:

Crura ad calcaneum usque plumosa:

Rostrum modice deorsum inflexum, superne con-
vexum, lateraliter compressum:

Basis rostri pennis rigidis, piliformibus, antrorsum
versis obsita.

Hujus generis specierum fere omnium cauda de-
cem tantum rectricibus conflatur.

† ** I. B U C C O.

Bucco superne rufus, nigro transversim striatus,
inferne rufescens; gutture & collo inferiore sor-
dide albis; tænia transversa in summo dorso
fulva; summo pectore tænia nigra circumdato;
remigibus plerisque fuscis; 12 rectricibus rufis,
nigro transversim striatis. . . . LE BARBU. (2)

Larvium rufum crassitie circiter æmuletur. Ipsius
longitudo $7\frac{1}{4}$ pollices æquat. Mandibula superior
est paululum in apice adunca, & ab ipsius unco ad
oris angulos, infra oculos usque productos, $1\frac{1}{2}$ pol-
licem longa est; cauda $2\frac{1}{4}$ pollices; digitorum anti-
corum extimus 10 lineas, intimus $6\frac{1}{2}$ lineas; posti-
corum extimus 8 lineas, intimus 4 lineas. Extremi-
tates alarum $10\frac{1}{2}$ pollicum intervallo distant; alæ
complicatæ ultra caudæ exortum non multum pro-
tenduntur. Mandibula superior superne nigricans,
ad latera vero dilute corneo colore tincta; inferior
dilute corneo colore penitus imbuta. Pedes ungues-
que cinerei. Habitat in *Guiana*.

† **

(1) *Bucco*, nomen a me huic generi impositum a *buccarum*
sive genarum & capitis crassitie.

(2) Hoc nomine gallico fuit a me donatum istud genus, prop-
ter pennas rigidas & piliformes, quibus basis rostri, barba ad-
instar, est obsita.

† ** 2. BUCCO CAYENENSIS.

Bucco superne niger, marginibus pennarum griseo-aureis, inferne albo-flavicans; syncipite & gutture rubris; tænia supra oculos candicante; cruribus olivaceis; remigibus nigricantibus, intus candicante, extus olivaceo marginatis; 10 rectricibus superne fuscis, ad olivaceum inclinantibus, subtus cinereis. . . . LE BARBU DE CAYENNE.

Crassitie *Alaudam cristatam* circiter æmulatur. Ipsius longitudo 7 pollices æquat. Rostrum 13 lineas longum est; cauda $2\frac{1}{2}$ pollices; digitorum anticorum extimus 10 lineas, intimus $7\frac{1}{2}$ lineas; posticorum extimus $9\frac{1}{2}$ lineas, intimus $5\frac{1}{2}$ lineas. Dignibini antici ad primum usque articulum inter se arcte cohærent. Extremitates alarum $10\frac{1}{2}$ pollicum intervallo distant; alæ complicatæ mediam caudam non attingunt. Rostrum ex cinereo nigricat. Pedes, unguesque sunt cinerei. Habitat in *Cayena*.

† ** 3. BUCCO CAYENENSIS NÆVIUS.

Bucco superne nigricans, marginibus pennarum griseo-aureis, inferne albo-flavicans; syncipite & gutture rubris; summo capite nigro, griseo-aureo vario; collo inferiore, pectore & lateribus maculis nigris variegatis; cruribus olivaceis; remigibus fuscis, extus olivaceo, intus candicante marginatis; 10 rectricibus superne fuscis, ad olivaceum inclinantibus, subtus cinereis. . . . LE BARBU TACHETÉ DE CAYENNE.

Cum præcedente crassitie convenit. Ipsius longitudo $6\frac{1}{2}$ pollices æquat. Rostrum $13\frac{1}{2}$ lineas longum est; cauda 2 pollices; digitorum anticorum extimus 10, intimus 7 lineas longus; posticorum exterior 9 lineas, interior 5 lineas. Digniti duo antici ad primum usque articulum inter se arcte cohærent. Extremitatum alarum distantia est

9 $\frac{2}{3}$ pollicum; alæ complicatæ mediam caudam non attingunt. Rostrum cinereo—nigricans. Pedes, unguisque cinerei. Habitat in *Cayena*.

† ** 4. BUCCO PHILIPPENSIS.

Bucco superne obscure viridis, inferne fordide flavicans, maculis longitudinalibus obscure viridibus varius; (syncipite & tænia transversa in summo pectore rubris, *mas*); genis, gutture & collo inferiore luteis (*mas*), albo—flavicantibus (*fæmina*); remigibus majoribus fuscis, extus viridi, intus albido marginatis; minoribus extus viridibus, intus fuscis; 10 rectricibus superne obscure viridibus, subtus cinereo—cœruleis. . . . LE BARBU DES PHILIPPINES.

Passerem domesticum crassitie non multum superat. Ipsius longitudo 5 $\frac{2}{3}$ pollices explet. Rostrum, quod valde crassum, 11 lineas longum est; cauda 15 lineas; digitorum anticorum exterior 8, interior 6 lineas longus est; posticorum extimus 7 $\frac{1}{2}$ lineas, intimus 4 lineas. Extremitatum alarum distantia est 9 $\frac{2}{3}$ pollicum; alæ complicatæ caudam fere extremam attingunt. Rostrum, unguisque fusci; pedes vero flavicantes.

Fæmina nonnihil *mari* crassitie cedit. Ab illo quoque discrepat capite & pectore rubro destituta. Majuscula macula, in qua oculi siti sunt, guttur & collum inferius ex albo flavicant.

Habitant in *Philippensibus Insulis*.

† ** 5. BUCCO MAYNANENSIS.

Bucco superne viridis, inferne albo—flavicans, maculis longitudinalibus viridibus varius; vertice & gutture rubris, tæniis dilute cœruleis circumdati; collo inferiore & pectore luteis; macula in imo pectore rubra; remigibus duabus primoribus fuscis, reliquis superne extus viridibus, intus fuscis;

10 rectricibus viridibus.... LE BARBU DES MAYNAS.

Præcedentem crassitie circiter æmulatur. Ipsi-
us longitudo $5\frac{2}{3}$ pollices æquat. Rostrum 10 lineas
longum est; cauda $1\frac{1}{3}$ pollicem; digitorum antico-
rum extimus $8\frac{1}{2}$ lineas, intimus 6 lineas; postico-
rum exterior 9 lineas, interior $4\frac{1}{2}$ lineas. Extremi-
tates alarum 8 pollicum intervallo distant; alæ com-
plicatæ mediam circiter caudam pertingunt. Ros-
trum cinereum, duarum tamen mandibularum mar-
ginibus & apice albo-flavicantibus. Pedes, un-
guesque cinerei. Habitat in *Maynanensi* regione.

L. Genus Cuculi.

Hujus character est

Digiti quatuor, membranis destituti; duo scilicet
antici, totidem postici; omnes circiter usque ad
exortum discreti:

Crura ad calcaneum usque plumosa:

Rostrum modicè deorsum inflexum, superne con-
vexum, lateraliter compressum:

Basis rostri pennis piliformibus destituta.

Hujus generis specierum fere omnium cauda de-
cem tantum constat rectricibus.

** I. CUCULUS.

Cuculus superne cinereus, inferne sordide albus,
fusco transversim striatus; collo inferiore dilute
cinereo; remigibus plerisque cinereis, albo trans-
versim maculatis, & paulo rufo in extremitate
mixtis, aliis fuscis, rufo transversim maculatis;
rectricibus nigricantibus, in apice albis, octo inter-
mediis maculis albis circa scapum & ad margines
interiores variegatis, utrinque extima albo trans-
versim striata.... LE COUCOU.

Cuculus canorus. *Linn.* Cuculus cinereus, lineis ni-
gricantibus transversis, pedibus croceis. *Barr.* Cu-
culus

culus nigricans, maculis subrufis. Barr. (*Junior*).
 Cuculus. *Gesn. Aldrov. Schwenck. Jonst. Willugh.*
Charlet. Sibbald. Rzac. Moebr. Frisch. bujus icon non
fatis accurata. Cuculus aut Coccix. *Frisch. bujus*
icon non satis accurata. Cuculus prima Aldrovandi.
 (*Junior*). Cuculus nostras, seu Aldrovandi secunda.
Raj. Cuculus vulgaris nostras. *Klein.* Coccix.
Bell. Cuculo. *Olina.* Coucou. *Alb.* Cocou;
Coqu. Bel. Germanice, KUCKKUCK. *Belgice,*
KOEKROEK. Anglice, CUCKOW.

Columbam Liviam crassitie circiter æmulatur. Ip-
 sius longitudo 13 pollices æquat. Rostrum 13 lineas
 longum est; cauda 7 pollices; digitorum anticorum
 extimus 13 lineas, intimus 8 lineas; posticorum ex-
 timus 10½ lineas, intimus 5½ lineas. Extremitates
 alarum 1¼ pedis & 6 linearum intervallo distant;
 alæ complicatæ nonnihil ultra tres quartas caudæ
 partes extenduntur. Oculorum irides avellaneæ.
 Rostrum nigrum. Oris anguli colore croceo tincti.
 Pedes, unguesque lutei.

Hujus speciei *Junior* ab *Adulto* multum colore dif-
 fert. Partem corporis superiorem vestiunt pennæ
 fuscæ, albo marginatæ. Scapulares & superiores
 alarum tectrices concolores, minutis insuper macu-
 lis rufescentibus ad ipsarum margines variegatæ.
 Quæ dorsum infimum & uropygium obtegunt, nec
 non tectrices caudæ superiores cinereæ, in apice al-
 bo fimbriatæ. Guttur & pars colli inferior tæniis
 transversis alternatim albis & fuscis variegantur.
 Inferne sordide albet, & fusco transversim striatur.
 Decem primores remiges sunt fuscæ, ad apicem
 albo fimbriatæ, & in latere exteriori maculis qui-
 busdam rufescentibus, in interiori maculis trans-
 versis albis, in extremitate, remigis scapum spec-
 tante, pauco rufo mixtis, variæ: reliquæ omnes
 remiges fuscæ, utrinque maculis transversis rufis va-
 riegatæ, & in apice albo marginatæ. Rectrices eo-
 dem ac in *Adulto* colore tinguntur. Oculorum irides

avellaneæ. Oris anguli croceo colore imbuti. Rostrum nigrum. Pedes, unguesque lutei.

Inter Aves cognitæ solus est *Cuculus* qui prolem suam aliarum Avium curæ deserat. Ipse non nidificat; verum reperto cujusdam speciei *Currucæ* nido, ova, si qua in eo sunt, destruit, eorumque loco suum ponit, & curæ nutricis deserit: nutrix autem electa illud incubat, exclusumque Pullum studiose nutrit. Circa mensem Aprilem primum cantat; & ultra Octobrem vox ipsius non auditur.

** A. CUCULUS RUFUS.

LE COUCOU ROUX.

Cuculus. Frisch. hujus icon accurata.

Junioris varietas est iste. A nuper descripto differt corpore superiore rufescente vario, dum in præcedente albo variegatur.

† *** 2. CUCULUS DOMINICENSIS.

Cuculus superne griseo-fuscus, inferne cinereo-albus; remigibus rufis, griseo-fusco exterius admixto, in apice griseo-fuscis; rectricibus tribus utrinque extimis nigricantibus, in apice albis, extima exterius alba. . . . LE COUCOU DE S. DOMINGUE.

Cuculus Americanus totus cinereus. *Barr.*

Turdum Iliacum crassitie circiter æquat. Ipse longitudo 10½ pollices explet. Rostrum 15 lineas longum est; cauda 5½ pollices; digitorum anteriorum exterior 11 lineas, interior 7 lineas; posteriorum extimus 10 lineas, intimus 5 lineas. Extremitatum alarum distantia est 15½ pollicum; alæ complicatæ nonnihil ultra mediam caudam extenduntur. Rostrum, pedes, unguesque griseo-fusci. Habitat in *Guiana*, *Dominicensi Insula*, & in *Ludoviciana*.

3. CUCULUS CAROLINENSIS.

Cuculus superne cinereo—olivaceus, inferne albus; remigibus rufescentibus; rectricibus lateralibus nigris, in apice albis. . . . LE COUCOU DE LA CAROLINE.

Cuculus Americanus. *Linn.* Cuculus Caroliniensis. *Klein.* Coucou de la Caroline. *Catesb.* avec une figure pas assez exacte. *Anglice,* CUCKOW OF CAROLINA.

Crassitie *Merulam* circiter æmulatur. Ipsi longitudo 13 circiter pollices æquat. Rostrum 14½ lineas longum est; cauda 6 pollices; digitorum anticorum extimus unum pollicem, intimus 8 lineas; posticorum extimus 11 lineas, intimus 6 lineas. Alæ complicatæ ad tertiam caudæ partem usque protendantur. Mandibula superior nigra, inferior flavicans. Pedes, unguesque griseo—fusci. Solitaria est hæc Avis, & sylvarum densissima & obscuriora loca frequentat. Habitat in *Carolina*, & inde, appropinquante hieme, abit.

4. CUCULUS JAMAICENSIS.

Cuculus superne cinereo—olivaceus, inferne rufus; capite fusco, & mollissimis pennis tecto; guttore & collo inferiore albis; rectricibus lateralibus nigris, in apice albis. . . . LE COUCOU DE LA JAMAIQUE.

Cuculus major olivaceus, cauda longiori, ciliis rubris. *Browne.* Cuculus major. *Sloane.* Cuculus Jamaicensis major. *Klein.* Picus major leucophæus seu canescens; Pluviæ Avis & Senex dictus. *Raj.* Vedula. *Linn.* An Pic, ou Pica Antillana? *Feuillée.* *Anglice,* OLD-MAN.

Præcedentem crassitie paululum antecellit. Ipsi longitudo 15 circiter pollices explet. Rostrum unum circiter pollicem longum est; cauda 7½ pollices; digitorum anticorum exterior 11 lineas, interior 8 lineas; posticorum extimus 10 lineas, inti-

mus 6 lineas. Extremitates alarum 15 circiter pollicum intervallo distant; alæ complicatæ ultra caudæ exortum non multum protenduntur. Mandibula superior nigra, inferior candicans. Pedes saturate cœrulescentes, sive ex cœrulescente nigricantes. Habitat in *Jamaïca*. Sylvas & sepes frequentat.

† ** 5. CUCULUS JAMAICENSIS LONGIROSTER.

Cuculus superne cinereo-olivaceus, inferne rufus; genis & gutture dilute fulvis; collo inferiore & pectore dilute cinereis; remigibus castaneis, cinereo olivaceo terminatis, ultima prorsus tota cinereo-olivacea; rectricibus lateralibus in exortu cinereo-olivaceis, in medio nigris, in apice albis.... LE COUCOU A LONG BEC DE LA JAMAÏQUE.

Cuculus major rostro longiore & magis recto. *Sloane*. Cuculus Jamaïcensis major. *Klein*. Coucou, ou Cuculus cinereus rostro longiore. *Feuillée*. Picus, seu Pluvigæ Avis alia canescens Senex dicta, rostro longiore & rectiore. *Raj*. *Anglice*, OLD-MAN, ou RAIN-BIRD.

Cuculo nostrati paululum crassitie cedit. Ipsi longitududo 15½ pollices æquat. Rostrum 2½ pollices longum; cauda 8½ pollices; digitorum anticorum extimus 14 lineas, intimus 9 lineas; posticorum extimus 11½ lineas, intimus 7½ lineas. Extremitatum alarum distantia est 14 pollicum; alæ complicatæ ad tertiam circiter caudæ partem extenduntur. Palpebræ exiguis obsitæ sunt papillis vividissime coccineis. Rostrum, unguesque corneo colore tincti; pedes vero grisei. Habitat in *Jamaïca*, & *Domini-censi Insula*.

6. CUCULUS MEXICANUS.

Cuculus superne fulvus, inferne niger; collo inferiore & pectore cinereis; rectricibus fulvo-nigricantibus.... LE COUCOU DU MEXIQUE.

Avis ridibunda. *Euf. Nieremb*. Avis ridibunda, feu Qua-

Quapachtototl. *Willughb.* Quapachtototl. *Fern. Jonst.*
Raj. Charlet.

Præcedentem crassitie circiter æquat. Ipsius longitudo 16 pollices explet. Cauda 8 pollices longa. Oculi nigri sunt: ipsorum irides candidæ. Rostrum e cyaneo nigricat. Habitat in *Mexico.*

† ** 7. CUCULUS SENEGALENSIS.

Cuculus superne rufo-fuscescens, inferne sordide albus, colore obscuriore leviter transversim striatus; vertice & collo superiore nigricantibus, scapulis pennarum saturatoribus & lucidioribus; uropygio fusco, colore dilutiore transversim striato; remigibus rufis, in apice fuscescentibus; rectricibus nigricantibus... LE COUCOU DU SÉNÉGAL.

Præcedentium crassitiem paululum superat. Ipsius longitudo 15½ pollices explet. Rostrum 15 lineas longum est; cauda 8 pollices; digitorum anteriorum extimus 16 lineas, intimus 11 lineas; posteriorum extimus 13 lineas, intimus unum pollicem; quæ quidem longitudo maxima, paris digiti reliquarum hujus generis specierum longitudini comparata: unguis autem hujus digiti quinque lineas & ultra longus est & subrectus, digiti postici *Alaudarum* unguis instar. Extremitates alarum 1¼ pedis & 9 linearum intervallo distant; alæ complicatæ mediam caudam non attingunt. Rostrum nigrum. Pedes unguesque griseo-fusci. Habitat in *Senegalesi* regione.

† ** 8. CUCULUS CAYENENSIS.

Cuculus superne castaneo-purpurascens, inferne cinereus; collo inferiore dilute castaneo-purpurascente; remigibus & rectricibus castaneo-purpurascens, illis in apice fuscis, his versus apicem nigris, in apice albis... LE COUCOU DE CAYENNE.

Crassi-

Crassitie *Merulam* circiter æquat. Ipsi-
 do $15\frac{1}{4}$ pollices explet. Rostrum 14 lineas longum
 est; cauda $10\frac{1}{2}$ pollices; digitorum anticorum ex-
 terior unum pollicem, interior 8 lineas; posticorum
 extimus 10 lineas, intimus $5\frac{1}{2}$ lineas. Extremita-
 tum alarum distantia est $15\frac{1}{3}$ pollicum; alæ compli-
 catae ad 2 tantum pollices ultra caudæ exortum pro-
 tenduntur. (Unum observavi, qui descriptum mag-
 nitudine nonnihil superabat). Rostrum, pedes,
 unguesque griseo-fusci. Habitat in *Cayena*.

† ** 9. CUCULUS CAYENENSIS MINOR.

Cuculus superne castaneo-purpurascens, inferne ci-
 nereo-fuscus; collo inferiore & pectore dilute
 castaneo-purpurascens; remigibus & rectri-
 cibus castaneo-purpurascens, illis fusco ter-
 minatis, his in apice albis... LE PETIT COUCOU
 DE CAYENNE.

Præcedenti valde similis est; ab illo enim non
 discrepat fere nisi magnitudine. *Turdum Iliacum*
 crassitie circiter æmulatur. Ipsi-
 do $10\frac{1}{4}$ pollices æquat. Rostrum 11 lineas longum est; cauda
 $5\frac{1}{2}$ pollices; digitorum anticorum extimus 11 lineas,
 intimus 7 lineas; posticorum extimus $9\frac{1}{2}$ lineas, in-
 timus $5\frac{1}{2}$ lineas. Extremitates alarum $11\frac{1}{4}$ pollicum
 intervallo distant; alæ complicatae ad tertiam circi-
 ter caudæ partem extenduntur. Rostrum, pedes,
 unguesque griseo-fusci. Habitat in *Cayena*.

10. CUCULUS ANDALUSIÆ.

Cuculus superne saturate fuscus, inferne fusco—ru-
 fescens; capite superiore cinereo—cœrulescenti-
 bus pennis, mollissimis, & cristæ in modum lon-
 gis, tecto; lata fascia per oculos nigra; alis su-
 perne albo & dilute cinereo maculatis; remigi-
 bus superne saturate fuscis, inferne cinerascen-
 tibus; rectricibus nigricantibus, lateralibus in api-

ce albis. . . . LE COUCOU D'ANDALOUSIE.

Cuculus Andalusæ. Klein. Cuculus glandarius. Linn.
Grand Coucou tacheré. *Edwards, avec une figure exacte.*

Magnitudine & crassitie cum *Pica* circiter convenit. Alæ complicatæ mediam caudam non attingunt. Rostrum, pedes, unguesque nigri. Habitat in *Andalusia*.

† ** II. CUCULUS CAYENENSIS NÆVIUS.

Cuculus superne saturate fuscus, ad viride nonnihil inclinans, rufo & rufescente variegatus, inferne albo—rufescens; collo inferiore rufescente, lineis transversis ad fuscum vergentibus vario; remigibus & rectricibus griseo—fuscis, ad margines & in apice rufescentibus. . . . LE COUCOU TACHERÉ DE CAYENNE.

Turdum Iliacum crassitie circiter æquat. Ipsius longitudo 10 $\frac{2}{3}$ pollices explet. Rostrum 9 lineas longum est, cauda 5 $\frac{1}{2}$ pollices; digitorum anticorum extimus 13 $\frac{1}{2}$ lineas, intimus 9 $\frac{1}{2}$ lineas; posticorum exterior 10 lineas, interior 8 lineas. Extremitatum alarum distantia est 12 $\frac{1}{4}$ pollicum; alæ complicatæ ad tertiam circiter caudæ partem extenduntur. Ex superioribus caudæ rectricibus quædam sunt longissimæ, & duas fere tertias longitudinis caudæ partes attingunt. Mandibula superior superne nigricans, ad latera rufa; inferior rufescens. Pedes cinerei; ungues vero griseo—fusci. Habitat in *Cayena*.

† ** 12. CUCULUS MINDANENSIS NÆVIUS.

Cuculus superne fuscus, ad viridi—aureum vergens, maculis albis & rufescentibus variegatus, inferne albus, nigricante transversim striatus; collo inferiore fusco, maculis albis vario; remigibus & rectricibus fuscis, ad viridi—aureum vergentibus, illis extus tæniis albo—rufescentibus transversis.

versis, intus albis, insignitis, his rufescente trans-
versim striatis, nonnullis in apice albis. . . . LE
COUCOU TACHETÉ DE MINDANAO.

Cuculum nostratem crassitie multum antecellit. Ip-
sius longitudo $14\frac{1}{2}$ pollices æquat. Rostrum 15 li-
neas longum est; cauda 7 pollices; digitorum anti-
corum extimus $1\frac{1}{2}$ pollicem, intimus 1 pollicem
tantum; posticorum extimus $13\frac{1}{2}$ lineas, intimus 7
lineas. Extremitates alarum $1\frac{7}{8}$ pedis & 6 linearum
intervallo distant; alæ complicatæ ad tertiam caudæ
partem usque protenduntur. Rostrum griseo—fus-
cum. Pedes, unguesque grisei. Habitat in *Min-
danao Insula*, ex *Philippensibus* una.

13. CUCULUS BENGALENSIS NÆVIUS.

Cuculus superne rufescens, inferne albus, superne
& inferne marginibus pennarum fuscis, rufo in
imo ventre admixto; remigibus rufescente & fus-
co transversim striatis; rectricibus rufescentibus,
tæniis transversis fuscis, oblique positis, utrinque
striatis. . . . LE COUCOU TACHETÉ DE BENGALÉ.

Cuculus Bengalensis, ex fusco, rufo, & cinereo a capi-
te ad caudam varius. *Klein.* *Cuculus scolopaceus.*
Linn. Coucou brun & tacheté des Indes. *Edwards,*
avec une figure exacte.

Crassitie *Turdum* circiter æmulatur; sed corpore
donatur magis elongato, & cauda multo longiori.
Ipsius longitudo 14 circiter pollices explet. Rostrum
13 lineas longum est; cauda $7\frac{1}{2}$ pollices; digitorum
anticorum extimus 13 lineas, intimus 8 lineas; pos-
ticorum extimus 11 lineas, intimus 6 lineas. Alæ
complicatæ tertiam circiter caudæ partem attingunt.
Rostrum, pedesque ex fordide flavo viride-
scentes, ungues vero fusci. Habitat in *Bengalensi*
Regno.

† ** 14. CUCULUS INDICUS NÆVIUS.

Cuculus superne fusco-nigricans, maculis rufis varius, inferne rufus, fusco-nigricante transversim striatus; tænia infra oculos rufa; rectricibus fusco-nigricantibus, tæniis transversis, arcuatis, rufis utrinque striatis, in apice dilute rufis. . . .
LE COUCOU TACHETÉ DES INDES.

Cum *Columba Romana* crassitie circiter convenit. Ipsi longitudo $1\frac{2}{3}$ pedem & 6 lineas æquat. Rostrum $1\frac{7}{12}$ pollicem longum est; cauda $8\frac{1}{3}$ pollices; digitorum anticorum extimus $1\frac{7}{12}$ pollicem, intimus 13 lineas; posticorum exterior 15 lineas, interior 9 lineas. Extremitates alarum $1\frac{1}{2}$ pedis intervallo distant; alæ complicatæ mediam caudam non attingunt. Rostrum corneo colore imbutum. Pedes griseo-fusci; ungues vero nigricantes.

Fœmina a mare discrepat capite & collo superiore maculis rufis rarioribus insignitis, & in eo quod color rufus in parte corporis inferiore multo sit dilutior.

Habitant in *India Orientali*.

† ** 15. CUCULUS MALABARICUS NÆVIUS.

Cuculus superne cinereo-nigricans, maculis albis varius, inferne albus, maculis transversis cinereis variegatus; remigibus cinereis, candide transversim fasciatis; rectricibus nigricantibus, tæniis transversis albis utrinque striatis. . . . LE COUCOU TACHETÉ DE MALABAR.

Hanc *Cuculi* speciem videre nondum mihi contigit. Ipsi descriptionem ac delineationem desumpsi ex icone ad vivum depicta in *Indiis Orientalibus*.

Cuculo nostrati paululum crassitie cedit. Ipsi longitudo $11\frac{1}{2}$ pollices circiter æquat. Rostrum 11 lineas longum est; cauda $5\frac{1}{2}$ pollices; digitorum anticorum exterior unum pollicem, interior

rior 10 lineas; posticorum extimus 11 lineas, intimus 6 lineas. Alæ complicatæ ad tertiam circiter caudæ partem extenduntur. Oculorum irides dilute aurantiæ. Rostrum, pedes, unguesque dilute cinerei. Habitat in *Malabaria*, ubi honores ipsi redduntur.

† ** 16. CUCULUS MADAGASCARIENSIS.

Cuculus anterior nigricans, pennis longiusculis, strictis & rigidis, secundum scapum albo-rufescentibus, posterior nigro-virescens; remigibus castaneis, in apice fuscis; rectricibus superne nigro-virescentibus, inferne nigris. . . . LE COUCOU DE MADAGASCAR.

Merulam crassitie non multum antecellit. Ipsi longitududo $14\frac{1}{2}$ pollices æquat. Rostrum 15 lineas longum est; cauda $8\frac{1}{2}$ pollices; digitorum anteriorum extimus 15 lineas, intimus 10 lineas; posticorum exterior $14\frac{1}{2}$ lineas, interior 15 lineas; quæ longitudo valde magna, paris digiti reliquarum hujus generis specierum longitudini comparata: unguis autem hujus digiti 9 lineas longus est, & plane rectus, digiti postici *Alaudarum* unguis instar. Extremitates alarum $1\frac{1}{2}$ pedis, & 6 linearum intervallo distant; alæ complicatæ nonnihil ultra tertiam caudæ partem extenduntur. Rostrum fuscum. Pedes, unguesque nigri. *Reptilibus* vescitur. Habitat in *Madagascaria*.

17. CUCULUS BENGALENSIS NIGER.

Cuculus niger, viridi & violaceo colore varians; remigibus interioribus & subtus penitus nigris; remigibus & rectricibus nigris, viridi & violaceo colore variantibus. . . . LE COUCOU NOIR DE BENGALE.

Cuculus ex cœrulescente niger, rostro flavo, pedibus brevibus fordide luteis, Bengalensis. *Klein*. Cuculus niger. *Linn*. Coucou noir des Indes. *Edwards*, avec une figure exacte.

Cum *Merula* crassitie fere convenit. Ipsi-
us longitudo 9 circiter pollices explet. Rostrum 10
lineas longum est; cauda $4\frac{1}{2}$ pollices; digitorum
anticorum extimus 8 lineas, intimus 6 lineas; post-
icorum extimus 7 lineas, intimus $4\frac{1}{2}$ lineas. Alæ
complicatæ nonnihil ultra tertiam caudæ partem
extenduntur. Rostrum vivide aurantium; mandibulæ
superioris marginibus non quidem rectis, sed
undatis. Pedes fusco—rubescens; ungues vero
nigricantes. Habitat in *Bengalensi* Regno.

† ** 18. CUCULUS INDICUS NIGER.

Cuculus niger, viridi colore varians; remigibus in-
terius & subtus penitus nigris; rectricibus nigris,
superne viridi, inferne violaceo colore varianti-
bus. . . . LE COUCOU NOIR DES INDES.

Columbam crassitie circiter æquat. Ipsi-
us longitudo 16 pollices explet. Rostrum 16 lineas longum est;
cauda 8 pollices; digitorum anticorum extimus $1\frac{7}{8}$
pollicem, intimus 13 lineas; posticorum exterior
16 lineas, interior 9 lineas. Extremitatum ala-
rum distantia est $1\frac{1}{2}$ pedis; alæ complicatæ me-
diam caudam pertingunt. Rostrum, pedesque gri-
seo—fusci; ungues vero nigricantes. Habitat in
India Orientali.

19. CUCULUS BRASILIENSIS CRISTATUS.

Cuculus cristatus, ex albo pallide flavescens; crista,
capite, collo & tectricibus alarum superioribus
fusco & flavescente variegatis; remigibus & rec-
trixibus fuscis, his in apice albis. . . . LE COU-
COU HUPÉ DU BRÉSIL.

Gaira Acangata. Pison. Marcgr. Jonst. Willugh. Raf.
Trogon. Moeb.

Crassitie *Picam* æmulatur. Ipsi-
us longitudo $14\frac{1}{2}$
pollices æquat. Rostrum unum pollicem longum est;
cauda 8 pollices; digitorum anticorum extimus 15

lineas, intimus unum pollicem; posticorum extimus 14 lineas, intimus 6 lineas. Oculorum irides fuscæ. Rostrum obscure flavescens. Pedes thalassini coloris. Habitat in *Brasilia*, in cujus silvis ingentem excitat clamorem.

20. CUCULUS BRASILIENSIS CORNUTUS.

Cuculus cristatus, superne fuliginosus, inferne cinereus; crista bifurca, cornuum adinstar; rectricibus saturate fuliginosis, in apice albis. . . . LE COUCOU CORNU DU BRÉSIL.

Atingacu Camucu Brasiliensibus. *Marcgr. Jonst. Willughb. Raj.*

Cum *Turdela* magnitudine fere convenit. Caput habet satis crassum; rostrum nonnihil aduncum; collum mediocris longitudinis; corpus 3 pollices longum; caudam 9 pollices. Oculorum pupilla nigra; ipsorum irides sanguineæ. Rostrum ex viridi & flavo mixtum. Pedes, unguesque cinerei. Habitat in *Brasilia*.

† 21. CUCULUS COROMANDELANENSIS CRISTATUS.

Cuculus cristatus, superne, & in gutture ac cruribus, nigricans, inferne albus; macula pone oculos rotunda grisea; collo superiore torque albo cincto; remigibus majoribus rufis, minoribus in medio nigricantibus; rectricibus nigricantibus. . . . LE COUCOU HUPÉ DE COROMANDEL.

Speciem istam nondum mihi videre contigit. Ipsius descriptionem ac delineationem desumpti ab icone ad vivum depicta.

Crassitie *Turdum Iliacum* non antecellit. Ipsius longitudo $12\frac{1}{2}$ pollices circiter æquat. Rostrum 11 lineas longum est; cauda $6\frac{1}{2}$ pollices; digitorum anticorum extimus 11 lineas, intimus 9 lineas; posticorum extimus 10 lineas, intimus $5\frac{1}{2}$ lineas. Alæ complicatæ ad 15 tantum linearum distantiam

ultra

titra caudæ exortum protenduntur. Oculorum irides flavicantes. Rostrum, unguesque saturate cinerei; pedes vero dilute cinerei. Habitat in *Coromandela*.

† ** 22. CUCULUS MADAGASCARIENSIS CRISTATUS.

Cuculus cristatus, superne cinereo—virescens, inferne albo—rufescens; gutture cinereo; collo inferiore & pectore vinaceis; remigibus & rectricibus superne dilute viridibus, cœruleo & violaceo colore variantibus, lateralibus in apice albis. . . .
LE COUCOU HUPÉ DE MADAGASCAR.

Ad *Garruli* crassitiem accedit. Ipsi longitudo 14 pollices explet. Rostrum 13 lineas longum est; cauda 7 pollices; digitorum anticorum exterior 15 lineas, interior $9\frac{1}{2}$ lineas; posticorum extimus unum pollicem, intimus 8 lineas. Extremitatum alarum distantia est $1\frac{7}{8}$ pedis; alæ complicatæ ad $1\frac{1}{2}$ pollicis tantum distantiam ultra caudæ exortum protenduntur. Rostrum, pedes, unguesque nigri. Habitat in *Madagascaria*.

† 23. CUCULUS SIAMENSIS CRISTATUS VIRIDIS.

Cuculus cristatus, in toto corpore obscure viridis; rectrice utrinque extima longissima, pennulis in apice tantum prædita. . . . LE COUCOU VERD HUPÉ DE SIAM.

Hanc speciem nondum mihi videre contigit. Ipsi descriptionem ac delineationem desumpsi ab icone ad vivum depicta.

Præcedentem paululum crassitie superat. Ipsi longitudo $1\frac{7}{8}$ pedem circiter explet. Rostrum 14 lineas longum est; cauda $10\frac{1}{4}$ pollices; digitorum anticorum exterior 11 lineas, interior 9 lineas; posticorum extimus 10 lineas, intimus $15\frac{1}{2}$ lineas. Alæ complicatæ ad $1\frac{2}{3}$ pollicis tantum distantiam ultra caudæ exortum protenduntur. Oculorum

lorum irides eleganti cœruleo tinguntur. Rostrum nigricat. Pedes, unguesque sunt grisei. Habitat in *Siamensi* Regno.

24. CUCULUS GUINEENSIS CRISTATUS VIRIDIS.

Cuculus cristatus saturate viridis, cristæ pennis rubro terminatis; dorso infimo & uropygio purpureo-cœrulescentibus; imo ventre nigricante; lata fascia per oculos nigra; tæniis supra & infra oculos candidis; remigibus quatuor primoribus coccineis, exterius & in apice nigro marginatis; rectricibus purpureo-cœrulescentibus. . . . LE COUCOU VERD HUPE DE GUINEE.

Cuculo adfinis. *Moebr.* Persa. *Linn.* Tauraco; Regia Avis. *Klein.* Touraco. *Edwards,* avec une assez bonne figure. Oiseau huppé, ou couronné du Mexique. *Alb.* Anglice, CROWN BIRD FROM MEXICO.

Cum *Pica* crassitie circiter convenit. Rostrum habet breviusculum. Alæ complicatæ ad quartam circiter caudæ partem protenduntur. Oculi ex fusco ad avellaneum colorem vergunt. Palpebræ elegantissime coccineæ. Rostrum fusco-rubescens. Pedes unguesque cinerei. Habitat in *Guinea*.

25. CUCULUS BRASILIENSIS CRISTATUS RUBER.

Cuculus cristatus, ruber, superne saturatius, inferne dilutius, flavo varius; crista saturate rubra, nigro variegata; remigibus, rectricibusque flavis, nigricante adumbratis. . . . LE COUCOU ROUGE HUPE DU BRÉSIL.

Cuculus Brasiliensis, venustissime pictus. *Seb. hujus icon accurata.* Columbæ adfinis. *Moebr.*

Præcedenti crassitie cedit. Ipsius longitudo 10 circiter pollices æquat. Rostrum nonnihil aduncum, 6 lineas longum; cauda $4\frac{1}{2}$ pollices; digitorum anticorum extimus 11 lineas, intimus 9 lineas;

neas; posticorum extimus 10 lineas, intimus 6 lineas. Alæ complicatæ mediam circiter caudam pertingunt. Rostrum dilute rubrum. Habitat in *Brasilia*.

† ** 26. CUCULUS MADAGASCARIENSIS COERULEUS.

Cuculus cœruleus; remigibus viridi & violaceo, rectricibus violaceo colore variantibus. . . . LE COUCOU BLEU DE MADAGASCAR.

Cuculum nostratem crassitie circiter æmulatur. Ipsiꝯ longitudo $1\frac{7}{8}$ pedem æquat. Rostrum 16 lineas longum est; cauda 9 pollices; digitorum anticorum extimus $1\frac{1}{2}$ pollicem, intimus $11\frac{1}{2}$ lineas; posticorum exterior $14\frac{1}{2}$ lineas, interior 10 lineas. Extremitates alarum $1\frac{7}{8}$ pedis & 9 linearum intervallo distant; alæ complicatæ ad tertiam caudæ partem extenduntur. Rostrum, pedes, unguesque nigri. Habitat in *Madagascaria*.

† 27. CUCULUS SINENSIS COERULEUS.

Cuculus superne splendide cœruleus, inferne niveus; uropygio dilute cœruleo; capite & gutture nigricantibus; vertice albo, minutis maculis cœruleis vario; macula rotunda pone oculos candida; rectricibus splendide cœruleis, macula ovata nivea in apice notatis. . . . LE COUCOU BLEU DE LA CHINE.

Speciem istam nondum mihi videre contigit. Ipsiꝯ descriptionem ac delineationem desumpsi ab icone in *Sina* ad vivum depicta.

Merulam crassitie circiter æquat. Ipsiꝯ longitudo 13 circiter pollices explet. Rostrum 11 lineas longum est; cauda $7\frac{1}{2}$ pollices; digitorum anticorum extimus 11 lineas, intimus 9 lineas; posticorum exterior 10 lineas, interior $5\frac{1}{2}$ lineas. Alæ complicatæ ultra caudæ exortum non multum protenduntur. Oculorum irides rubræ. Mandibulæ superioris

basis quibusdam obsita est plumulis rigidis, piliformibus, antrorsum versis. Rostrum, pedes, unguesque rubent. Habitat in *Sina*.

† ** 28. CUCULUS MADAGASCARIENSIS MAJOR.

Cuculus superne viridis, cupri puri colore varians, inferne cinereo-albus; vertice nigricante, viridi & cupri puri colore variante; capite & collo cinereis; lineola utrinque rostrum inter & oculos nigra; remigibus majoribus nigricantibus, subtus ad cinereum superne ad viride inclinantibus; 12 rectricibus superne viridibus, cupri puri colore variantibus, subtus nigris. (*Mas*).

Cuculus superne fuscus, inferne rufescens, maculis nigricantibus varius; capite, gutture & collo superiore fusco & rufo transversim striatis; remigibus ut in *mare*, sed minus splendide coloratis; 12 rectricibus superne splendide fuscis; in apice rufis, subtus cinereis. (*Fæmina*). . . LE GRAND COUCOU DE MADAGASCAR.

Mas crassitie *Columbam Romanam* circiter æmuletur. Ipsi longitudo 15 pollices æquat. Rostrum 2 pollices longum est; cauda 7 pollices; digitorum anticorum extimus $1\frac{1}{2}$ pollicem, intimus unum pollicem tantum; posticorum extimus 13 lineas, intimus 6 lineas. Extremitates alarum $2\frac{1}{2}$ pedum & 8 linearum intervallo distant; alæ complicatæ duas circiter tertias caudæ partes attingunt. Rostrum, unguesque nigricant; pedes autem rubescunt.

Fæmina magnitudine & crassitie *marem* exæquat. Ipsi longitudo $1\frac{1}{2}$ pedum & 6 lineas æquat. Rostrum $2\frac{1}{4}$ pollices longum est; cauda $7\frac{1}{4}$ pollices; digitorum anticorum extimus $1\frac{1}{2}$ pollicem, intimus $12\frac{1}{2}$ lineas; posticorum exterior 13 lineas, interior 7 lineas. Extremitatum alarum distantia est $2\frac{1}{2}$ pedum & 4 linearum; alæ complicatæ ad duas circiter tertias caudæ partes extenduntur.

Rostrum

Rostrum fuscum. Pedes rubescentes; ungues vero nigricantes. Habitant in *Madagascaria*.

Species ista rostro donatur multo rectiore quam reliquæ omnes hujus generis species: quod rostrum nequaquam est superne convexum, sed angulosum. Nares habet longas, & versus mediam longitudinem mandibulæ superioris oblique positas. Ab aliis speciebus insuper discrepat cauda duodecim rectricibus conflata, dum in aliis decem tantum nec plures unquam observavi. Hæc species posset suum genus constituere.

S E C T I O I V.

Eæ quæ rostrum habent breve, aduncum.

In hac sectione tria continentur Avium genera. Aliæ sunt quarum rostri latitudo crassitiem superat, ut *Trogon*: aliæ quarum rostri crassities latitudinem antecellit. Ex posterioribus istis aliæ rostrum habent superne cultratum, ut *Crotophagus*: aliæ vero rostro donantur superne convexo, ut *Psittacus*.

L. Genus *Trogonis* (1).

Hujus character est

Digiti quatuor, membranis destituti; duo scilicet antici, totidem postici; omnes circiter usque ad exortum discreti:

Crura ad calcaneum usque plumosa:

Rostrum breve, aduncum, cujus latitudo crassitiem superat.

Omnes hujus generis Aves digitum habent extimum, sive anticum, sive posticum, intimo multo breviorum. Omnium, quas observavi, specierum pedes

(1) *Trogon*, nomen quartæ hujus generis speciei a *Moebringia* inditum.

pedes circiter ad exortum digitorum usque plumulæ vestiunt.

† ** 1. TROGON CAYENENSIS CINEREUS.

Trogon saturate cinereus; ventre flavo—aurantio; tectricibus alarum superioribus, & remigibus minoribus, nigricantibus, lineolis albidis transversim striatis; cruribus, cinereo—nigricantibus; remigibus majoribus, & 12 rectricibus nigricantibus, illarum oris exterioribus pro parte candidis, harum tribus utrinque extimis exterius albo transversim striatis, in apice albis. . . . LE COUROUCOU CENDRÉ DE CAYENNE. (1)

Merulam crassitie paululam antecellit. Ipsius longitudo $12\frac{1}{4}$ pollices æquat. Rostrum unum pollicem longum est; cauda $6\frac{1}{2}$ pollices; digitorum anticorum extimus $7\frac{1}{2}$ lineas, intimus 9 lineas; posteriorum exterior $4\frac{1}{2}$ lineas, interior 6 lineas. Extremitates alarum $1\frac{1}{2}$ pedis & 6 linearum intervallo distant; alæ complicatæ mediam caudam non attingunt. Rostrum, pedes, unguesque saturate cinerei. Habitat in *Cayena*.

† ** 2. TROGON CAYENENSIS VIRIDIS.

Trogon superne viridi—aureus, inferne flavo—aurantius; capite superiore & collo cœruleo—violaceis, viridi—aureo colore variantibus; genis & gutture nigris; tænia transversa in pectore viridi—aurea; cruribus nigricantibus; remigibus fusco—nigricantibus, oris majorum exterioribus pro parte albis, & pro parte albo maculatis; 12 rectricibus nigricantibus, quatuor intermediis viridi—aureo mixtis, utrinque sequenti exterius viridi—aurea, tribus utrinque extimis in apice oblique & dentatim albis. . . . LE COUROUCOU VERD DE CAYENNE. Præ-

(1) *Couroucou* nomen effectum ex voce *Curucui*, qua *Brasilienses* quartam hujus generis speciem designant.

Præcedenti paululum crassitie cedit. Ipfius longitudo $11\frac{7}{2}$ pollices explet. Rostrum $12\frac{1}{2}$ lineas longum est; cauda 6 pollices; digitorum anticorum exterior 7 lineas, interior 8 lineas; posticorum extimus $3\frac{1}{2}$ lineas, intimus $5\frac{1}{2}$ lineas. Extremitatum alarum distantia est 15 pollicum; alæ complicatæ ad mediam caudam pertingunt. Rostrum cinereo-album. Pedes ad exortum usque digitorum vestiunt plumulæ nigricantes. Digiti cinereo-albi; ungues vero cinereo-fusci. Habitat in *Cayena*.

** 3. TROGON CAYENENSIS VIRIDIS
VENTRE CANDIDO.

Trogon superne viridi—aureus, inferne albus; capite superiore & collo cœruleo-violaceis, viridi-aureo colore variantibus; genis & gutture nigris; tænia transversa in pectore viridi—aurea; cruribus nigricantibus; remigibus nigricantibus, quarumdam marginibus exterioribus albis; 12 rectricibus nigris, binis intermediis viridi—aureo mixtis, duabus utrinque sequentibus exterius viridi aureis, tribus utrinque extimis in apice oblique albis. . . . LE COUROUCOU VERD A VENTRE BLANC DE CAYENNE.

Præcedenti paululum crassitie cedit. Ipfius longitudo $10\frac{1}{4}$ pollices æquat. Rostrum $12\frac{1}{2}$ lineas longum est; cauda $5\frac{7}{2}$ pollices; digitorum anticorum extimus 6 lineas, intimus 7 lineas longus; posticorum extimus $3\frac{1}{2}$ lineas, intimus $5\frac{1}{2}$ lineas. Extremitatum alarum distantia est $14\frac{1}{2}$ pollicum; alæ complicatæ mediam caudam attingunt. Rostrum cinereo-album. Pedes ad exortum usque digitorum vestiunt plumulæ nigricantes. Digiti sunt cinereo-albi; ungues vero cinereo-fusci. Habitat in *Cayena*.

An præcedentis fœmina?

4. TROGON BRASILIENSIS VIRIDIS.

Trogon superne viridi—aureus, cœruleo & cupri puri colore varians, inferne coccineus; gutture nigro; cruribus nigricantibus; remigibus fusco-nigricantibus; ex 12 rectricibus sex intermediis dorso concoloribus, in apice nigris, tribus utrinque extimis albis, nigro transversim striatis. . .

LE COUROUCOU VERD DU BRÉSIL.

Trogon. *Moeb.* Avis anonyma tertia. Curucui. *Marcgr.* (*An femina?*) *Jonst. Raj.* Picis congener. *Aldrov. Jonst.* Picis congener, Curucui Brasiliensibus dictus *Marcgravii*. *Willugh.* Picis congener. Curucui. *Klein.* Tzinitzcan. *Fern. Euf. Nie-remb.* Perroquet ou Psittacus flammeus, viridis & cinereus rostro serrato. *Feuillée.*

Magnitudine & crassitie ad *Picam* accedit. Caudam habet $5\frac{1}{2}$ pollices longam. Sub quolibet oculo maculam cutaceam habet albam, ut *Gallinæ*: in palpebris superius & inferius pilos nigros duriusculos: sub mandibula inferiori in medio, & ad utrumque rostri latus quasi barbam pennis conflata rigidis, pilorum æmulis, nigris, sed in quibus transplendet color cœruleus, ut in collo *Anatum*. Oculi cœrulei; ipsorum irides aureæ. Rostrum colore sulphureo imbutum. Pedes ad exortum usque digitorum vestiunt plumulæ nigricantes. Digiti, unguesque cinereo-fusci.

Avis anonyma tertia Marcgravii, quæ forsan est hujus speciei femina, in omnibus fere cum supra descripta convenit; ab illa tantum discrepat in eo quod rectrices alarum superiores habeat fuscas; rostrum cinereum; oculorum irides croceas; & macula sub oculis cutacea alba destituatur.

Fructibus vescuntur Aves istæ. Habitant in *Brazilia*.

5. TROGON MEXICANUS.

Trogon superne albo, nigro & fulvo variegatus, in-

inferne rubescens; capite nigro; cruribus nigricantibus; remigibus & 12 rectricibus nigris, harum tribus utrinque extimis in apice albis. . . . LE COUROUCOU DE MEXIQUE.

Tzanatl tototl, seu Avis similis aut congener Tzanatl. Fern. Raj.

Cum *Sturno nostrate* crassitie convenit. Ipsi^{us} longitudo 9 fere pollices æquat. Rostrum, pedesque sunt cinerei. Habitat in *Mexico*.

6. TROGON MEXICANUS VARIUS.

Trogon cyaneo, luteo, viridi & nigro variegatus; vertice cyaneo. . . . LE COUROUCOU VARIÉ DU MEXIQUE.

Quaxoxototol. Fern. Raj.

Columbam crassitie circiter æquat. Rostrum nigrum. Habitat in *Mexico*.

7. TROGON CEYLONENSIS.

Trogon superne ex fusco-flavescens; inferne rubro-flavicans; capite nigricante; collo & pectore cinereis; alarum tectricibus nigricantibus, lineolis albis transversim striatis; remigibus nigris, exterius albo marginatis; rectricibus superne nigris, inferne flavicantibus. . . . LE COUROUCOU DE CEYLON.

Merulam circiter crassitie & longitudine æquat. Ad basim rostri plumulæ, pilorum ad instar extant rigidæ, antrorsum versæ. Ambitus oculorum cæruleus. Rostrum, pedesque sunt obscure cærulei.

Habitat in *Insula Ceylon*.

LII. Genus *Crotophagi*.

Hujus character est

Digiti quatuor, membranis destituti; duo scilicet

an-

antici, totidem postici; omnes circiter usque ad exortum discreti:

Crura ad calcaneum usque plumosa:

Rostrum breve, aduncum, superne cultratum, cujus crassities latitudinem superat.

Omnium hujus generis specierum cauda decem tantum rectricibus conflatur.

** I. CROTOPHAGUS.

Crotophagus nigro-violaceus, oris pennarum obscure viridibus, cupri puri colore variantibus; remigibus, rectricibusque nigro-violaceis. . . . LE BOUT-DE-PETUN.

Crotophaga. Ani. Linn. Crotophagus ater, rostro breviori compresso, superne arcuato-cultrato. Browne. Monedula tota nigra. Catesb. avec une figure passable, mais mal coloriée. Monedula tota nigra major, garrula, mandibula superiore arcuata. Sloane. Cornix garrula major. Pica nigra Jamaicensis. Klein. Pfitaco congener, Ani Brasiliensium. Willugh. Ani Brasiliensibus. Marcgr. Jonst. Raj. Cacalotototl, seu Avis corvina. Fern. Bout-de-petun. Du Tertre. Anglice, GREAT BLACK-BIRD.

Crassitie *Merulam* circiter æmuletur. Ipsi longitudo $13\frac{1}{2}$ pollices æquat. Rostrum, $9\frac{1}{2}$ lineas crassum, 13 lineas longum est; cauda 7 pollices; digitorum anticorum extimus 14 lineas, intimus 9 lineas; posticorum extimus unum pollicem, intimus 8 lineas. Extremitatum alarum distantia est $14\frac{1}{2}$ pollicum; alæ complicatæ ad tertiam circiter caudæ partem extenduntur. Mandibulæ superioris basis pennis obsita est piliformibus, rigidis, antrorsum versis. Cilia similiter rigida & longissima. Rostrum, pedes, unguesque nigri. Hujus speciei Aves amplissimos in sepibus nidos construunt, & quinquaginta simul in uno eodemque nido ova ponunt & incubant. Habitant in *Cayena*.

† ** 2. CROTOPHAGUS MAJOR.

Crotophagus nigro-violaceus, oris pennarum viridibus; remigibus obscure viridibus; rectricibus nigro-violaceis. . . . LE GRAND BOUT-DE-PETUN.

Garrulum crassitie circiter æquat. Ipsius longitudo $1\frac{1}{2}$ pedem & 6 lineas explet. Rostrum $10\frac{1}{2}$ lineas crassum, $1\frac{2}{3}$ pollicem longum est; cauda 10 pollices; digitorum anticorum exterior $18\frac{1}{2}$ lineas, interior $11\frac{1}{2}$ lineas; posticorum extimus $16\frac{1}{2}$ lineas, intimus 9 lineas. Extremitates alarum $1\frac{1}{4}$ pedis intervallo distant; alæ complicatæ tertiam caudæ partem attingunt. Rostrum habet magis quam in præcedente elongatum, nigrum. Pedes, unguesque similiter nigri. Habitat in *Cayena*.

LIII. Genus *Psittaci*.

Hujus character est

Digiti quatuor, membranis destituti; duo scilicet antici, totidem postici; omnes circiter usque ad exortum discreti:

Crura ad calcaneum usque plumosa:

Rostrum breve, aduncum, superne convexum, cujus crassities latitudinem superat.

Inæqualem obtinent crassitiem hujus generis Aves: aliæ enim *Gallinam* crassitie æmulantur; aliæ *Merulam* aut etiam *Alaudam* crassitie non antecellunt. Ex majoribus, sicut & minoribus, aliæ cauda longissima, aliæ cauda multo breviori præditæ sunt. Majores cauda longissima donatæ vocantur gallice *Aras*, latine *Aræ*; *Angli* eas nuncupant *Maccaos*. Inter majores cauda breviori præditas aliæ in toto fere corpore albescent; vocantur gallice *Kakatoes*, latine *Cacatuæ*; *Angli* vero illas *Cockatoons* nominant: aliæ in majore corporis parte rubent; a Gallis sicut & ab *Anglis*, nominantur *Lorys*, latine *Lorii*: aliæ tandem sunt diversicolores; hæ gallice *Perroquets*, latine *Psit-*

Pfittaci, & ab *Anglis Parrots* vocantur. Minores quæ cauda longissima gaudent, nominantur gallice *Perruches*, latine *Pfittacæ*; *Angli* illas nuncupant *Long Tail'd Parakeets*. Minores tandem cauda breviori præditæ dicuntur gallice *Petites Perruches*, latine *Pfittaculæ*, ab *Anglis* simpliciter *Parrakeets* nominantur.

Hujus generis Avium cauda constat 12 rectricibus.

† ** I. ARA BRASILIENSIS.

Pfittacus major longicaudus, coccineus; uropygio dilute cœruleo; pennis scapularibus cœruleo & viridi variegatis; genis nudis, candidis; remigibus subtus obscure rubris, superne vero plerisque cœruleis, intus nigricantibus, reliquis viridi, cœruleo & castaneo variegatis, omnium scapis nigris; rectricibus binis intermediis coccineis, in apice dilute cœruleis, utrinque proxima in prima medietate obscure rubra, altera cyanea, quatuor utrinque extimis superne cyaneis, violaceo mixtis, inferne obscure rubris. . . . L'ARA DU BRÉSIL.

Pfittacus puniceus. Barr. *Pfittacus erythroxantus.*
Gesn. Schwenck. Jonst. Pfittacus erythroxantus.
Aldrov. Charlet. Pfittacus maximus alter. Aldrov.
Jonst. Willughb. Raj. Klein. Aras. Nouv. Voy. de
l'Amér. Aras rouge & bleu. Edwards, avec une fi-
gure exacte. Arras. Du Tertre. Grand Perroquet
de Macao. Alb. Germanice, GELBER SITTECH.
Anglice, MACAO.

Ad *Caponis* crassitiem accedit. Ipsi^{us} longitudo $2\frac{7}{8}$ pedes & 6 lineas æquat. Rostrum, 2 pollices & $4\frac{1}{2}$ lineas crassum, $1\frac{1}{4}$ pollicem longum est; cauda $1\frac{7}{8}$ pedem cum 9 lineis; digitorum anticorum extimus $2\frac{1}{2}$ pollices, intimus $16\frac{1}{2}$ lineas; posticorum exterior $1\frac{1}{2}$ pollicem, interior 13 lineas. Extremitates alarum $3\frac{1}{2}$ pedum & 6 linearum intervallo

vallo distant; alæ complicatæ nonnihil ultra tertiam caudæ partem extenduntur. Basim mandibulæ superioris ambit cutis nuda candida, in qua nares sitæ sunt. Mandibula superior alba, in unci tamen apice & ad latera circa basin nigra; inferior penitus nigra. Pedes fusci; ungues vero nigri. Habitat in *America*.

** 2. ARA JAMAÏCENSIS.

Pfittacus major longicaudus, dilute coccineus; uropygio dilute cœruleo; pennis scapularibus luteis, viridi terminatis; genis nudis, candidis; remigibus subtus obscure rubris, plerisque superne cœruleis, intus nigricantibus, reliquis viridi, cœruleo & castaneo variegatis, omnium scapis nigris; rectricibus superne cyaneis, violaceo admixto, inferne obscure rubris; binis intermediis utrinque proxima in prima medietate obscure rubra. . . . L'ARA DE LA JAMAÏQUE.

Erythrocyaneus. Macao. *Linn.* *Pfittacus* capite cœruleo. *Klein.* *Pfittacus* maximus coccineo varius, cauda producta. *Browne.* *Pfittacus* maximus *Marcgravii*. *Barr.* *Pfittacus* major diversicolor, *Maccaw*, seu Macao dictus. *Willughb.* *Pfittacus* *Erythrocyanus*. *Gesn. Schwenck. Jonst. Charlet. Aldrov.* *Ara* racanga *Brasilienfis*. *Marcgr. Jonst. Raj.* *Perroquet* de la Jamaïque. *Alb. Germanice, ROTTBLAVER PAPAGEY. Anglice, MACAO ou MACCAW.*

Crassitie præcedentem adæquat. Ipsiùs longitudo $2\frac{2}{3}$ pedes & 6 lineas explet. Rostrum, $2\frac{1}{2}$ pollices crassum, $1\frac{3}{4}$ pollicem longum est; cauda $1\frac{2}{3}$ pedem & 9 lineas; digitorum anticorum extimus $2\frac{1}{2}$ pollices, intimus 16 lineas; posticorum extimus $1\frac{1}{2}$ pollicem, intimus 13 lineas. Extremitatum alarum distantia est $3\frac{1}{2}$ pedum & 6 linearum; alæ complicatæ tertiam circiter caudæ partem attingunt. Basim mandibulæ superioris ambit cutis nuda candida, in qua nares collocatæ. Oculorum irides luteæ. Man-

Mandibula superior alba, in unci tamen apice & ad latera circa basim nigra; inferior penitus nigra. Pedes fusci; ungues vero nigri. Habitat in *Jamaïca*, *Guiana* & *Brasilia*.

3. ARA JAMAÏCENSIS CYANEO—CROCEA.

Psittacus major longicaudus, superne cyaneus, inferne croceus; genis nudis, candidis; remigibus superne cyaneis, inferne obscure luteis; rectricibus superne cyaneis, inferne croceis. . . . L'ARA BLEU ET JAUNE DE LA JAMAÏQUE.

Psittacus maximus cœruleo varius, cauda producta. *Browne*. *Psittacus cœruleo luteus*. *Klein*. Femelle du Perroquet de Macao. *Alb. avec une figure passable*. *Anglice*, BLEW MACCAW.

Cum præcedentibus crassitie fere convenit. Ipsi longitudo $2\frac{1}{2}$ pedes circiter explet. Rostrum, $2\frac{1}{2}$ pollices crassum, 2 pollices longum est; cauda $1\frac{1}{2}$ pedem circiter; digitorum anticorum extimus $2\frac{1}{4}$ pollices, intimus $1\frac{1}{2}$ pollicem; posticorum extimus $1\frac{1}{2}$ pollicem, intimus 14 lineas. Alæ complicatæ nonnihil ultra tertiam caudæ partem extenduntur. Basim mandibulæ superioris ambit cutis nuda candicans, in qua nares sitæ sunt. Rostrum, unguesque nigri; pedes vero saturate cinerei. Habitat in *Jamaïca*.

† ** 4. ARA BRASILIENSIS CYANEO—CROCEA.

Psittacus major longicaudus, superne cyaneus, inferne croceus; syncipite viridi; tænia transversa sub gutture nigra; genis nudis, candidis, lineis novem plumosis nigris striatis; remigibus superne cyaneo—violaceis, oris interioribus nigricantibus, subtus obscure luteis, nigricante marginatis; rectricibus inferne luteis, superne cyaneis, lateralibus interius ad violaceum inclinantibus. . . . L'ARA BLEU ET JAUNE DU BRÉSIL.

Ararauna. Linn. *Psittacus vertice viridi, cauda cyanea.*
 Klein. *Psittacus cyanocroceus.* Schwenck. *Psittacus maximus cyanocroceus.* Aldrov. *Fonst. Charlet.*
Willugh. Raj. Sloane. Barr. *Psittacus maximus alter*
Jonstoni. Barr. Ararauna Brasiliensibus. *Marcgr.*
Fonst. Willugh. Canide Lerii. *Raj.* Aras bleu &
 jaune. *Edwards, avec une figure exacte.* Germanice,
 ROL-GEELBER PAPAGEY. Anglice, BLUE AND YELLOW MACCAW.

Præcedentes crassitie circiter æmularur. Ipsius longitudo $2\frac{1}{2}$ pedes & 6 lineas æquat. Rostrum, $2\frac{1}{2}$ pollices crassum, 2 pollices longum est; cauda $1\frac{7}{8}$ pedem; digitorum anticorum extimus $2\frac{1}{4}$ pollices, intimus $1\frac{1}{2}$ pollicem; posticorum exterior 2 pollices, interior 15 lineas. Extremitatum alarum distantia est 4 pedum; alæ complicatæ non nihil ultra tertiam caudæ partem extenduntur. Oculorum pupilla nigra; ipsorum irides pallide luteæ; palpebræ nigro fimbriatæ. Basim mandibulæ superioris ambit cutis nuda candicans, in qua nares sunt collocatæ. Rostrum, unguesque nigri; pedes vero saturate cinerei. Habitat in *Jamaica, Guiana & Brasilia.*

5. ARA MOLUCCENSIS VARIA.

Psittacus major longicaudus, superne saturate cyaneus, inferne saturate viridis, rubro variegatus; capite superiore nigro; collo superiore torque viridi & rubro cincto; collo inferiore & pectore dilute rubris; remigibus saturate cyaneis; rectricibus superne viridibus, subtus rubris, marginibus nigris. . . . L'ARA VARIE DES MOLUQUES.

Psittacus Orientalis, exquisitus, Loeri dictus. Seb. hujus icon accurata (si non essent digiti tres antici). *Psittacus capite nigro, collari viridi, Loeri dictus. Klein.*

Crassitie *Psittacum Amazonicum* paululum antecellit. Ipsius longitudo 14 circiter pollices æquat.
 Tom. II. G Ros-

Rostrum, unum pollicem crassum, 10 lineas longum est; cauda $6\frac{1}{2}$ pollices; digitorum anticorum extimus $1\frac{1}{2}$ pollicem, intimus 13 lineas; posticorum exterior 15 lineas, interior 9 lineas. Alæ complicatæ quartam circiter caudæ partem attingunt. De rostri, pedum, unguiumque colore nulla apud *Sebam* mentio facta est. Habitat in *Moluccis Insulis*.

** 6. ARA BRASILIENSIS VIRIDIS.

Pfittacus major longicaudus, viridis; syncipite & tænia utrinque secundum maxillam inferiorem castaneo—purpurascens; vertice cœruleo; marginibus alarum coccineis; calcaneis rubro circumdatis; genis nudis, candidis, lineis plumosis nigris striatis; remigibus majoribus superne cyaneis, intus pro parte nigris, inferne extus nigricantibus, intus obscure rubris, minoribus superne viridi flavicantibus, inferne obscure rubris; rectricibus superne in exortu viridibus, in apice cœruleis, subtus obscure rubris. . . . L'ARA VERD DU BRÉSIL.

Pfittacus severus. Linn. Ara vert du Brésil. Edwards, avec une figure assez exacte. Anglice, BRASILIAN GREEN MACCAW.

Cum *Pfittaco Guineensi cinereo* crassitie circiter convenit. Ipsius longitudo $1\frac{1}{2}$ pedem æquat. Rostrum $1\frac{1}{2}$ pollicem crassum, 18 lineas longum est; cauda $8\frac{1}{2}$ pollices; digitorum anticorum extimus $1\frac{1}{2}$ pollicem, intimus 15 lineas; posticorum extimus $1\frac{1}{2}$ pollicem, intimus 10 lineas. Extremitates alarum $2\frac{1}{2}$ pedum intervallo distant; alæ complicatæ ad tertiam circiter caudæ partem extenduntur. Basim mandibulæ superioris ambit cutis nuda candida, in qua nares sitæ sunt. Oculorum pupilla nigra; ipforum irides aureo colore imbutæ. Rostrum, unguesque nigri; pedes vero fusci. Habitat in *Brazilia*.

7. ARA BRASILIENSIS ERYTHROCHLORA.

Psittacus major longicaudus, saturate viridis; macula in syncipite fusca; vertice viridi—cœrulescente; macula in alarum exortu miniata; genis nudis, candidis, lineis plumosis nigris striatis; remigibus majoribus superne obscure cœruleis, intus pro maxima parte nigricantibus, inferne vero extus nigricantibus, intus rubris; rectricibus superne in prima medietate viridibus, in altera cyaneis, subtus saturate rubris. . . . L'ARA VERD ET ROUGE DU BRÉSIL.

Psittacus minor, proluxa cauda, maculis flammæis conspersus. *Barr.* Maracana Brasiliensibus. *Marcgr. Jonst. Willugh. Sloane.* Maracana Araræ, id est, Macai species minor. *Raj.* Arara & Macao. *Joan. de Laët.* *Anglice*, SMALL MACCAW.

Psittacum Amazonicum crassitie adæquat, sed cauda multo longiori gaudet, & crassiori rostro donatur. Basim mandibulæ superioris circumdat cutis nuda candida, in qua nares sitæ sunt. Oculorum pupilla nigra; ipsorum irides flavescentes. Rostrum, unguesque nigri; pedes vero fusci. Habitat in *Jamaïca, Guiana & Brasilia.*

† ** 8. C A C A T U A.

Psittacus major brevicaudus, cristatus, niveus; capitis vertice nudo; remigibus majoribus & rectricibus lateralibus interius in prima medietate sulphureis. . . . LE KAKATOES.

Psittacus albus cristatus. *Aldrov. Jonst. Charlet. Willugh. Raj.* Kakatoeha tota alba. *Klein.* *Anglice*, WHITE CRESTED PARROT.

Crassitie *Gallinam* circiter æquat. Ipsius longitudo 18 pollices explet. Rostrum, 2 pollices crassum, 15 lineas longum est; cauda 6 pollices; digitorum anticorum extimus 2 pollices, intimus 18 lineas; posticorum extimus 1½ pollicem, intimus 13 lineas.

Extremities alarum 3 pedum intervallo distant; alæ complicatæ ad duas tertias caudæ partes protrahuntur. Vertex capitis plumis penitus denudatur; sed longioribus circumdatur pennis elegantem efficientibus cristam, quam Avis ad libitum erigere aut componere potest. Crista autem quinque pollices longa est. Dum Avis eam tenet erectam, pennæ illam constituentes ita sunt dispositæ, ut ferri equini formam referant. Tunc pennæ colli latera vestientes sunt similiter erectæ, & ipsarum extremities in collo superiore arcum circuli simul efformant. Dum cristam componitur, pennæ capitis latera cooperientes supra cristam ipsam eriguntur, & pennæ genas vestientes antrorsum reflectuntur, inferioremque mandibulam penitus obtegunt. Oculi nigri sunt, illosque ambit cutis nuda, candore lacteo tincta. Basim mandibulæ superioris similiter ambit cutis nuda nigra, in qua nares sitæ sunt. Rostrum, pedes, unguesque nigri. Habitat in *Moluccis Insulis*.

** 9. CACATUA LUTEO CRISTATA.

Psittacus major brevicaudus, cristatus, albus, inferne sulphureo adumbratus; cristam sulphuream; macula infra oculos saturate sulphurea; remigibus majoribus, & rectricibus lateralibus interius in prima medietate sulphureis. . . . LE KAKATOES A HUPE JAUNE.

Psittacus cristatus. Linn. Psittacus albus galeritus, Frisch. hujus icon satis accurata. Avis Kakatoeha Orientalis, ex Insulis Moluccis, cristata, candidissima & sulphurea. Seb. hujus icon non satis accurata. Kakatoeha alba. Klein. Cockatoo ou Perroquet à crête blanche. Alb. Germanice, GROSSE WEISSE PAGEY. Anglice, CRESTED PARROT.

Crassitie *Psittacum Amazonicum* paululum antecellit. Ipsius longitudo 14½ pollices æquat. Rostrum, 16 lineas crassum, 11 lineas longum est; cauda 4½ pol-

pollices; digitorum anticorum exterior 18 lineas, interior unum pollicem; posticorum extimus 15 lineas, intimus 9 lineas. Extremitatum alarum distantia est $2\frac{7}{8}$ pedum; alæ complicatæ tres quartas caudæ partes pertingunt. Crista $3\frac{1}{2}$ pollices longa est, eleganter sulphurea; quoad cætera sese habet ut in præcedente. Oculos circumdat cutis nuda, candida. Ipsorum pupilla est nigra; irides vero rubescentes. Basim mandibulæ superioris ambit cutis nuda nigra, in qua nares sitæ sunt. Rostrum, pedes, unguesque nigri. Habitat in *Moluccis Insulis*.

** 10. CACATUA RUBRO CRISTATA.

Pfittacus major brevicaudus, cristatus, albus, roseo adumbratus; cristata subtus rubra; remigibus, & rectricibus lateralibus interius in prima medietate sulphureis. . . . LE KAKATOES A HUPE ROUGE.

Grand Cacatua. Edwards, avec une figure exacte. Anglice, GREATER COCKATOO.

Cum *Ara Brasiliensi* crassitie circiter convenit. Ipsius longitudo $1\frac{1}{2}$ pedem & 3 lineas æquat. Rostrum, $2\frac{1}{2}$ pollices crassum, $1\frac{1}{2}$ pollicem longum est; cauda 6 pollices; digitorum anticorum exterior $2\frac{1}{4}$ pollices, interior $1\frac{1}{2}$ pollicem; posticorum extimus 2 pollices, intimus 14 lineas. Extremitates alarum $3\frac{1}{2}$ pedum & 6 linearum intervallo distant; alæ complicatæ caudam fere extremam attingunt. Crista constat pennis superioribus albis, inferioribus rubris. Ex istis pennis anteriores $6\frac{1}{2}$ pollicum longitudinem obtinent; reliquæ omnes sensim atque sensim longitudine minuuntur: quoad cætera cristata hæc se habet ut in præcedentibus. Oculos circumdat cutis nuda cinereo-alba: ipsorum pupilla nigra; irides vero obscure rubescentes. Basim mandibulæ superioris ambit cutis nuda nigra, in qua nares collocatæ. Rostrum, unguesque ex ni-

gro cœrulescunt; pedes vero plumbeo colore imbuuntur. Habitat in *Moluccis Insulis*.

† ** II. CACATUA MINOR.

Psittacus major brevicaudus, cristatus, albus, versus aures aliquid pallide rubri admixtum habens; crista in exortu sulphurea, subtus pallide rubra; rectricibus caudæ inferioribus pallide rubris, albo terminatis; remigibus & rectricibus lateralibus interius sulphureis. . . . LE PETIT KAKATOES.

Psittacum Guineensem cinereum crassitie circiter adæquat. Ipsius longitudo $13\frac{1}{2}$ pollices. Rostrum, unum pollicem crassum, 10 lineas longum est; cauda $4\frac{1}{2}$ pollices: digitorum anticorum extimus 17 lineas, intimus unum pollicem; posticorum extimus $15\frac{1}{2}$ lineas, intimus 8 lineas. Extremitatum alarum distantia est $2\frac{1}{2}$ pedum; alæ complicatæ nonnihil ultra mediam caudam extenduntur. Cristæ pennæ superiores 18 linearum longitudinem obtinent. Basim mandibulæ superioris ambit cutis nuda, cinereo alba, in qua nares collocatæ. Rostrum candidum, excepto exortu dilute cinereo. Pedes, unguesque ex cinereo albert, & ad plumbeum colorem inclinant. Habitat in *Philippensibus Insulis*.

12. CACATUA ALIS ET CAUDA RUBRIS.

Psittacus major brevicaudus, sordide albus, ad cinereum vergens; uropygio, remigibus, rectricibusque miniaceis. . . . LE KAKATOES A AISLES ET QUEUE ROUGES.

Psittacus erythroleucos. Aldrov. Jonst. Willugh. Raj. Psittacus erythroleucus. Charlet. Linn. Anglice, RED AND WHITE PARROT.

Caponem crassitie adæquat, superatve. Ipsius longitudo $1\frac{1}{2}$ pedem explet. Caput habet crassum, sicut & collum. Rostrum, unguesque nigri; pedes vero subnigri. Ubinam habitet, prorsus ignoro.

** 13. LORIUS CERAMENSIS.

Psittacus major brevicaudus, coccineus; tectricibus alarum superioribus minimis luteis; remigibus majoribus exterius superne viridibus, interius coccineis, & versus extremitatem nigris, inferne cinereo—albis, interius coccineis, apice saturate cinereo; rectricibus quatuor utrinque extimis superne primum coccineis, dein saturate violaceis, in apice saturate viridibus, intermediis viridibus & coccineis, duabus macula vividissime coccinea in apice notatis, omnium scapis nigris. . . . LE LORY DE CERAM.

Psittacus Auroræ. *Linn.* *Psittacus coccineus*, alis ex viridi & nigro variis. *Willugh.* *Psittacus coccineus Orientalis*, alis ex viridi & nigro variis. *Raj.* *Psittacus rufus*, femoribus alisque viridibus. *Frisch. bujus icon accurata.* *Klein.* *Psittacus purpureus.* *Charlet.* *Lory.* *Raj.* *Noyra.* *Clus.* *Euf.* *Nieremb.* *Jonst.* *Anglice*, PURPLE PARROT.

Crassitie Turturem circiter æmulatur. Ipsi longitudo 10 $\frac{1}{2}$ pollices & lineas binas explet. Rostrum 9 lineas crassum, 9 quoque lineas longum est; cauda 3 $\frac{3}{4}$ pollices; digitorum anticorum extimus 12 $\frac{1}{2}$ lineas, intimus 9 lineas; posticorum extimus unum pollicem, intimus 7 $\frac{1}{2}$ lineas. Extremitates alarum 18 pollicum intervallo distant; alæ complicatæ nonnihil ultra mediam caudam extenduntur. Oculos circumdat cutis nuda cinerea: ipsorum pupilla est nigra; irides vero luteæ, Basim quoque mandibulæ superioris ambit cutis nuda cinerea, in qua nares collocantur. Rostrum rubrum. Pedes fuscii; ungues vero nigricantes. Habitat in *Ceramo* ex *Moluccis Insulis* una.

† ** 14. LORIUS MOLUCCENSIS.

Psittacus major brevicaudus, coccineus; macula in dorso supremo & tectricibus alarum superioribus minimis luteis; cruribus viridibus; remigibus ple.

risque majoribus exterius superne viridibus, inferne pallide roseis, interius coccineis, apice nigro, reliquis in latere exteriori, & subtus, nigris; rectricibus binis intermediis saturate viridibus, obscuro rubro juxta scapum tinctis, lateralibus superne in prima medietate coccineis, in altera saturate viridibus, binis utrinque extimis in ultima medietate exterius saturate violaceo mixtis. . . . LE LORY DES MOLUQUES.

Psittacus, garrulus. Linn. Lory écarlate. *Edwards,*
avec une figure exacte. *Anglice,* SCARLET LORY.

Cum præcedente crassitie convenit. Ipsius longitudo 10 pollices æquat, Rostrum, 9 lineas crassum, 10 lineas longum est; cauda $3\frac{1}{2}$ pollices; digitorum anticorum extimus unum pollicem, intimus 9 lineas; posticorum exterior $11\frac{1}{2}$ lineas, interior 7 lineas. Extremitatum alarum distantia est $1\frac{1}{2}$ pedis; alæ complicatæ nonnihil ultra mediam caudam extenduntur. Oculos circumdat cutis nuda cinerea: ipforum pupilla est nigra; irides vero aurantiæ. Basin mandibulæ superioris similiter ambit cutis nuda cinerea, in qua nares sunt positæ. Rostrum rubrum. Pedes fusci; ungues vero nigri. Habitat in *Moluccis Insulis.*

† ** 15. LORIUS ORIENTALIS INDICUS.

Psittacus major brevicaudus, coccineus, syncipite nigro-violaceo; vertice dilute violaceo; crurum pennis in exortu viridibus, in apice cœruleis; marginibus alarum viridi & cœruleo variis; remigibus majoribus exterius superne viridibus, inferne nigricantibus, interius luteis, apice nigricante; rectricibus coccineis, in apice viridi marginatis. . . . LE LORY DES INDES ORIENTALES.

Domicella. Linn. *Psittacus rufus*, vertice nigro, alis viridibus, femoribus cœruleis. *Frisch. hujus icon non satis accurata. Klein.* Second Lory à calotte noir. *Ed.*

Edwards, avec une figure exacte. Anglice, SECOND BLACK-CAPPED LORY.

Crassitie *Lorium Ceramensem* paululum antecellit. Ipsi^{us} longitudo $10\frac{5}{8}$ pollices æquat. Rost^{rum}, $9\frac{1}{2}$ lineas crassum, 11 lineas longum est; cauda $3\frac{1}{2}$ pollices; digitorum anticorum extimus 15 lineas, intimus 10 lineas; posticorum extimus 13 lineas, intimus 8 lineas. Extremitates alarum $1\frac{1}{2}$, pedis & 6 linearum intervallo distant; alæ complicatæ nonnihil ultra mediam caudam extenduntur. Oculos circumdat cutis nuda, saturate cinerea: ipsorum pupilla est nigra; irides vero aurantiæ. Basim mandibulæ superioris similiter ambit cutis nuda, saturate cinerea, in qua nares sitæ sunt. Rost^{rum} rubrum. Pedes, unguesque nigricantes. Habitat in *India Orientali*.

† ** 16. LORIUS PHILIPPENSIS.

Pfittacus major brevicaudus, coccineus; collo superiore, dorso supremo, medio pectore, medio ventre, tectricibusque caudæ inferioribus cœruleo-violaceis; capite superius nigro; cruribus supra coccineis, infra cœruleo-violaceis; remigibus majoribus exterius superne saturate viridibus, inferne nigris, interius luteis, apice nigro; reatricibus lateralibus superne, in prima medietate coccineis, altera saturate viridibus, exterius saturate violaceo marginatis, omnibus subtus rubris.... LE LORY DES PHILIPPINES.

Lory. *Linn.* Premier Lory à calotte noir. *Edwards, avec une figure exacte. Anglice, FIRST BLACK CAPPED LORY.*

Præcedentem crassitie circiter æmulator. Ipsi^{us} longitudo $10\frac{3}{4}$ pollices explet. Rost^{rum}, 9 lineas crassum, 10 lineas longum est; cauda $3\frac{1}{2}$ pollices; digitorum anticorum exterior 14 lineas, interior 10 lineas; posticorum extimus unum pollicem, intimus

7 lineas. Extremitatum alarum distantia est $16\frac{1}{2}$ pollicum; alæ vero complicatæ duas fere tertias caudæ partes attingunt. Oculos circumdat cutis nuda, dilute cinerea: ipsorum pupilla est nigra; irides vero aurantiæ. Basim mandibulæ superioris pariter ambit cutis nuda, dilute cinerea, in qua narès sitæ. Rostrum rubrum. Pedes grisei; ungues vero nigricantes. Habitat in *Philippensibus Insulis*.

17. LORIUS BRASILIENSIS.

Psittacus major brevicaudus, coccineus; capite, collo superiore, imo ventre, alis & cauda nigris. . . . LE LORY DU BRÉSIL.

Paragua. *Marcgr. Jonst. Willughb. Raj.*

Cum *Psittaco Amazonico* magnitudine convenit. Oculi sunt nigri; ipsorum irides rubræ. Rostrum, pedesque obscure cinerei. Habitat in *Brasilia*.

18. LORIUS TORQUATUS INDICUS.

Psittacus major brevicaudus, coccineus; uropygio & imo ventre ex albo & roseo variegatis; capite superiore & remigibus majoribus cyaneis; remigibus minoribus viridi-flavicanibus; torque luteo; rectricibus purpureis, fusco-rubescente adumbratis. . . . LE LORY A COLLIER DES INDES.

Psittacus capite cyaneo, collari luteo. Klein. Parroquet du Brésil appellé par les Anglois Laurey. Alb. avec une figure passable. Anglee, LAUREY.

Lorium Philippensem crassitie circiter æquat. Capitis superior pars splendidissimo imbuatur cyaneo. Oculos circumdat cutis nuda nigra: ipsorum pupilla concolor; irides vero luteæ. Rostrum flavicans. Pedes cinerei; ungues vero nigri. Secundum *Album*, habitat in *Brasilia*; in *India* potius *Orientali* eum inveniri censeo.

** 19. LORIUS AMBOINENSIS.

Psittacus major brevicaudus, superne saturate coccineus, inferne obscure violaceus; rectricibus saturate coccineis, in apice fordide pallide rubris. . . . LE LORY D'AMBOINE.

Reliquas omnes *Loriorum* species crassitie superat. Ipsi longitudo $11\frac{1}{2}$ pollices explet. Rostrum, 10 lineas crassum, $11\frac{1}{2}$ lineas longum est; cauda 4 pollices; digitorum anticorum extimus 16 lineas, intimus 11 lineas; posticorum exterior 14 lineas, interior $8\frac{1}{2}$ lineas. Extremitates alarum $1\frac{7}{8}$ pedis intervallo distant; alæ complicatæ nonnihil ultra mediam caudam extenduntur. Oculos circumdat cutis nuda nigricans: ipsorum pupilla est nigra; irides vero aurantiæ. Basim mandibulæ superioris pariter ambit cutis nuda nigricans, in qua nares sunt positæ. Rostrum obscure rubrum. Pedes fusci; ungues vero nigricantes. Habitat in *Amboinensi Insula*.

20. PSITTACUS JAMAÏCENSIS ICTEROCEPHALOS.

Psittacus major brevicaudus, viridis, inferne ad luteum vergens; syncipite & gutture cæruleo-viridibus; capite & pectore luteis; marginibus alarum & rectricibus caudæ inferioribus coccineis; remigibus superne viridibus, inferne nigris; rectricibus viridi-luteis. . . . LE PERROQUET A TESTE JAUNE DE LA JAMAÏQUE.

Psittacus medius viridis, oculis & rostro nigris. *Browne*.
Psittacus melanorinchus. *Charlet*. *Psittacus viridis melanorinchos*. *Aldrov. bujus icon satis accurata*. *Fonst. Willughb. Raj. Barr. Anglice*, JAMAÏCA PARROT.

Crassitie *Psittacum Guineensem cinereum* circiter æmulator. Ipsi longitudo 13 pollices æquat. Cauda 4 circiter pollices longa est. Oculorum pupilla est nigra; ipsorum irides saturate croceæ. Rostrum, unguesque nigri; pedes vero fusci. Habitat in *Jamaïca*.

21. PSITTACUS BRASILIENSIS CYANOCEPHALOS.

Psittacus major brevicaudus, viridis; capite superioris cœruleo, nigro mixto; vertice & maculis infra oculos luteis; gutture cœruleo; remigibus dilute viridibus, in extremitate flavo, rubro & cœruleo—violaceo variegatis; rectricibus superne dilute viridibus, inferne viridi—luteis. . . . LE PERROQUET A TESTE BLEUE DU BRÉSIL.

Psittaci majoris, seu mediæ magnitudinis Marcgravii, tertia species, Ajuru-curuca. *Willughb.* Ajuru-curuca, Psittaci tertia species. *Marcgr. Jonst. Raj.*

Præcedentem crassitie circiter adæquat. Rostrum superius cinereum, in extremitate nigrum. Pedes cinereo—cœrulescentes; ungues vero nigri. Habitat in *Brasilia*.

22. PSITTACUS BARBADENSIS.

Psittacus major brevicaudus, viridis; sincipite dilute cinereo; vertice, genis, gutture, collo inferiore, rectricibus alarum superioribus majoribus cyaneis, minimis & cruribus luteis; remigibus primoribus superne extus cœruleo—violaceis, intus nigris, intermediis exterius in prima medietate rubris; rectricibus viridibus. . . . LE PERROQUET DES BARBADES.

Psittacus viridis & luteus, capite cinereo Barbadenfis. *Klein.* Perroquet des Barbades. *Alb. Anglice,* GREEN AND YELLOW PARROT FROM BARBADOES.

Columbam Romanam crassitie circiter æmulatur. Oculos circumdat cutis nuda cinerea: ipsorum pupilla est nigra: irides vero eleganter croceæ. Basim mandibulæ superioris pariter ambit cutis nuda cinerea, in qua nares sitæ sunt. Rostrum corneo colore imbutum. Pedes cinerei; ungues vero nigri. Habitat in *Barbada Insula*.

23. PSITTACUS CAYENENSIS.

Psittacus major brevicaudus, viridis, inferne ad luteum vergens; tectricibus alarum majoribus cyaneis, unica rubra; remigibus majoribus superne intus nigricantibus, extus cœruleis; reetricibus lateralibus interius rubris, in apice viridibus, binis utrinque extimis exterius superne cœrulescentibus. . . . LE PERROQUET DE CAYENNE.

Psittacus agilis. Linn. *Psittacus subtus flavescens*, superne ex viridi cœruleus. *Psittacus major vulgaris* prasinus. Barr. Petit Perroquet verd. Edwards, avec une figure exacte. Anglice, LITTLE GREEN PARROT.

Columbam crassitie circiter æquat. Ipsi^{us} longitudo 10½ pollices circiter explet. Rostrum, 11½ lineas crassum, 10½ lineas longum est; cauda 3½ pollices; digitorum anticorum extimus 16 lineas, intimus 11 lineas; posticorum exterior 13 lineas, interior 8 lineas. Alæ complicatæ ad duas circiter tertias caudæ partes extenduntur. Oculos circumdat cutis nuda dilute cinerea: ip^{so}rum pupilla est nigra; irides vero obscure avellaneæ. Basim mandibulæ superioris pariter ambit cutis nuda candicans, in qua nares sunt positæ. Rostrum cinereum versus basin quidem dilutius, in apice saturatius. Pedes cinerei; ungues vero fusci. Habitat in *Cayena*, variisque *Americæ* locis.

24. PSITTACUS BRASILIENSIS ERYTHROCEPHALOS.

Psittacus major brevicaudus, viridis; capite, gutture, collo inferiore, pectore & tectricibus alarum superioribus minimis rubris; remigibus majoribus superne extus viridibus, intus nigricantibus; reetricibus viridibus. . . . LE PERROQUET A TESTE ROUGE DU BRESIL.

Tarabe Brasiliensibus. Marcgr. Jonst. Willugb. Raj.

Magni-

Magnitudine *Lorium Brasiliensem* antecellit. Rostrum, pedesque obscure cinerei; ungues vero nigricantes. Habitat in *Brasilia*.

25. PSITTACUS JAMAÏCENSIS GUTTURE RUBRO.
Psittacus major brevicaudus, viridis; guttore & collo inferiore miniaceo; remigibus majoribus superne extus viridibus, intus nigricantibus; rectricibus viridibus. . . . LE PERROQUET A GORGE ROUGE DE LA JAMAÏQUE.

Psittacus collarius. *Linn.* Psittacus minor, collo, seu torque miniaceo. *Sloane.* Psittacus minor, collo miniaceo. *Raj.* An Xaxabes de Oviedo? *Sloane.* *Raj. Anglice,* COMMON PARROT OF JAMAÏCA.

Psittacum Cayenensem magnitudine circiter æquat. De rostri, pedumque colore nulla mentio facta est. Habitat in *Jamaïca*.

26. PSITTACUS MARTINICANUS.

Psittacus major brevicaudus, viridis, pennis in apice fusco marginatis; medio ventre rubro mixto aut penitus rubro; syncipite albo; vertice cæruleo, rubris maculis vario, genis, guttore, & collo inferiore coccineis; tectricibus alarum majoribus cyaneis; remigibus majoribus superne intus nigricantibus, extus cyaneis; rectricibus lateralibus rubris, in apice viridibus, binis utrinque extimis superne exterius cærulescentibus. . . . LE PERROQUET DE LA MARTINIQUE.

Psittacus leucocephalus. *Linn.* Perroquet à tête blanche. *Edwards,* avec une figure exacte. *Anglice,* WHITE-HEADED PARROT.

Magnitudine cum præcedente circiter convenit. Oculos circumdat cutis nuda candida: ipsorum pupilla est nigra; irides vero obscure avellanæ. Basim mandibulæ superioris pariter ambit cutis nuda candida, in qua nares positæ sunt. Rostrum pallide car-

carneo colore tinctum sive candicans. Pedes, unguisque saturate fusci. Habitat in *Martinica*, variisque *Americæ* locis.

** 27. PSITTACUS MARTINICANUS GUTTURE RUBRO.

Psittacus major brevicaudus, viridis, pennis in apice nigro marginatis; syncipite albo; collo inferiore dilute rubro, pennarum marginibus albis; ventre obscure purpureo; remigibus majoribus superne exterius cyaneis, interius nigris; rectricibus quatuor utrinque extimis interius in prima medietate rubris, altera luteis, viridi-luteo terminatis, extima exterius cœrulea. . . LE PERROQUET A GORGE ROUGE DE LA MARTINIQUE.

Psittacus viridis, fronte alba, collo rubro. *Frisch. bujus icon non satis accurata. Klein.* *Psittacus* viridis, capite albo. *Linn. Barr.* *Psittacus* major albicans, capite luteo. *Barr.* *Psittacus* leucocephalus. *Aldrov. Jonst. Charlet. Willugh. Raj.* *Psittacus* major. *Jonst. Pappagallo. Olin.* Papagayos verdes que tienen un fluco de plumas blancas en el nacimiento del pico, de Oviedo. *Sloans.* Perroquet de la Martinique. *Nouv. Voy. de l'Amér.*

Cum *Psittaco Amazonico* crassitie circiter convenit. Ipsi longitudo $12\frac{1}{2}$ pollices æquat. Rostrum, 13 lineas crassum, $12\frac{1}{2}$ lineas longum est; cauda $4\frac{1}{2}$ pollices; digitorum anticorum extimus $1\frac{1}{2}$ pollicem; intimus unum pollicem; posticorum extimus 15 lineas, intimus 9 lineas. Extremitates alarum $2\frac{1}{2}$ pedum intervallo distant; alæ complicatæ ad duas circiter tertias caudæ partes extenduntur. Oculos circumdat cutis nuda candida: ipsorum pupilla est nigra; irides vero avellaneæ. Basim mandibulæ superioris ambit cutis nuda, ex albo ad incarnatum colorem inclinans, in qua nares sunt collocatæ. Rostrum similiter ex albo ad incarnatum colorem vergens. Pedes carneo colore imbuti; ungues vero grisei. Habitat in *Martinica*, *Guiana* & *Jamaïca*.

** 28. PSITTACUS GUIANENSIS CYANOCEPHALOS.

Psittacus major brevicaudus, viridis; pennis in collo superiore & dorso supremo nigricante, in pectore cœruleo-violaceo, marginatis; capite, gutture & collo inferiore cœruleo-violaceis; macula supra aures nigricante; alarum rectricibus superioribus viridi-luteis; remigibus viridibus, superne intus pro parte nigris; rectricibus quatuor utrinque extimis interius in prima medietate rubris, altera viridibus, cœruleo superne terminatis, tribus extimis superne exterius cœruleo-violaceis. . . .

LE PERROQUET A TESTE BLEUE DE LA GUIANE.

Perroquet vert facé de bleu. *Edwards, avec une figure assez exacte.* Anglice, BLUE-FACED GREEN PARROT.

Crassitie Turturem non multum antecellit. Ipfius longitudo $9\frac{1}{4}$ pollices explet. Rostrum, $10\frac{1}{2}$ lineas crassum, $9\frac{1}{2}$ lineas longum est; cauda $2\frac{1}{4}$ pollices; digitorum anticorum extimus 14 lineas, intimus 9 lineas; posticorum exterior 11 lineas, interior 7 lineas. Extremitatum alarum distantia est $1\frac{1}{3}$ pedis; alæ complicatæ caudam extremam attingunt. Oculos circumdat cutis nuda carneo colore tineta: ipsorum pupilla est nigra; irides vero aurantiæ. Basim mandibulæ superioris ambit cutis nuda nigricans, in qua nares posita. Rostrum cinereo-nigricans; mandibula tamen superior macula quadrata pallide rubra utrinque insignitur. Pedes carneo colore imbuti; ungues vero nigricantes. Habitat in *Guiana*, variisque *Americæ* locis.

** 29. PSITTACUS MARTINICANUS CYANOCEPHALOS.

Psittacus major brevicaudus, viridis, pennis in apice nigro marginatis; syncipite albo; vertice cinereo-cœruleo; ventre rubris maculis vario; alarum marginibus pro parte candidis; remigibus plerisque superne extus cœruleis, intus nigris; rectrice extima exterius cœrulea, interius rubra, luteo

luteo marginata, tribus proximis rubris, exterius viridi, interius luteo marginatis & luteo—viridi terminatis. . . . LE PERROQUET A TESTE BLEUE DE LA MARTINIQUE.

Cum *Columba* crassitie circiter convenit. Ipsi longitudo 11½ pollices æquat. Rostrum, unum pollicem crassum, 11 lineas longum est; cauda 4½ pollices; digitorum anticorum extimus 16½ lineas, intimus 10½ lineas; posticorum extimus 15 lineas, intimus 8 lineas. Extremitates alarum 1½ pedis intervallo distant; alæ complicatæ duas circiter tertias caudæ partes attingunt. Oculos circumdat cutis nuda candida. Basim mandibulæ superioris pariter ambit cutis nuda concolor, in qua nares sunt positæ. Rostrum candidum. Pedes grisei; ungues vero fusci. Habitat in *Martinica*.

30. PSITTACUS BRASILIENSIS FRONTE RUBRA.

Psittacus major brevicaudus, viridis, inferne ad luteum vergens, superne pennis obscure purpureo marginatis; capite antè rubro; vertice viridiflavicante; genis cœruleis; alarum marginibus pro parte luteis; remigibus majoribus superne primoribus nigricantibus, sequentibus extus cœruleis, intus nigricantibus, minoribus viridibus luteo fimbriatis; rectricibus lateralibus interius rubris, in apice luteis, extrema exterius cœrulea, binis utrinque proximis exterius rubris. . . . LE PERROQUET A FRONT ROUGE DU BRÉSIL.

Psittacus Brasiliensis. *Linn.* Perroquet verd du Brésil. *Edwards*, avec une figure exacte. Perroquet de la Dominique. *Nouv. Voy. de l'Amér. Anglice*, BRASILIAN GREEN PARROT.

Magnitudine *Psittacum Guineensem cinereum* antecellit. Oculorum pupilla nigra, ipsorum irides obscuræ; palpebræ dilute cineræ. Basim mandibulæ superioris ambit cutis nuda fusca, in qua nares sunt

Tom. II. H col-

collocatæ. Rostrum carneo colore imbutum. Pedes, unguesque cinereo—fufci. Habitat in *Brafilia*.

** 31. PSITTACUS AMAZONICUS.

Psittacus major brevicaudus, viridis; fyncipite cœruleo, ad violaceum inclinante; vertice, genisque luteis; alarum marginibus pro parte luteo-aurantiis; remigibus quinque intermediis exterius superne in prima medietate rubris, in altera cœruleo violaceis, aliis viridi nigro, & cœruleo—violaceo variis; reſtrixibus tribus utrinque extimis interius rubris, tænia tranſverſa ſaturate viridi notatis, in apice viridi—luteis, quatuor utrinque extimis exterius rubra macula inſignitis. . . . LE PERROQUET AMAZONE.

Psittacus viridis, capite luteo, fronte cœrulea. *Friſch. hujus icon accurata.* Psittacus viridis, capite croceo, fronte cyanea. *Klein.* Ajuru-Curau, Psittaci prima ſpecies. *Marcgr. Willughb. Jonſt. Raj.* Ajuru-Couri. *Joan. de Laët.*

Columbam Romanam craſſitie circiter æquat. Ipfius longitudo unum pedem explet. Roſtrum, 13 lineas craſſum, $12\frac{1}{2}$ lineas longum eſt; cauda 4 pollices; digitorum anticorum extimus 17 lineas, intimus unum pollicem; poſticorum exterior 15 lineas, interior 9 lineas. Extremitatum alarum extenſarum diſtantia eſt $2\frac{1}{2}$ pedum & 4 linearum; alæ complicatæ ad duas circiter tertias caudæ partes protendantur. Oculos circumdat cutis nuda cinereo—alba: ipſorum pupilla eſt nigra; irides vero aureæ. Baſim mandibulæ ſuperioris ſimiliter ambit cutis nuda dilute cinerea, in qua nares ſunt poſitæ. Roſtrum cinereum. Pedes cinereo—albi; ungues vero nigricantes. Habitat in *Amazonum* regione & *Braſilia*.

** 32. PSITTACUS AMAZONICUS FRONTE LUTEA.

Psittacus major brevicaudus, viridis, colli pennis
in

in apice nigro marginatis, cœruleo admixto; syn-
cipite pallide flavo; vertice, genisque luteis; tæ-
nia supra oculos cœrulea; alarum marginibus pro
parte luteo-aurantiis; remigibus quatuor inter-
mediis exterius superne in prima medietate ru-
bris, in altera nigris; reliquis, nigro-cœruleo-
violaceo & viridi variis; rectricibus tribus utrin-
que extimis interius rubris, tænia transversa fa-
turate viridi notatis, in apice viridi-luteis, tri-
bus utrinque extimæ proximis exterius rubra ma-
cula insignitis, extrema exterius cœruleo-viola-
cea. . . . LE PERROQUET AMAZONE A FRONT JAU-
NE.

Cum præcedente crassitie convenit. Ipsius longi-
tudo unum pedem æquat. Rostrum, $12\frac{1}{2}$ lineas cras-
sum, 13 lineas longum est; cauda $4\frac{1}{2}$ pollices; digito-
rum anticorum extimus $15\frac{1}{2}$ lineas, intimus 11 lineas;
posticorum extimus 14 lineas, intimus 8 lineas. Ex-
tremitates alarum $2\frac{1}{2}$ pedum intervallo distant; alæ
complicatæ duas circiter tertias caudæ partes attin-
gunt. Oculos circumdat cutis nuda candicans: ip-
sorum pupilla est nigra; irides vero luteæ. Basim
mandibulæ superioris similiter ambit cutis nuda ex
albo flavicans, in qua nares sunt positæ. Rostrum
in exortu lutescens, in apice cinereum. Pedes ci-
nereo-albi; unguis vero nigricantes. Habitat in
Amazonum regione & Brasilia.

†** 33. PSITTACUS AMAZONICUS GUTTURE COERULEO.

Psittacus major brevicaudus, viridis, pennis in a-
pice superne nigro, inferne cœrulescente margi-
natis; capite anterius & collo inferiore cinereo-
cœruleis, ad violaceum vergentibus, pennis vi-
ridi marginatis; macula in summo pectore rubra;
remigibus quatuor intermediis exterius superne
in prima medietate rubris, in altera violaceis, &
intus nigris, reliquis viridi, nigro, & violaceo

variis; rectricibus tribus utrinque extimis interius in exortu rubris, dein viridibus, in apice viridi—luteis, extima superne in utroque latere cœruleo mixta. . . . LE PERROQUET AMAZONE A GORGE BLEUE.

Cum *Cornice* crassitie convenit. Ipsiꝯ longitudo 15 pollices æquat. Rostrum, $15\frac{1}{2}$ lineas crassum, 15 lineas longum est; cauda $5\frac{1}{2}$ pollices; digitorum anticorum extimus $1\frac{3}{4}$ pollicem, intimus $13\frac{1}{2}$ lineas; posticorum exterior $1\frac{1}{2}$ pollicem, interior $10\frac{1}{2}$ lineas. Extremitatum alarum distantia est $2\frac{1}{2}$ pedum; alæ complicatæ ad duas circiter tertias caudæ partes protenduntur. Oculos circumdat cutis nuda dilute cinerea. Basim mandibulæ superioris similiter ambit cutis nuda concolor, in qua nares collocatæ sunt. Rostrum in exortu candicans, in apice nigricans. Pedes grisei, ungues vero nigri. Habitat in *Mexico & Brasilia*.

34. PSITTACUS AMAZONICUS POIKILORYNCHOS.

Psittacus major brevicaudus, viridis, inferne ad luteum vergens; vertice luteo; remigibus quibusdam intermediis exterius superne in medio rubris, aliis nigro, viridi, & cœruleo—violaceo variegatis, aut prorsus luteis; rectricibus quatuor utrinque extimis in exortu exterius viridibus, interius luteis, dein rubris, versus apicem viridibus, in apice luteis. . . . LE PERROQUET AMAZONE A BEC VARIÉ.

Psittacus poikilorinchos. *Aldrov. hujus icon satis accurata. Fonest. Charlet. Willughb. Raj.*

Cum *Gallina* crassitie convenit. Ipsiꝯ longitudo $1\frac{1}{2}$ pedem æquat. Mandibula superior in superiore parte ex viridi ad cœruleum inclinans, ad latera colore ochræ imbuta, & versus ipsius extremitatem tania transversa candida insignita: inferior in medio lutescens, in tota circumferentia plumbeo colore

lore tineta. Pedes similiter plumbei coloris; unguis vero nigricantes. In quo loco habitat, penitus me latet.

† ** 35. PSITTACUS AMAZONICUS BRASILIENSIS.

Psittacus major brevicaudus, viridis, inferne ad luteum vergens, colli pennis in apice nigro marginatis; vertice luteo; alarum marginibus viridi luteo & rubro variegatis; remigibus quinque intermediis superne exterius in prima medietate rubris, interius nigris, cæteris nigro, viridi rubro & violaceo variis; rectricibus quatuor utrinque extimis interius in prima medietate rubris, dein saturate viridibus, in apice luteo-viridibus, rubro mixtis. . . . LE PERROQUET AMAZONE DU BRÉSIL.

Crassitie *Columbam Romanam* circiter adæquat. Ipsi longitudo 12½ pollices explet. Rostrum, quod 14 lineas crassum, 13 lineas longum est; cauda 4½ pollices; digitorum anticorum exterior 16½ lineas, interior unum pollicem; posticorum extimus 15 lineas, intimus 9 lineas. Extremitates alarum 2½ pedum & 6 linearum intervallo distant; alæ complicatæ ad duas circiter tertias caudæ partes extenduntur. Oculos circumdat cutis nuda candicans: ipsorum pupilla est nigra; irides vero luteæ. Basim mandibulæ superioris pariter ambit cutis nuda carneo colore imbuta, in qua nares sunt positæ. Rostrum cinereum, excepta mandibulæ superioris basi rosea. Pedes cinereo-albi; unguis vero nigricantes. Habitat in *Amazonum* regione & *Brasilia*.

** 36. PSITTACUS AMAZONICUS JAMAICENSIS.

Psittacus major brevicaudus, viridis, inferne ad luteum vergens, superne pennis in apice nigro marginatis; syncipite cæruleo-beryllino; vertice pallide flavo; genis & gutture luteis; alarum marginibus pro parte rubro & luteo variis; remigi-

bus quinque intermediis exterius superne in prima medietate rubris, reliquis nigro, viridi, & cœruleo—violaceo variegatis; reſtricibus quatuor utrinque extimis interius in prima medietate rubris, luteo marginatis, in altera viridibus, luteo terminatis. . . . LE PERROQUET AMAZONE DE LA JAMAÏQUE.

Psittacus nobilis. Linn. *Psittacus medius* viridis, luteo quandoque varius, angulis alarum rubris. *Browne.* *Psittacus viridis*, alarum costa ſuperne rubente. *Aldrov. Jonst. Charlet. Willughb. Raj. Sloane. Barr.* Perroquet de la rivière des Amazons. *Nouv. Voy. de l'Amér. Anglice,* COMMON PARROT.

Cum præcedente craſſitie convenit. Ipfius longitudo $12\frac{1}{2}$ pollices æquat. Roſtrum, 14 lineas craſſum, 13 lineas longum eſt; cauda $4\frac{1}{2}$ pollices; digitorum anticorum extimus $1\frac{1}{2}$ pollicem, intimus $12\frac{1}{2}$ lineas; poſticorum extimus $15\frac{1}{2}$ lineas, intimus $9\frac{1}{2}$ lineas. Extremitates alarum $2\frac{1}{2}$ pedum & 6 linearum intervallo diſtant; alæ complicatæ ad duas circiter tertias caudæ partes extenduntur. Oculos circumdat cutis nuda candida: ipſorum pupilla eſt nigra: irides vero rubeſcentes. Baſim mandibulæ ſuperioris ſimiliter ambit cutis nuda cinerea, in qua nares ſitæ ſunt. Mandibula ſuperior in exortu rubra, in medio cinereo—cœrulea, in apice nigra; mandibula inferior candida. Pedes cinereo—albi; ungueſ vero nigricantes. Habitat in *Jamaïca, Guiana, Amazonum regione & Braſilia.*

† ** 37. PSITTACUS AMAZONICUS VARIUS.

Psittacus major brevicaudus, viridis, inferne ad luteum vergens, penniſ in apice nigro marginatis; collo ſuperiore & dorſo ſupremo luteo & rubro variis; ſyncipite cœruleo—beryllino; vertice palide flavo; genis & gutture luteis; remigibus quinque intermediis exterius ſuperne in prima medietate rubris, reliquis nigro, viridi, & cœruleo—

ruleo—violaceo variis; rectricibus quatuor utrinque extimis interius in prima medietate rubris, luteo marginatis, in altera luteo—viridibus, tænia transversa saturate viridi notatis, extima exterius cœruleo marginata.... LE PERROQUET AMAZONE
VARIÉ.

Psittacus æstivus. Linn. *Psittacus major viridis, maculis luteis & rubris. Frisch. bujus icon accurata.* *Psittacus viridis major, maculis rubris luteisque, fronte cœrulea. Klein.* *Psittaci secunda species. Marcgr. Jonst. Willughb. Raj.* Grand Perroquet verd des Indes Occidentales. *Edwards, avec une figure exacte.* *Anglice, GREAT GREEN PARROT FROM THE WEST-INDIES.*

Crassitie duos præcedentes æmularur. Ipsiùs longitudo $12\frac{2}{7}$ pollices explet. Rostrum, quod $13\frac{1}{2}$ lineas crassum, $12\frac{1}{2}$ lineas longum est; cauda $4\frac{1}{4}$ pollices; digitorum anticorum extimus 16 lineas, intimus 11 lineas; posticorum exterior $15\frac{1}{2}$ lineas, interior 9 lineas. Extremitatum alarum distantia est $2\frac{1}{4}$ pedum; alæ complicatæ duas circiter tertias caudæ partes attingunt. Oculos circumdat cutis nuda candida: ipforum pupilla est nigra; irides vero eleganter aurantiæ. Basim mandibulæ superioris similiter ambit cutis nuda saturate cinerea, in qua nares collocantur. Rostrum cinereum. Pedes cinereo-albi: unguës vero nigricantes. Habitat in *Amazonum regione & Brasilia.*

** 38. PSITTACUS AMAZONICUS GUTTURE LUTEO.

Psittacus major brevicaudus, viridis, superne pen- nis in apice nigro marginatis; syncipite cinereo-albo; vertice, genis, gutture & collo inferiore luteis; alarum marginibus pro parte luteis; remigibus quatuor intermediis exterius superne in prima medietate rubris, reliquis nigro, viridi & cœruleo—violaceo variis; rectricibus quatuor utrinque extimis in prima medietate rubris, exte-

rius viridi—luteo marginatis, in altera viridi—luteis, interius macula saturate viridi notatis, extima exterius dilute cœrulea. . . LE PERROQUET AMAZONE A GORGE JAUNE.

Psittacus viridis alius, capite luteo. *Frisch. hujus icon factis accurata.* *Psittacus viridis*, capite, humeris & femoribus luteis. *Klein.*

Præcedentes crassitie circiter æmulatur. Ipsi longitudo 13 pollices æquat. Rostrum, 14 lineas crassum, $12\frac{1}{2}$ lineas longum est; cauda $4\frac{1}{2}$ pollices; digitorum anticorum extimus $1\frac{1}{2}$ pollicem, intimus 13 lineas; posticorum extimus $16\frac{1}{2}$ lineas, intimus $8\frac{1}{2}$ lineas. Extremitatum alarum distantia est $2\frac{1}{2}$ pedum; alæ complicatæ duas circiter tertias caudæ partes attingunt. Oculos circumdat cutis nuda candicans: ipsorum pupilla est nigra; irides autem luteæ. Basim mandibulæ superioris similiter ambit cutis nuda cinereo—alba, in qua nares sitæ sunt. Rostrum candicans. Pedes cinereo—albi; ungues vero cinerei. Habitat in *Amazonum* regione & *Brazilia*.

** 39. PSITTACUS SINENSIS.

Psittacus major brevicaudus, viridis; lateribus & rectricibus alarum inferioribus rubris; marginibus alarum cœruleis; remigibus majoribus superne exterius cœruleis, interius nigricantibus; rectricibus superne viridibus, subtus nigricantibus, apice subtus fusco—flavicante. . . LE PERROQUET DE LA CHINE.

Perroquet rouge & vert de la Chine. *Edwards, avec une figure exacte.* *Anglice, GREEN AND RED PARROT FROM CHINA.*

Crassitie mediocrem *Gallinam* æmulatur. Ipsi longitudo 15 pollices æquat. Rostrum, $15\frac{1}{2}$ lineas crassum, 15 lineas longum est; cauda $5\frac{1}{2}$ pollices; digitorum anticorum extimus $1\frac{1}{2}$ pollicem, intimus

13 $\frac{1}{2}$ lines; posticorum exterior 18 lines, interior 10 $\frac{1}{2}$ lines. Extremitates alarum 2 $\frac{1}{2}$ pedum intervallo distant; alæ complicatæ duas circiter tertias caudæ partes attingunt. Pennæ caput vestientes ad exortum rostri & oculos usque protenduntur; basim autem rostri & oculos non circumdat cutis nuda, sicut in plerisque aliis speciebus evenit. Oculorum irides vivide aurantiæ. Mandibula superior in exortu rubra, versus apicem ad flavum inclinans: mandibula inferior nigra. Pedes, unguesque simili nigro tincti. Habitat in *Sina & Amboinensi Insula*.

40. PSITTACUS AMERICANUS.

Psittacus major brevicaudus, viridis, superne saturatus, inferne dilutius; syncipite coccineo; vertice cœruleo; genis aurantiis; marginibus alarum luteis; remigibus majoribus intermediis exterius in prima medietate rubris, reliquis nigricantibus, pauco cœruleo admixto; rectricibus superne obscure viridibus, inferne viridi-flavificantibus. . . .
LE PERROQUET D'AMERIQUE.

Psittacus autumnalis. *Linn.* Plus petit Perroquet verd. *Edwards*, avec une figure exacte. *Anglice*, LESSER GREEN PARROT.

Columbam magnitudine circiter æquat. Oculorum pupilla nigra: ipsorum irides eleganti aureo colore tinctæ; palpebræ candidæ. Basim mandibulæ superioris ambit cutis nuda candida, in qua nares sunt positæ. Rostrum candicans, excepto unci apice & duarum mandibularum marginibus fuscis. Pedes plumbeo colore imbuti; ungues vero fuscis. Habitat in *America*.

† ** 41. PSITTACUS LUCIONENSIS.

Psittacus major brevicaudus, viridis, ad luteum vergens; occipitio, dorso infimo & uropygio viridi-cœruleis; rectricibus alarum superioribus minimis nigris, cœruleo & viridi variis, mediis viridi-

ridi—cœruleis, dilute rufo marginatis; remigibus subtus cinereo—fuscis, superne intus fuscis; re-
ctricibus superne viridibus, inferne flavicanti-
bus. . . . LE PERROQUET DE L'ISLE DE LUÇON.

Cum *Columba domestica* crassitie convenit. Ipsi-
us longitudo $12\frac{1}{2}$ pollices æquat. Rostrum, quod 15
lineas crassum, unum pollicem longum est; cauda
 $4\frac{1}{2}$ pollices; digitorum anticorum extimus $13\frac{1}{2}$ li-
neas, intimus $9\frac{1}{2}$ lineas; posticorum exterior $12\frac{1}{2}$
lineas, interior 7 lineas. Extremitatum alarum
distantia est $1\frac{1}{2}$ pedis & 6 linearum; alæ complica-
tæ duas tertias caudæ partes non attingunt. Basin
mandibulæ superioris ambit cutis nuda rubescens,
in qua nares sitæ sunt. Rostrum coccineum, atta-
men in unci apice candicans. Pedes cinerei; un-
gues vero nigricantes. Habitat in *Lucionensi Insula*,
ex *Philippensibus* una.

42. PSITTACUS MEXICANUS PECTORE ALBO.

Psittacus major brevicaudus, superne viridis, infer-
ne albus; capite superiore nigro; macula infra
oculos viridi; genis & collo inferiore luteis; collo
superiore & imo ventre aurantiis; remigibus ma-
joribus superne exterius cœruleis, interius nigri-
cantibus; reſtrictibus viridibus. . . . LE PERRO-
QUET A POITRINE BLANCHE DU MEXIQUE.

Psittacus melanocephalus. *Linn.* Perroquet à poitrine
blanche. *Edwards*, avec une figure exacte. *Anglice*,
WHITE-BREAſTED PARROT.

Turturem crassitie circiter æmulatur. Ipsi-
us longitudo $9\frac{1}{2}$ pollices circiter æquat. Rostrum $9\frac{1}{2}$ li-
neas crassum, 9 lineas longum est; cauda $2\frac{1}{4}$ pol-
lices; digitorum anticorum extimus $11\frac{1}{2}$ lineas,
intimus 9 lineas; posticorum extimus $10\frac{1}{2}$ lineas,
intimus 6 lineas. Alæ complicatæ ad duas circiter
tertias caudæ partes extenduntur. Oculorum pu-
pilla est nigra; ipſorum irides saturate avellanæ;
pal-

palpebræ carneo colore tinctæ. Basim mandibulæ superioris ambit cutis nuda concolor, in qua nares sunt collocatæ. Rostrum carneo imbutum colore, ad basim quidem dilutiore, & deinde sensim atque sensim, versus ipsius unguem procedendo, obscuriore. Pedes cinereo-fusci; ungues vero nigricantes. Habitat in *Mexico & Caracarum* regione.

** 43. PSITTACUS VARIUS INDICUS.

Psittacus major brevicaudus, superne viridis, inferne pennis purpureis, cœruleo marginatis, vestitus; capite fusco, pennis in medio dilutionibus; collo pectori concolore; remigibus majoribus superne interius nigris, extus viridibus, apice obscure cœruleo; rectricibus subtus nigrocœrulescentibus, superne viridibus, lateralibus in apice saturate cœruleis. . . . **LE PERROQUET** VARIE DES INDES.

Psittacus Accipitrinus. Linn. Psittacus elegans. Clus. *bujus icon satis accurata.* Euf. Nieremb. Raj. Perroquet à tête de Faucon. Edwards, avec une figure exacte. Anglice, HAWK-HEADED PARROT.

Columbam crassitie circiter æquat. Ipsius longitudo $12\frac{1}{2}$ pollices explet. Rostrum, quod unum pollicem crassum, 11 lineas longum est; cauda $5\frac{1}{2}$ pollices; digitorum anticorum extimus 16 lineas, intimus $10\frac{1}{2}$ lineas; posticorum extimus $14\frac{1}{2}$ lineas, intimus 8 lineas. Extremitates alarum $1\frac{1}{2}$ pedis & 3 linearum intervallo distant, alæ complicatæ mediam caudæ longitudinem non attingunt. Oculos circumdat cutis nuda nigricans: ipsorum pupilla est nigra; irides vero luteæ. Basim mandibulæ superioris similiter ambit cutis nuda nigricans, in qua nares sunt positæ. Rostrum nigricat. Pedes, unguesque ex nigricante ad plumbeum colorem vergunt. Dum irascitur, colli pennas verticaliter erigit; quæ pennæ, sic erectæ, elegantissimam coronam caput cingentem efformant. Habitat in *India Orientali*.

44. PSITTACUS AQUARUM LUPIARUM INSULÆ.

Psittacus major brevicaudus, superne viridis, inferne cinereo-cœrulescens; capite & collo cinereo-cœrulescentibus, viridi & nigro variegatis; rectricibus viridibus. . . . LE PERROQUET DE LA GUADALOUPE.

Perroquet de la Guadeloupe. *Du Tertre. Nouv. Voy. de l'Amér.*

Præcedentem crassitie circiter æmulatur. Habitat in *Aquarum Lupiarum Insula*.

45. PSITTACUS NOVÆ HISPANIÆ.

Psittacus major brevicaudus, superne viridi-fuscescens, inferne cinereo-fuscescens; gutture cœruleo; collo superiore & uropygio viridescentibus; rectricibus caudæ inferioribus rubris; rectricibus subtus viridi-fuscescentibus, superne viridibus, binis utrinque extimis exterius superne cœruleis. . . . LE PERROQUET DE LA NOUVELLE ESPAGNE.

Psittacus sordidus. *Linn.* Perroquet brunâtre. *Edwards,* avec une figure exacte. *Anglice,* DUSKY PARROT.

Cum præcedentibus crassitie & magnitudine circiter convenit. Oculos circumdat cutis nuda cinereo-alba: ipsorum pupilla est nigra; irides vero obscure avellanæ. Basim mandibulæ superioris pariter ambit cutis nuda nigricans, in qua nares collocantur. Rostrum in basi luteum, in medio superioris mandibulæ nigrum, in reliquis coccineum. Pedes plumbeo colore imbuti; ungues vero nigri. Habitat in *Nova Hispania*.

46. PSITTACUS GUIANENSIS COERULEUS.

Psittacus major brevicaudus, cœruleus; ventre viridi; vertice, lateribus & uropygio luteis; remigibus, rectricibusque roseis. . . . LE PERROQUET BLEU DE LA GUIANE.

Psittacus cœrulocephalus. Linn. *Psittacus verficolor*
 seu *erythrocyanus*. Aldrov. Willughb. Raj. *Psittacus*
erythrocyanus. Jonst. *Psittacus violaceus*. Barr.

Præcedentem crassitie circiter æquat. Ipsius lon-
 gitudo 9 circiter pollices explet. Oculos circum-
 dat cutis nuda albicans: ipsorum pupilla est nigra;
 irides vero fuscæ. Rostrum subnigrum. Pedes cine-
 rei; ungues vero nigricantes. Habitat in *Guiana*.

** 47. PSITTACUS LUTEUS.

Psittacus major brevicaudus, luteus; marginibus
 alarum & remigibus majoribus exterius in medio
 rubris; rectricibus quatuor utrinque extimis inte-
 rius in prima medietate rubris, in altera pallide
 luteis. . . . LE PERROQUET JAUNE.

Cum *Psittaco Amazonico* crassitie circiter convenit.
 Ipsius longitudo unum pedem circiter explet. Ros-
 trum, quod $11\frac{1}{2}$ lineas crassum, $10\frac{1}{2}$ lineas longum
 est; cauda 4 pollices; digitorum anticorum exterior
 17 lineas, interior unum pollicem; posticorum ex-
 timus 15 lineas, intimus 9 lineas. Extremitatum
 alarum distantia est $2\frac{2}{3}$ pedum; alæ complicatæ ad
 duas circiter tertias caudæ partes protenduntur.
 Oculorum pupilla est nigra: ipsorum irides sicut &
 palpebræ, rubræ. Basin mandibulæ superioris am-
 bit cutis nuda candida, in qua nares sitæ sunt.
 Rostrum, pedes, unguesque candidi. Habitat for-
 san in *Mexico* aut *Brasilia*.

48. PSITTACUS LUTEUS INSULÆ CUBÆ.

Psittacus major brevicaudus, luteus, superne pen-
 nis in apice rubro marginatis; gutture, collo in-
 feriore & ventre coccineis; remigibus majoribus
 albis; rectricibus lateralibus in prima medietate
 rubris. . . . LE PERROQUET JAUNE DE CUBA.

Psittacus medio minor, pectore & ventre rubello miscel-
 lis, vertice albo. *Browne*. *Psittacus Paradisi*. Linn.
 Psit-

Psittacus Paradisi ex Cuba. Klein. Perroquet du Paradis de Cuba. *Catesb. avec une figure assez exacte. Anglice, CUBA PARROT.*

Psittaco Guineensi cinereo nonnihil crassitie cedit. Ipsi longitudo $12\frac{1}{2}$ pollices æquat. Rostrum, $11\frac{1}{2}$ lineas crassum, 10 lineas longum est; cauda $4\frac{1}{2}$ pollices; digitorum anticorum extimus $1\frac{1}{2}$ pollicem, intimus 13 lineas; posticorum extimus 15 lineas, intimus $9\frac{1}{2}$ lineas. Alæ complicatæ duas circiter tertias caudæ partes attingunt. Oculorum pupilla est nigra; ipsorum irides rubræ. Basim mandibulæ superioris ambit cutis nuda candida, in qua nares sunt positæ. Rostrum, pedes, unguesque albi. Habitat in *Insula Cuba.*

** 49. PSITTACUS GUINEENSIS CINEREUS.

Psittacus major brevicaudus, cinereus, oris pennarum in capite, collo & corpore inferiore cinereo-albis; uropygio & imo ventre cinereo-albis, oris pennarum cinereis; oculorum ambitu nudo, candido, fufuraceo; remigibus majoribus cinereo-nigricantibus; reetricibus coccineis. LE PERROQUET CENDRE DE GUINEE.

Psittacus erithacus. Linn. *Psittacus medius, cinereo-cærulescens, cauda rubra. Browne.* *Psittacus cinereus, cum cauda rubra. Frisch. hujus icon accuratissima. Klein.* *Psittacus cinereus, seu subcæruleus. Aldrov. Willughb. Raj. Sloane.* *Psittacus cinereus. Jonst. Charlet. Barr.* Perroquet couleur de Fresne. *Alb.* Papegay grand, Perroquet grand. *Bel.* *Anglice, ASH-COLOURED PARROT.*

Crassitie *Columbam Romanam* æmulatur. Ipsi longitudo unum pedem explet, & ad extremos ungues $10\frac{1}{2}$ pollices. Rostrum, quod $11\frac{1}{2}$ lineas crassum, 15 lineas longum est; cauda $4\frac{1}{2}$ pollices; digitorum anticorum extimus $1\frac{2}{3}$ pollicem, intimus 14 lineas; posticorum extimus unum pollicem & $5\frac{1}{2}$ lineas, intimus $9\frac{1}{2}$ lineas. Extremitatum alarum
distan-

distantia est $2\frac{1}{2}$ pedum; alæ complicatæ caudam fere extremam attingunt. Oculos circumdat cutis candida, plumis denudata, pulvere tantum fufuraceo obfita: ipforum pupilla eft nigra; irides vero flavicantes. Bafim mandibulæ fuperioris fimiliter ambit cutis nuda candida, pulvere fufuraceo afperfa, in qua nares fitæ funt. Rofttrum nigrum. Pedes cinerei; ungues vero nigricantes. Habitat in *Guinea & Jamaica*.

A. PSITTACUS GUINEENSIS ALIS RUBRIS.

LE PERROQUET DE GUINÉE A AISLES ROUGES.

Perroquet de Guinée. *Nouv. Voy. de l'Amér.*

A præcedente difcrepat tantum alis rubro maxime variegatis.

** B. PSITTACUS GUINEENSIS RUBRO VARIUS.

LE PERROQUET DE GUINÉE VARIÉ DE ROUGE.

Perroquet rouge & cendré. *Edwards, avec une figure exacte. Anglice, ASH-COLOUR'D AND RED PARROT.*

Magnitudine & craffitie præcedentem adæquat: ab illo folummodo differt colore per univerfum corpus & fupra alas cinereo & rubro variegato. Duodecim rectrices funt penitus coccineæ.

50. PSITTACUS BRASILIENSIS CINEREUS.

Psittacus major brevicaudus, in toto corpore cinereo—subcœrulefcens. . . LE PERROQUET CENDRÉ DU BRÉSIL.

Maracana Brafilienfibus (*prima*). *Marcgr. Jonst. Willughb. Raj.*

Magnitudine præcedentem antecellit. Per univerfum corpus pennis veftitur ex cinereo fubcœrulefcenfib. Remiges & rectrices concolores. Habitat in *Brafilia*.

** 51. PSITTACUS FUSCUS.

Psittacus major brevicaudus, in toto corpore cinereo—fuscus. . . LE PERROQUET BRUN.

Psittaco Guineensi cinereo nonnihil crassitie cedit. Ipsi^{us} longitudo $13\frac{1}{2}$ pollices æquat. Rostrum, quod 11 lineas crassum, 10 lineas longum est; cauda $5\frac{1}{2}$ pollices; digitorum anticorum extimus $1\frac{1}{2}$ pollicem, intimus 13 lineas; posticorum exterior 16 lineas, interior $8\frac{1}{2}$ lineas. Extremitates alarum $2\frac{1}{2}$ pedum & 6 linearum intervallo distant; alæ complicatæ duas tertias caudæ partes non attingunt. Oculos circumdat cutis nuda fusca: ipsorum pupilla est nigra; irides vero griseæ. Basim mandibulæ superioris pariter ambit cutis nuda griseo—fusca, in qua nares sunt positæ. Rostrum, pedes, ungues griseo—fusci. In qua regione habitet prorsus ignoro.

** 52. PSITTACUS MASCARINUS.

Psittacus major brevicaudus, saturate cinereus; capite & collo superioribus dilute cinereis; tænia circa basim rostri nigra; oculorum ambitu nudo, coccineo; rectricibus saturate cinereis, lateralibus in exortu candidis. . . LE PERROQUET MASCARIN.

Psittacus obscurus. Linn.

Psittacum Guineensem cinereum paululum crassitie superat. Ipsi^{us} longitudo $13\frac{1}{2}$ pollices explet. Rostrum, 16 lineas crassum, 15 lineas longum est; cauda $4\frac{1}{2}$ pollices; pes 11 lineas; digitorum anticorum exterior $1\frac{1}{2}$ pollicem, interior $15\frac{1}{2}$ lineas; posticorum extimus unum pollicem & $7\frac{1}{2}$ lineas, intimus 11 lineas. Extremitatum alarum distantia est $2\frac{1}{2}$ pedum; alæ complicatæ ad duas circiter tertias caudæ partes pertingunt. Oculos circumdat cutis nuda coccinea: ipsorum pupilla est nigra; irides vero rubræ. Basim mandibulæ superioris similiter ambit

ambit cutis nuda rubra, in qua nares sitæ sunt. Rostrum quoque rubrum. Pedes pallido colore carneo imbuti; unguis vero griseo-fuscus. In qua regione habitat prorsus me latet.

** 53. PSITTACUS MADAGASCARIENSIS NIGER.

Psittacus major brevicaudus, nigro-cœrulescens; oculorum ambitu candicante, remigibus cinereo-fuscis, exterius ad viride vergentibus; rectricibus superne nigro-cœrulescentibus, subtus penitus nigris. . . . LE PERROQUET NOIR DE MADAGASCAR.

Psittacus niger. Linn. Psittacus ex nigro cœrulescens; rostro brevissimo. Klein. Perroquet noir de Madagascar. Edwards, avec une figure exacte.

Crassitie *Psittacum fuscum* æmularur. Ipsius longitudo $13\frac{1}{2}$ pollices æquat. Rostrum, quod $11\frac{1}{2}$ lineas crassum, 16 lineas longum est; cauda $5\frac{1}{2}$ pollices; digitorum anticorum extimus $1\frac{1}{2}$ pollicem, intimus 13 lineas; posticorum extimus 16 lineas, intimus $8\frac{1}{2}$ lineas. Extremitatum alarum distantia est $2\frac{1}{2}$ pedum & 6 linearum; alæ complicatæ ad duas tertias caudæ partes non pertingunt. In illo ab *Edwardo* descripto in utraque ala tres quatuorve remiges erant candidæ. Oculos circumdat cutis nuda candicans: ipsorum pupilla est nigra; irides vero fuscæ. Basim mandibulæ superioris similiter ambit cutis nuda ex albo ad carneum colorem nonnihil inclinans, in qua nares collocantur. Rostrum quoque ex albo ad carneum colorem paululum vergens. Pedes obscuro colore carneo imbuti; unguis vero niger. Habitat in *Madagascaria*.

** 54. P S I T T A C A .

Psittacus minor longicaudus, dilute viridis, ad flavum inclinans; oris remigum flavicantibus; rectricibus binis intermediis viridi-cœruleis, duabus utrinque proximis exterius & in apice viridi-

cœruleis; interius viridi-luteis, tribus utrinque
extimis viridi-luteis. . . . LA PERRUCHE.

Psittacus rufirostris. Linn. *Psittacus minor macrourus*
totus viridis. Aldrov. Willugh. Raj Sloane. Jonst.
Psittacus minor viridis, cauda producta. Browne. *Psit-*
tacus pumilio viridis longicaudus. Barr. *Psittacus*
viridis minor. Schwænenck. *Psittacus torquatus ma-*
crourus minor. Charlet. Tui prima species. Marcgr.
Jonst. Raj. Paxaritos totos verdes de Oviedo.
Sloane. Perruche verte à longue queue. Edwards,
avec une figure exacte. Petit Perroquet verd à la
queue longue. Bel. Perrique. Du Tertre. Perri-
que du Brésil. Nouv. Voy. de l'Amér. Germanice,
GREUNER PAPEGEY. Anglice, SMALE GREEN LONG-
TAILED PARROT.

Merulam crassitie circiter adæquat. Ipsi-
tudo $12\frac{1}{4}$ pollices explet. Rostrum, quod 9 lineas
crassum, 8 lineas longum est; cauda 7 pollices;
digitorum anticorum extimus $11\frac{1}{2}$ lineas, intimus
 $7\frac{1}{2}$ lineas; posticorum extimus $9\frac{1}{2}$ lineas, intimus
6 lineas. Extremitates alarum $16\frac{1}{2}$ pollicum inter-
vallo distant; alæ complicatæ ad tertiam caudæ
partem protenduntur. Oculos circumdat cutis nu-
da carneo colore imbuta: ipsorum pupila est ni-
gra; irides vero eleganter aurantiæ. Basim man-
dibulæ superioris pariter ambit cutis nuda carneo
colore tincta, in qua nares sunt positæ. Mandibula
superior in exortu sanguineo colore perfusa, versus
ipsum unguem nigra; mandibula inferior penitus ni-
gra. Pedes, unguesque carneo colore imbuti. Ha-
bitat in variis Americæ regionibus.

** 55. PSITTACA TORQUATA.

Psittacus minor longicaudus, dilute viridis, ad fla-
vum inclinans; gutture nigro; torque roseo;
remigibus subtus, & superne interius, cinereis,
& aliquando prorsus luteis; rectricibus binis in-
termediis viridi-cœruleis, duabus utrinque proxi-
mis exterius & in apice viridi-cœruleis, interius

viridi-luteis, tribus utrinque extimis viridi luteis. . . . LA PERRUCHE A COLLIER.

Psittacus Alexandri. Linn. *Psittacus viridis*, torque miniaceo. *Schwenck.* *Psittacus torquatus macrouros Antiquorum. Aldrov. Willugh. Raj. Jonst. Charlet.* *Psittacus torquatus, minor. Barr.* Perrocchetto. *Olin, bujus icon accurata.* Perroquet à collier. *Edwards, avec une figure exacte.* Germanice, GREUNGEELER PAPAGEY. Anglice, PEROCHETTO.

Crassitie præcedentem paululum antecellit. Ipsi-
us longitudo $15\frac{1}{2}$ pollices æquat. Rostrum, quod 10
lineas crassum, 9 lineas longum est; cauda $9\frac{1}{2}$ polli-
ces; digitorum anticorum extimus $12\frac{1}{2}$ lineas, inti-
mus $8\frac{1}{2}$ lineas; posticorum exterior $10\frac{1}{2}$ lineas, in-
terior $6\frac{1}{2}$ lineas. Extremitatum alarum distantia est
16 pollicum; alæ complicatæ ad duos tantum polli-
ces ultra caudæ exortum protenduntur. Oculos
circumdat cutis nuda carneo colore imbuta: ipso-
rum pupilla est nigra; irides vero luteæ. Basim
mandibulæ superioris similiter ambit cutis nuda car-
neo colore tinctæ, in qua nares collocantur. Man-
dibula superior in exortu sanguineo colore imbuta,
versus ipsius uncum nigra: mandibula inferior pe-
nitus nigra. Pedes cinerei; ungues vero griseo-
fusi. Habitat, ut præcedens, in variis *Americæ*
regionibus. Illa cujus descriptionem dedit *Edwar-*
du, differt ab hac quam descripsi macula in alis
rubra, & crassitie qua eam antecellit.

56. PSITTACA INDICA TORQUATA.

Psittacus minor longicaudus, dilute viridis, ad fla-
vum inclinans; vertice viridi-cœrulescente; tor-
que purpureo; gutture nigro; collo inferiore &
pectore roseis; reatricibus dilute viridibus, ad
flavum inclinantibus. . . . LA PERRUCHE A COL-
LIER DES INDES.

Perroquet à collier des Indes Orientales. *Alb.* Anglice,
BRACELET PARRAKEET FROM EAST INDIA.

Crassitie fere dupla præcedentem antecellit. Ipsi-
 us longitudo $1\frac{1}{2}$ pedem circiter æquat. Caudam
 habet 8 fere pollices longam. Oculos circumdat
 cutis nuda obscure fusca: ipsorum pupilla est nigra;
 irides vero eleganter luteæ. Mandibula superior
 aurantia, inferior nigra. Pedes dilute cinerei;
 unguis vero nigri. Habitat in *India Orientali*.

† ** 57. PSITTACA BORBONICA TORQUATA.

Psittacus minor longicaudus, viridis, inferne ad fla-
 vum inclinans; torque roseo; tænia transversa
 sub gutture lutea, ad colli latera nigra; remigi-
 bus subtus cinereis, & superne interius cinereo-
 nigricantibus; rectricibus superne viridibus, sub-
 tus cinereo-flavis. . . . LA PERRUCHE A COLLIER
 DE L'ISLE DE BOURBON.

Cum *Turture* crassitie circiter convenit. Ipsi-
 us longitudo $1\frac{1}{2}$ pollices æquat. Rostrum, quod 10
 lineas crassum, 9 lineas longum est; cauda $7\frac{1}{4}$ pol-
 lices; digitorum anticorum extimus 13 lineas, in-
 timus $9\frac{1}{2}$ lineas; posticorum exterior unum pollicem,
 interior $7\frac{1}{2}$ lineas. Extremitates alarum $1\frac{1}{2}$ pedis &
 6 linearum intervallo distant; alæ complicatæ non-
 nihil ultra tertiam caudæ partem extenduntur. Man-
 dibula superior coccinea, excepto unci apice nigri-
 cante: mandibula inferior ad basin obscure rubra,
 versus apicem nigricans. Pedes ex cinereo ad plum-
 beum colorem vergentes; unguis vero nigricans.
 Habitat in *Borbonica Insula*.

58. PSITTACA AQUARUM LUPIARUM INSULÆ.

Psittacus minor longicaudus, in toto corpore viri-
 dis; rostro, pedibusque candidis. . . . LA PER-
 RUCHE DE LA GUADALOUPE.

Ajuru-Catinga. Ajuru-Apara Brasiliensibus. *Marogr.*
Fonst. Willugh. Raj. Perrique de la Guadeloupe.
Nouv. Voy. de l'Amér.

Magnitudine *Pullum Gallinaceum* mediocrem adæquat. Oculos circumdat cutis nuda candida; ipsorum pupilla est nigra; irides vero rubræ. Basim mandibulæ superioris similiter ambit cutis nuda candida, in qua nares collocantur. Rostrum, pedes, unguesque candidi. Habitat in *Brasilia & Aquarum Lupiarum Insula*.

† ** 59. PSITTACA GUIANENSIS.

Psittacus minor longicaudus, viridis, superne saturatus, inferne dilutius; genis rubro maculatis; calcaneis rubro circumdati; rectricibus alarum inferioribus minoribus coccineis, majoribus luteis; remigibus & rectricibus superne saturate viridibus, inferne obscure luteis. . . . LA PERRU-
CHE DE LA GUIANE.

Crassitie *Psittacam Borbonicam torquatam* circiter æmulatur. Ipsi longitudo $12\frac{1}{4}$ pollices æquat. Rostrum, unum pollicem crassum, $10\frac{1}{2}$ lineas longum est; cauda $6\frac{1}{4}$ pollices; digitorum anticorum extimus cum ungue unum pollicem, intimus 9 lineas; posticorum extimus 11 lineas, intimus $6\frac{1}{2}$ lineas. Extremitatum alarum distantia est $1\frac{7}{12}$ pedis; alæ complicatæ mediam caudam non attingunt. Basim mandibulæ superioris ambit cutis nuda candidans, in qua nares sunt positæ. Rostrum similiter candidans, excepto unci apice cinereo. Pedes grisei; ungues vero nigricantes. Habitat in *Guiana*.

† ** 60. PSITTACA CAYENENSIS.

Psittacus minor longicaudus, viridis, superne saturatus, inferne dilutius; remigibus intermediis candidis, superne exterius & in apice luteo adumbratis, sequentibus interius candidis, luteo adumbratis, exterius & in apice luteis; rectricibus viridibus, interius flavicante marginatis. . . .
LA PERRU-
CHE DE CAYENNE.

Sturnum crassitie non antecellit. Ipsi^{us} longitudo $8\frac{1}{2}$ pollices explet. Rostrum, quod $7\frac{1}{2}$ lineas cras-
sum, 9 lineas longum est; cauda $3\frac{1}{2}$ pollices; di-
gitorum anticorum exterior $9\frac{1}{2}$ lineas, interior $7\frac{1}{2}$
lineas; posticorum extimus 9 lineas, intimus 5 li-
neas. Extremitates alarum 14 pollicum intervallo
distant; alæ complicatæ mediam caudam attingunt.
Basim mandibulæ superioris ambit cutis nuda candi-
cans, in qua nares sunt positæ. Rostrum similiter
candicat. Pedes, unguisque sunt grisei. Habitat
in *Cayena*.

61. PSITTACA BRASILIENSIS.

Psittacus minor longicaudus, viridis, superne satu-
ratus, inferne dilutius & ad flavum inclinans;
vertice vivide aurantio; collo inferiore viridi-
flavicante, rubro obscuro mixto; remigibus in-
termediis superne exterius cœruleis; rectricibus
superne saturate viridibus, inferne obscure viridi-
luteis. . . . LA PERRUCHE DU BRÉSIL.

Perruche couronnée d'or. *Edwards*, avec une figure ex-
acte. Anglice, GOLDEN-CROWNED PARRAKEET.

Cum *Psittaca torquata* crassitie circiter convenit;
sed cauda multo breviori donatur. Oculos circum-
dat cutis nuda ex colore carneo cœrulescens: ipso-
rum pupilla est nigra; irides vero vividissime auran-
tiæ. Basim mandibulæ superioris similiter ambit cu-
tis nuda ex colore carneo cœrulescens, in qua na-
res collocantur. Rostrum nigrum. Pedes rubescen-
tes; unguis vero nigricantes. Habitat in *Brasilia*.

62. PSITTACA BRASILIENSIS FRONTE RUBRA.

Psittacus minor longicaudus, viridis, superne satu-
ratus, inferne dilutius & ad flavum inclinans;
syncipite coccineo; vertice cœruleo; remigibus
majoribus superne exterius cœruleis, interius &
subtus obscure cinereis; rectricibus superne satu-
rate

tate viridibus, subtus viridi-fufcescentibus. . . .
 LA PERRUCHE A FRONT ROUGE DU BRÉSIL.

Psittacus Canicularis. Linn. Perruche à tête rouge & bleuë. Edwards, avec une figure exacte. Anglice, RED AND BLUE-HEADED PARRAKEET.

Psittacæ vulgari paululum crassitie cedit. Ipfius longitudo 10 circiter pollices æquat. Rostrum, quod 7 lineas crassum, 6½ lineas longum est; cauda 6 pollices; digitorum anticorum extimus 8 lineas, intimus 5 lineas; posticorum exterior 6½ lineas, interior 4 lineas. Alæ complicatæ ad tertiam circiter caudæ partem extenduntur. Oculos circumdat cutis nuda aurantia: ipforum pupilla est nigra; irides vero luteo-aurantiæ. Basim mandibulæ superioris pariter ambit cutis nuda dilute cinerea, in qua nares positæ sunt. Mandibula superior ex dilute cinereo candicans: inferior colore nonnihil obscuriore tincta. Pedes, unguesque ex cinereo-candicante ad carneum colorem vergentes. Habitat in Brasilia.

63. PSITTACA INDICA.

Psittacus minor longicaudus, viridis, superne saturatius, inferne dilutius & ad flavum inclinans; gutture coccineo; tectricibus alarum superioribus rubescentibus; remigibus & rectricibus saturate viridibus. . . . LA PERRUCHE DES INDES.

Petite Perruche à l'asle rouge. Edwards, avec une figure exacte. Anglice, LITTLE RED-WINGED PARRAKEET.

Crassitie *Alaudam cristatam* non multum antecellit. Ipfius longitudo 8½ pollices circiter explet. Rostrum, quod 6 lineas crassum, 5 lineas longum est; cauda 4½ pollices; digitorum anticorum extimus 8 lineas, intimus 5½ lineas; posticorum exterior 6½ lineas; interior 4 lineas. Alæ complicatæ ad quartam circiter caudæ partem protenduntur. Oculos circumdat cutis nuda candicans: ipforum pupilla est nigra;

irides autem saturatissime avellaneæ. Basim mandibulæ superioris pariter ambit cutis nuda candidans, in qua nares sitæ sunt. Rostrum, pedes, unguesque colore imbuuntur pallide carneo. Habitat in *India Orientali*.

† ** 64. PSITTACA GINGINIANA.

Psittacus minor longicaudus, viridis, inferne ad flavum inclinans; paucis rubro obscuro in dorso mixto; gutture & collo inferiore nonnihil ad cinereum vergentibus; rectricibus alarum superioribus minoribus corpori finitimis obscure rubris; remigibus subtus cinereis, prima superne nigricante, & viridi exterius marginata, cæteris interius nigricantibus; rectricibus subtus pallide luteis, superne binis intermediis dilute viridibus, tribus utrinque proximis exterius dilute viridibus, interioribus viridi-luteis, binis utrinque extremis viridi-luteis, scapis superne fusciscentibus. . . .
LA PERRUCHE DE GINGI.

Psittacam torquatum crassitie multum superat. Ipsi longitududo $1\frac{3}{4}$ pedem explet. Rostrum, $15\frac{1}{2}$ lineas crassum, unum pollicem longum est; cauda $13\frac{1}{2}$ pollices; digitorum anticorum exterior $13\frac{1}{2}$ lineas, interior 10 lineas; posticorum extremus unum pollicem, intimus $7\frac{1}{2}$ lineas. Extremitatum alarum distantia est $1\frac{1}{2}$ pedis; alæ complicatæ tertiam caudæ partem pertingunt. Oculos circumdat cutis nuda rubescens. Basim mandibulæ superioris similiter ambit cutis nuda concolor, in qua nares positæ sunt. Rostrum coccineum. Pedes rubescentes, ungues vero cinerei. Habitat in *Ginginiano Regno* in *India Orientali*.

† ** 65. PSITTACA GINGINIANA ERYTHROCEPHALOS.
Psittacus minor longicaudus, superne viridi-flavicans, inferne luteo-viridescens; capite rubro, dilute cœruleo adumbrato; tænia nigra ab oris an-

angulo ad oris angulum per occipitium ducta, alia dilutissime viridi circumdata; gutture nigro; macula in alis obscure rubra; remigibus subtus, & superne interius cinereo—fuscis; rectricibus viridibus, lateralibus interius luteis. . . . LA PERRUCHE A TESTE ROUGE DE GINGI.

Psittacæ vulgari paululum crassitie cedit. Ipsius longitudo 11 pollices æquat. Rostrum, quod 6 lineas crassum, 6 quoque lineas longum est; cauda $6\frac{1}{2}$ pollices; digitorum anticorum extimus 9 lineas, intimus 7 lineas; posticorum extimus $7\frac{1}{2}$ lineas, intimus $4\frac{1}{2}$ lineas. Extremitates alarum 14 pollicum intervallo distant; alæ complicatæ ad tertiam circiter caudæ partem extenduntur. Rostrum rubescens. Pedes, unguesque grisei. Habitat in *Gingiano Regno in India Orientali*.

66. PSITTACA BENGALENSIS.

Psittacus minor longicaudus viridis, inferne ad flavum inclinans; vertice roseo; occipitio cœruleo; gutture & torque nigris; macula in alis obscure rubra; rectricibus superne cœruleis, inferne obscure flavicantibus. . . . LA PERRUCHE DE BENGALE.

Psittacus sub mento niger, capite rubro, cervice purpurea; inferiore mandibula nigra, superiore crocea, pedibus cœruleis. *Klein.* Perruche à collier à tête couleur de rose. *Edwards, avec une figure exacte.* Petit Perroquet de Bengale. *Alb. Anglice, ROSE-HEADED RING PARRAKEET.*

Crassitie præcedentem paululum antecellit. Ipsius longitudo 10 circiter pollices explet. Rostrum, quod 8 lineas crassum, $7\frac{1}{2}$ lineas longum est; cauda $5\frac{1}{2}$ pollices; digitorum anticorum extimus 11 lineas, intimus 7 lineas; posticorum exterior 9 lineas, interior 6 lineas. Alæ complicatæ ad quartam circiter caudæ partem protenduntur. Basim mandibulæ su-

terioris ambit cutis nuda fuscescens, in qua nares collocantur. Mandibula superior pallide lutea: inferior obscure fusca sive nigricans. Pedes, unguesque cinerei. Habitat in *Bengalensi* Regno.

** 67. PSITTACA CAROLINENSIS.

Psittacus minor longicaudus, viridis; capite anterioribus, marginibus alarum, & calcaneorum ambitu aurantiis; occipitio, gutture & collo supremo luteis; remigibus majoribus superne exterius in exortu luteis, dein viridibus, in apice ad caeruleum vergentibus; reſtricibus viridibus. . . .

LA FERRUCHE DE LA CAROLINE, OU DES AMAZONES.

Psittacus capite luteo, fronte rubra, cauda longa. *Klein*. *Psittacus* viridis, capite luteo, & fronte rubra. *Frisch. hujus icon satis accurata.* *Psittacus* pumilio, viridis, fulvo capite maculoso. *Barr.* *Psittacus* Carolinensis. *Klein. Linn.* Perroquet de la Caroline. *Catesb. avec une figure peu exacte.* Anglice, PARROT OF CAROLINA.

Psittacam torquatam crassitie paululum superat. Ipsiꝯ longitudo 13 pollices explet. Rostrum, quod unum pollicem crassum, 11 lineas longum est; cauda 6 pollices; digitorum anticorum extimus 11 lineas, intimus $7\frac{1}{2}$ lineas; posticorum extimus 10 lineas, intimus 6 lineas. Extremitates alarum $1\frac{1}{4}$ pedis & 6 linearum intervallo distant; alæ complicatæ ad duas fere tertias caudæ partes extenduntur. Oculos circumdat cutis nuda dilute cinerea: ipsorum pupilla est nigra; irides vero luteæ. Basim mandibulæ superioris pariter ambit cutis nuda candidans, in qua nares sunt positæ. Rostrum ex albo lutescens. Pedes, unguesque cinereo-albi. Habitat in *Guiana*. Autumnali tempore in *Carolinam* & etiam in *Virginiam* migrat.

** 68. PSITTACA ILLINIACA.

Psittacus minor longicaudus, superne viridis, inferne

ferne viridi-luteus; syncipite, genis & gutture aurantiis; collo inferiore cinereo-viridi; ventre maculis aurantiis vario; remigibus subtus saturate cinereis, superne plerisque viridi-cœruleis, interius nigricante marginatis; rectricibus subtus obscure luteis, superne viridibus, lateralibus interius dilute luteo marginatis. . . . LA PERRUCHE ILLINOISE.

Psittacus pertinax. Linn. *Psittacus minor viridis*, cauda longa & malis croceis. *Frisch. hujus icon accurata.* *Psittacus viridis*, cauda longa, malis croceis. *Klein.* *Psittaci minoris* *Marcgravii* secunda species, *Tui Apute Juba.* *Willughb.* *Tui Apute Juba*, secunda species. *Marcgr. Jonst. Raj.* *Perruche* facée de jaune. *Edwards, avec une figure exacte.* *Anglice, YELLOW-FACED PARAKEET.*

Psittacæ vulgari paululum crassitie cedit. *Ipsius* longitudo $9\frac{1}{2}$ pollices æquat. *Rostrum*, quod 9 lineas crassum, 8 lineas longum est; *cauda* $4\frac{1}{2}$ pollices; *digitorum anticorum* extimus 10 lineas, intimus $6\frac{1}{2}$ lineas; *posticorum* exterior 9 lineas, interior 5 lineas. *Extremitatum alarum* distantia est $15\frac{1}{2}$ pollicum; *alæ* complicatæ ad $2\frac{1}{2}$ pollices ultra *caudæ* exortum protenduntur. *Oculos* circumdat *cutis nuda cinerea*: *ipsorum pupilla* est nigra; *irides* vero saturate aurantiæ. *Basim mandibulæ superioris* pariter ambit *cutis nuda cinerea*, in qua *nares* sunt positæ. *Rostrum* dilute cinereum. *Pedes* cinerei quidem, sed nonnihil saturatius; *ungues* vero fusci. *Habitat in Brasilia & Illinorum regione.*

** 69. PSITTACA MARTINICANA.

Psittacus minor longicaudus, superne viridis, inferne viridi-lutescens; vertice viridi-cœrulescente, syncipite, genis & collo inferiore griseo-fuscis, ad fulvum inclinantibus; remigibus subtus nigricantibus, majoribus superne cœruleis, interius nigricantibus; rectricibus superne viridibus, sub-

tus lutescentibus. . . . LA PERRUCHE DE LA MARTINIQUE.

Psittacus æruginosus. Linn. Perruche à gorge brune. Edwards, avec une figure exacte. Anglice, BROWN-THROATED PARAKEET.

Cum *Psittaca vulgari* crassitie circiter convenit. Ipsi longitudo $10\frac{1}{2}$ pollices æquat. Rostrum, $7\frac{1}{2}$ lineas crassum, 7 lineas longum est; cauda 5 pollices; digitorum anticorum exterior 10 lineas, interior $6\frac{1}{2}$ lineas; posticorum extimus 9 lineas, intimus 5 lineas. Extremitates alarum $15\frac{1}{2}$ pollicum intervallo distant; alæ complicatæ nonnihil ultra tertiam caudæ partem extenduntur. Oculos circumdat cutis nuda dilute cinerea: ipsorum pupilla est nigra; irides vero ex avellaneo flavicantes. Basim mandibulæ superioris similiter ambit cutis nuda saturate cinerea, in qua nares sunt positæ. Rostrum cinereum, ad basin quidem dilutiùs, & versus apicem procedendo saturatiùs. Pedes, unguesque cinereo-fusci. Habitat in *Martinica* & variis *Americæ* regionibus.

† ** 70. PSITTACA CYANOCEPHALOS.

Psittacus minor longicaudus, superne viridis, inferne viridi-luteus; capite cœruleo-violaceo, syncope ad rubrum inclinante, gutture cinereo-violaceo; collo ad latera luteo; remigibus subtus cinereis, superne interius saturate cinereis, exterius viridibus luteo marginatis; rectricibus subtus cinereo-luteis, superne binis intermediis viridicœruleis, utrinque proxima exterius viridicœrulea, interius luteo-viridi, quatuor utrinque extimis exterius viridibus, interius luteis, lateralibus in apice pallide luteis. . . . LA PERRUCHE A TÊTE BLEUE.

Cum præcedente crassitie circiter convenit. Ipsi longitudo $11\frac{1}{2}$ pollices æquat. Rostrum, quod 8 lineas crassum, 7 lineas longum est; cauda $6\frac{1}{2}$ pollices;

ces; digitorum anticorum extimus 10 lineas, intimus 7 lineas; posticorum extimus 9 lineas, intimus 5 lineas. Extremitatum alarum distantia est 15 pollicum; alæ complicatæ nonnihil ultra quartam caudæ partem extenduntur. Oculos circumdat cutis nuda lutescens. Basim mandibulæ superioris similiter ambit cutis nuda concolor, in qua nares sunt collocatæ. Mandibula superior lutea, attamen in unci apice dilute cinerea: mandibula inferior penitus dilute cinerea. Pedes cinereo-cærulescentes; unguis vero grisei. Habitat in *India Orientali*.

71. PSITTACA JAPONENSIS.

Psittacus minor longicaudus, superne viridis, inferne ruber, pennarum extremitatibus lineolis nigris insignitis; gutture ferrugineo, ad subrubrum vergente; macula utrinque ante & pone oculos cærulea; remigibus plerisque intenso cæruleis; rectricibus intermediis viridibus, lateralibus rubris.... LA PERRUCHE DU JAPON.

Psittacus Erythrochlorus macrourus. *Aldrov. Jonst. Willughb. Raj. Charlet.*

Magnitudine & crassitie *Psittacam vulgarem* circiter æmularur. Cauda ipsius longissima est, utpote quæ toto corpore longior. Oculorum pupilla nigra: ipsorum irides rubræ. Rostrum rubrum. Pedes, unguisque nigerrimi. Habitat in *Japonensi* Regno.

** 72. PSITTACA AMBOINENSIS VARIA.

Psittacus minor longicaudus, superne viridis; capite antè saturate cæruleo; collo superiore torquæ luteo cincto; collo inferiore & pectore rubroaurantiis, marginibus pennarum saturate cæruleis; ventre supremo saturate viridi; imo ventre viridi-luteo, saturate viridi maculato; remigibus subtus fuscis, superne majoribus viridibus, interioribus in medio luteis, minoribus vero rubris; rec-

rectricibus superne splendide, inferne sordide viridibus. . . . LA PERRUCHE VARIÉE D'AMBOINE.

Perruche à estomach rouge. *Edwards*, avec une assez bonne figure. *Anglice*, RED-BREADED PARRAKEET.

Psittacam vulgarem paululum crassitie superat. Ipsi-
us longitudo 11 pollices explet. Rostrum, quod
10 lineas crassum, 9 lineas longum est; cauda 4½
pollices; digitorum anticorum extimus 11 lineas,
intimus 7½ lineas; posticorum exterior 10 lineas,
interior 5½ lineas. Extremitates alarum 17½ pedis
intervallo distant; alæ complicatæ ad quartam cir-
citer caudæ partem extenduntur. Basim mandibulæ
superioris ambit cutis nuda lutescens, in qua nares
sunt positæ. Rostrum ex albo flavicat. Pedes, un-
guesque nigricant. Habitat in *Amboinensi insula*.

73. PSITTACA INDICA VARIA.

Psittacus minor longicaudus, viridis, marginibus
pennarum in dorso & ad latera ventris luteis; ca-
pite superius & macula ad aures nigro-cœruleis;
occipite, genis, gutture, collo inferiore & pec-
tore coccineis, marginibus pennarum in pectore
viridi-nigricantibus; tænia utrinque longitudina-
li in collo lutea; remigibus viridibus, quibusdam
luteo marginatis; rectricibus superne viridibus,
inferne rubris, in apice viridi-flavicantibus. . . .

LA PERRUCHE VARIÉE DES INDES.

Psittacus ornatus. *Linn.* Avis Paradisiaca Orientalis,
vario colore elegantissima. *Seb. bujus duæ icones manca.*
Avis Paradisi Orientalis. Klein. Buteo. *Moebr.* Lory
Perruche. *Edwards*, avec une figure exacte. *Anglice*,
LORY-PARRAKEET.

Præcedenti paululum crassitie cedit. Ipsi-
us longitudo 8 circiter pollices æquat. Rostrum, quod
6½ lineas crassum, 6 lineas longum est; cauda 3½
pollices; digitorum anticorum extimus 10 lineas,
intimus 6½ lineas; posticorum extimus 9 lineas,
in-

intimus 5 lineas. Alæ complicatæ ad mediam circiter caudam pertingunt. Oculos circumdat cutis nuda cinerea; ipsorum pupilla est nigra; irides vero aurantio-rubescentes. Basim mandibulæ superioris pariter ambit cutis nuda fuscescens, in qua nares positæ sunt. Rostrum dilute aurantium. Pedes, unguesque saturate cinerei. Habitat in *India Orientali*.

74. PSITTACA BRASILIENSIS LUTEA.

Psittacus minor longicaudus, luteus; remigibus majoribus obscure viridibus; rectricibus luteis. . . . LA PERRUCHE JAUNE DU BRÉSIL.

Qui Jaba Tui. *Maregr. Jonst. Willugh. Raj. Guiaruba. Joan. de Laët. Perroquet jaune. Condam.*

Magnitudine & crassitie *Psittacæ vulgari* cedit. Cauda autem longa cum illa convenit. Oculi sunt nigri. Rostrum griseum. Pedes, unguesque incarnato colore imbuti. Facile mansuescit. Habitat in *Brasilia*.

75. PSITTACA MEXICANA LUTEA.

Psittacus minor longicaudus, dilute luteus; capite dilute rubro; collo rubro-aurantio; alarum tectricibus superioribus viridi, rubro & aurantio variegatis; remigibus viridibus; rectricibus dilute luteis. . . . LA PERRUCHE JAUNE DU MEXIQUE.

Avis Cocho, Psittaci Mexicani species. *Seb. bujus iconis accurata.*

Psittacam vulgarem crassitie circiter æmulatur. Ipsius longitudo II circiter pollices æquat. Rostrum, quod $8\frac{1}{2}$ lineas crassum, 8 lineas longum est; cauda 6 pollices; digitorum anticorum extimus II lineas, intimus $7\frac{1}{2}$ lineas; posticorum exterior 10 lineas, interior $6\frac{1}{2}$ lineas. Alæ complicatæ tertiam circiter caudæ partem attingunt. Rostrum rubicundum. Habitat in *Mexico*.

76. PSITTACA ANGOLENSIS LUTEA.

Psittacus minor longicaudus, luteo-aurantius, superne viridi-lutescente varius; oculorum ambitu, lateribus, cruribusque rubris; remigibus majoribus superne exterius cœruleis; rectricibus viridilutescentibus, tribus utrinque extimis exterius superne cœruleis. . . . LA PERRUÛHE JAUNE D'ANGOLA.

Psittacus solstitialis. *Linn.* Psittacus croceus, cauda longa, oculis in circulo rubro, extremis remigibus & penna infima caudæ cœruleis. *Klein.* Psittacus luteus, cauda longa. *Frisch. hujus icon non satis accurata.* Petit Perroquet d'Angola. *Alb.* Germanice, LANG SCHWANTZIGER GELBER PAPEGEX. Anglice, PARROQUET FROM ANGOLA.

Cum *Turture* crassitie circiter convenit. Ipsius longitudo $11\frac{1}{2}$ pollices circiter æquat. Rostrum, quod 11 lineas crassum, 10 lineas longum est; cauda $5\frac{1}{2}$ pollices; digitorum anticorum exterior $12\frac{1}{2}$ lineas, interior $8\frac{1}{2}$ lineas; posticorum extimus 11 lineas, intimus 6 lineas. Alæ complicatæ nonnihil ultra mediam caudam protendantur. Oculos circumdat cutis nuda dilute cinerea: ipsorum pupilla est nigra; irides vero obscure luteæ. Basim mandibulæ superioris pariter ambit cutis nuda cinerea, in qua nares sunt collocatæ. Rostrum cinereo-virescens. Pedes, unguesque rubescens. Habitat in *Angolensi* Regno.

** 77. PSITTACA COCCINEA BONARUM FOR-
TUNARUM INSULÆ.

Psittacus minor longicaudus, coccineus; collo inferiore & pectore dilutius coccineis; marginibus pennarum luteis; remigibus in apice viridibus, tribus corpori finitimis cœruleis; rectricibus fordidè rubris, superne in apice viridescentibus, utrinque extrema superne viridescente. . . . LA PERRUÛHE ROUGE DE BORNEO.

Psitta-

Psittacus Borneus. Linn. Lory écarlate à longue queue.
*Edwards, avec une figure exacte. Anglice, LONG-
 TAILED SCARLET LORY.*

Crassitie *Psittacam vulgarem* paululum antecellit. Ipsi-
 us longitudo $8\frac{1}{2}$ pollices æquat. Rostrum, quod
 8 lineas crassum, 7 lineas longum est; cauda 4 pol-
 lices; digitorum anticorum extimus cum ungue 11
 lineas, intimus 7 lineas; posticorum exterior $9\frac{1}{2}$ li-
 neas, interior $5\frac{1}{2}$ lineas. Extremitatum alarum
 distantia est 13' pollicum; alæ complicatæ tertiam
 circiter caudæ partem attingunt. Oculos circumdat
 cutis nuda fuscescens. Basim mandibulæ superioris
 similiter ambit cutis nuda concolor, in qua nares
 positæ sunt. Rostrum aurantium. Pedes, ungue-
 que nigricantes. Habitat in *Bonarum Fortunarum
 Insula in India Orientali.*

† ** 78. PSITTACA INDICA COCCINEA.

Psittacus minor longicaudus, coccineus, superne
 saturatius, inferne dilutius, fusco & cœruleo-
 violaceo variegatus; capite & collo superioribus,
 pectore & tænia pone oculos, cœruleo-violaceis;
 remigibus majoribus dilute fusco, minoribus fus-
 co-violaceo, terminatis; rectricibus fusco-viola-
 ceis, lateralibus interius coccineis. . . LA PER-
 RUCHE ROUGE DES INDES.

Præcedentem crassitie multum superat. Ipsi-
 us longitudo $10\frac{1}{2}$ pollices explet. Rostrum, quod 9
 lineas crassum, 9 similiter lineas longum est; cauda
 $4\frac{1}{2}$ pollices; digitorum anticorum extimus $11\frac{1}{2}$ lineas,
 intimus 9 lineas; posticorum extimus 11 lineas, in-
 timus $6\frac{1}{2}$ lineas. Extremitates alarum $16\frac{1}{2}$ pollicum
 intervallo distant; alæ complicatæ nonnihil ultra
 mediam caudam protendantur. Rostrum rubescit.
 Pedes, unguesque fusci sunt. Habitat in *India
 Orientali.*

† ** 79. PSITTACA AMBOINENSIS COCCINEA.

Psittacus minor, longicaudus, superne cœruleo-violaceus, inferne coccineus; capite & collo coccineis; remigibus exterius saturate viridibus, interius & subtus nigricantibus; rectricibus saturate violaceis, lateralibus interius & subtus nigricantibus; duabus utrinque extimis interius rubro marginatis. . . . LA PERRUCHE ROUGE D'AMBOINE.

Crassitie *Turturem* nonnihil antecellit. Ipsius longitudo $15\frac{1}{2}$ pollices æquat. Rostrum, quod 10 lineas crassum, $9\frac{1}{2}$ lineas longum est; cauda $9\frac{1}{2}$ pollices; digitorum anticorum extimus $11\frac{1}{2}$ lineas, intimus 7 lineas; posticorum extimus 9 lineas, intimus 5 lineas. Extremitates alarum $1\frac{1}{2}$; pedis & 6 linearum intervallo distant; alæ complicatæ nonnihil ultra tertiam caudæ partem extenduntur. Rostrum rubicundum, excepto unco nigricante. Pedes, unguesque rubri. Habitat in *Amboinensi Insula*.

80. PSITTACA JAVENSIS CRISTATA COCCINEA.

Psittacus minor longicaudus, cristatus, coccineus; gutture griseo; collo inferiore & pectore dilute roseis; tectricibus alarum & remigibus viridibus, luteo & roseo colore variis; rectricibus binis intermediis coccineis, lateralibus dilute roseis, in apice cœruleis, viridi mixtis. . . . LA PERRUCHE ROUGE HUPÉE DE JAVA.

Psittacus parvus. *Bont. Willugh. Raj.*

Crassitie *Alaudam* æmulatur. Caudam habet longissimam, 10 circiter pollices ultra alarum complicatarum extremitates prominentem. Verticis pennas, cristæ in modum, erigit hæc Avis. Oculi sunt nigri; eosque circumdat cutis nuda albo—argentea. Basim mandibulæ superioris similiter ambit cutis nuda

da cardidi, in qua nares sunt positæ. Rostrum griseum est. Pedes, unguesque cinerei. Habitat in *Java Insula*.

81. PSITTACULA BRASILIENSIS.

Psittacus minor brevicaudus, in toto corpore viridis, superne saturatius, inferne dilutius; syncipite macula semilunari rubra notato; macula in medio alarum lutea. . . LA PETITE PERRUCHE DU BRÉSIL.

Psittacus minimus totus viridis. *Browne*. *Psittaci minoris Marcgravii tertia species*, *Tui tirica*. *Willugh.* *Tui tirica*, tertia species. *Marcgr. Jonst.* *Tui tirica.* *Raj.* *Tuin. Joan. de Laët.* *Anglice, GREEN PARROKET.*

Magnitudine & crassitie *Psittaculam Guineensem* paululum antecellit. Alæ complicatæ ad duas circiter tertias caudæ partes extendantur. Oculi sunt nigri. Rostrum incarnati coloris. Pedes, unguesque cærulescentes. Habitat in *Brasilia & Jamaica*.

82. PSITTACULA BRASILIENSIS ERYTHROCEPHALOS.

Psittacus minor brevicaudus, dilute viridis; syncipite rubro; macula in alis lutea; reëtricibus dilute viridibus. . . LA PETITE PERRUCHE A TESTE ROUGE DU BRÉSIL.

Psittaci minoris Marcgravii septima species; *Tui para Tupinambis*. *Willugh.* *Tui para Tupinambis*, septima species. *Marcgr. Jonst.* *Tui para Tupinambis.* *Raj.*

Magnitudine & crassitie cum *Alauda* convenit. Rostrum incarnatum. Pedes, unguesque grisei. Nidificat in arborum foraminibus a *Formicis* relictis. Habitat in *Brasilia*.

83. PSITTACULA BRASILIENSIS UROPYGIO CYANEO.

Psittacus minor brevicaudus, viridis; uropygio cyaneo;

neo; rectricibus alarum superioribus majoribus saturate cœruleis; remigibus superne viridibus, inferne cinereo-viridescentibus; rectricibus viridibus. . . LA PETITE PERRUCHE A CUL BLEU DU BRÉSIL.

Psittacus Passerinus. Linn. *Psittaci minoris* Marcgravii sexta species, *Tuiete*. Willughb. *Tuiete* sexta species. *Marcgr. Fonst.* *Tuiete*. *Raj.* Plus petite des Perruches, verte & bleue. *Edwards, avec une figure exacte.* *Anglice, LEAST GREEN AND BLUE PARRAKEET.*

Crassitie Passerem domesticum non excedit. Ipsi longitudo 4 circiter pollices æquat. Rostrum, 4½ lineas crassum, 4 lineas longum est; cauda unum pollicem; digitorum anticorum extimus 6 lineas, intimus 4 lineas; posticorum extimus 5 lineas, intimus 3 lineas. Alæ complicatæ duas circiter tertias caudæ partes attingunt. Oculos circumdat cutis nuda aurantia. Basim mandibulæ superioris pariter ambit cutis nuda concolor, in qua nares sunt positæ. Rostrum, pedes, unguesque aurantio colore tincti. Habitat in *Brasilia*.

84. PSITTACULA MALACCENSIS.

Psittacus minor brevicaudus, viridis; vertice cyaneo; rectricibus caudæ superioribus coccineis; rectricibus viridibus. . . LA PETITE PERRUCHE DE MALACA.

Avicula ex *Malaca Insula*, seu *Psittacus marinus*. *Aldrov.*

Inter *Psittaculas* hæc est ex minimis una. Rostrum, pedes, unguesque candicant. Habitat in *Malaca*, *Indiæ* peninsula.

** 85. PSITTACULA GUINEENSIS.

Psittacus minor brevicaudus, viridis, superne saturatius, inferne dilutius; capite anterioris & gutture rubris; uropygio cyaneo; remigibus majoribus

bus superne interius saturate cinereis; reëtricihus viridibus, lateralibus tæniis transversis, una coccinea, altera nigra, notatis. . . . LA PETITE PERRUCHÉ DE GUINÉE.

Psittacus pullarius. Linn. *Psittacus viridis minimus* fronte & gula rubris. Klein. *Psittacus minimus viridis cum fronte & gula rubra.* Frisch. *hujus icon accuratissima.* *Psittacus minimus.* Claf. Euf. Nieremb. *Psittacus pusillus viridis Æthiopicus Clusii.* Raj. *Psittacus minor Americanus, versicolor.* Seb. *hujus icon non satis accurata.* *Petite Perruche à tête rouge,* ou Moineau de Guinée. Edwards, avec une figure exacte. *Petit Perroquet verd des Indes Orientales.* Alb. *Anglice, LITTLE RED HEADED PARRAKEET.*

Alaudam crassitie circiter æmulari. Ipsius longitudo $5\frac{1}{2}$ pollices explet. Rostrum, quod 6 lineas crassum, $5\frac{1}{2}$ lineas longum est; cauda 18 lineas; digitorum anticorum exterior 8 lineas, interior $5\frac{1}{2}$ lineas; posticorum extimus $6\frac{1}{2}$ lineas, intimus 4 lineas. Extremitatum alarum distantia est $10\frac{1}{2}$ pollicum; alæ complicatæ ad duas tertias caudæ partes protenduntur. Oculos circumdat cutis nuda cinerea: ipsorum papilla est nigra; irides vero cœrulescentes. Basim mandibulæ superioris pariter ambit cutis nuda cinerea, in qua nares sunt positæ. Rostrum rubro imbuitur colore, qui color, versus unci apicem procedendo, fit nonnihil dilutior. Pedes, unguesque sunt grisei.

Femina a mare discrepat capite anteriore rubro non ita vivido tincto, & marginibus alarum luteis.

Habitant in Guinea.

86. PSITTACULA INDICA.

Psittacus minor brevicaudus, viridis, superne saturatus, inferne dilutius; capite superius, dorso infimo & uropygio rubris; remigibus majoribus superne inferius nigricantibus, minoribus vero & reëtricihus superne viridibus, inferne cœruleo-beryllinis. . . . LA PETITE PERRUCHÉ DES INDES.

Galgulus. Linn. Perroquet Indien verd & rouge, de la plus petite espèce. *Edwards, avec une figure exacte.*

Præcedenti paululum crassitie cedit. Ipsi-
gitudō 5 circiter pollices æquat. Rostrum, $4\frac{1}{2}$ li-
neas crassum, $4\frac{1}{2}$ lineas pariter longum est; cauda
 $1\frac{1}{2}$ pollicem; digitorum anticorum extimus $7\frac{1}{2}$ li-
neas, intimus 5 lineas; posticorum exterior $6\frac{1}{2}$ li-
neas, interior $4\frac{1}{2}$ lineas. Alæ complicatæ ad duas
tercias caudæ partes protendantur. Oculos circum-
dat cutis nuda dilute carneo colore imbuta. Ros-
trum rubro-aurantium. Pedes, unguesque incar-
nati coloris. Habitat in *India Orientali*.

† ** 87. PSITTACULA PHILIPPENSIS.

Psittacus minor brevicaudus, viridis, inferne ad lu-
teum vergens; (syncipite, gutture, collo infe-
riore & uropygio rubris; tænia transversa infra
occipitium aurantio-rubra, *mas*); (syncipite &
uropygio rubris; macula utrinque rostrum inter
& oculum viridi-cærulea, *fæmina*); remigibus
majoribus superne interius nigricantibus, minori-
bus & rectricibus superne viridibus, inferne cæ-
ruleo-beryllinis. . . . LA PETITE PERRUCHE DES
PHILIPPINES.

Perruque couronnée de Saphir. *Edwards, avec une figure
exacte du mâle.* Anglice, SAPPHIRE CROWNED PAR-
AKEET.

Crassitie *Passerem domesticum* non multum antecel-
lit. Ipsi- gitudō 5 pollices æquat. Rostrum,
5 lineas crassum, 5 pariter lineas longum est; cau-
da $1\frac{1}{2}$ pollicem; digitorum anticorum extimus $7\frac{1}{2}$ li-
neas, intimus 5 lineas; posticorum extimus $6\frac{1}{2}$ li-
neas, intimus $4\frac{1}{2}$ lineas. Extremitates alarum $8\frac{1}{2}$
pollicum intervallo distant; alæ complicatæ mediam
circiter caudam pertingunt. Rostrum, pedes, un-
guesque rubri.

Fæmina a mare differt in eo quod minus habeat

in syncipite rubri, nulla sit in gutture & collo inferiore rubedo, & infra occipitium tænia transversa aurantio-rubra, qua *mas* donatur, ipsa destituatur. Ab illo quoque discrepat macula viridi-cœrulea in utroque capitis latere rostrum inter & oculus posita.

Habitant in *Pbilippensibus Insulis*, præsertim in *Lucionensi Insula*, circa *Manillam*. Illa quam descripsit *Edwardus* ab hac differt in eo quod in syncipite nihil rubri habeat; sed in capitis vertice macula eleganter cyanea insigniatur. Rostrum nigrum est. Pedes, unguesque nigricantes. Habitat in *Sumatra*.

† ** 88. PSITTACULA MADAGASCARIENSIS.

Psittacus minor brevicaudus, dilute viridis, inferne ad luteum vergens; capite, gutture & collo inferiore cinereo-albis, ad viride inclinantibus; remigibus majoribus superne interius fuscis; rectricibus dilute viridibus, tænia transversa nigra notatis. . . . LA PETITE PERRUCHE DE MADAGASCAR.

Cum præcedente crassitie circiter convenit. Ipsi longitudo $5\frac{1}{3}$ pollices explet. Rostrum, quod $5\frac{1}{2}$ lineas crassum, 5 lineas longum est; cauda $11\frac{1}{2}$ pollicem; digitorum anticorum extimus 8 lineas, intimus $5\frac{1}{2}$ lineas; posticorum exterior 7 lineas, interior 4 lineas. Extremitates alarum $10\frac{1}{2}$ pollicum intervallo distant; alæ complicatæ caudam fere extremam attingunt. Rostrum, pedes, unguesque cinereo-albi. Habitat in *Madagascaria*.

† ** 89. PSITTACULA GUTTURE LUTEO.

Psittacus minor brevicaudus, viridis, inferne dilutius & ad luteum inclinans; macula sub gutture aurantia; tænia in alis transversa castaneo-aurea ad viride vergente; tectricibus alarum inferioribus luteis; remigibus interius versus marginem saturate cinereis; rectricibus viridibus, oris inte-

rioribus ad luteum inclinantibus. . . . LA PETITE
PERRUCHE A GORGE JAUNE.

Craffitie *Alaudam cristatam* non multum excedit.
Ipsius longitudo $6\frac{1}{4}$ pollices æquat. Rostrum, quod
8 lineas crassum, $7\frac{1}{2}$ lineas longum est; cauda $2\frac{1}{2}$
pollices; digitorum anticorum extimus $9\frac{1}{2}$ lineas,
intimus 7 lineas; posticorum exterior 9 lineas, in-
terior $4\frac{1}{2}$ lineas. Extremitatum alarum distantia est
13 pollicum; alæ complicatæ caudam fere extre-
mam attingunt. Rostrum dilute griseum. Pedes,
unguesque grisei. In qua regione habitat prorsus
ignoro.

90. PSITTACULA BRASILIENSIS ICTEROCEPHALOS.

Psittacus minor brevicaudus, superne viridis, in-
ferne viridi-luteus; syncipite aurantio; oculo-
rum ambitu luteo; rectricibus superne viridibus,
subtus obscure luteis. . . . LA PETITE PERRUCHE
A TESTE JAUNE DU BRÉSIL.

Psittaci minoris Marcgravii quarta species. *Willugh.* Tui
quarta species. *Marcgr. Jonst. Raj.*

Magnitudinē & craffitie cum *Sturno* convenit.
Oculi magni sunt & subnigri. Rostrum nigrum.
Habitat in *Brasilia*.

91. PSITTACULA BRASILIENSIS LUTEA.

Psittacus minor brevicaudus, superne viridis, infer-
ne luteus; imo ventre viridi, capite & collo lu-
teis; remigibus majoribus in apice ad nigricantem
colorem vergentibus; rectricibus viridibus. . . .
LA PETITE PERRUCHE JAUNE DU BRÉSIL.

Psittaci minoris Marcgravii quinta species, *Jendaya.*
Willugh. *Jendaya*, quinta species. *Marcgr. Jonst.*
Jendaya. Raj.

Magnitudine & craffitie *Merulam* adæquat. Ocu-
los circumdat cutis nuda candida: ipsorum pupilla
ni.

nigricat; irides vero sunt aureo colore imbutæ. Rostrum, pedes, unguesque nigri. Habitat in *Bra-*
silia.

† ** 92. PSITTACULA SENEGALENSIS.

Psittacus minor brevicaudus, superne viridis, in-
ferne aurantius, ad latera luteus; capite & gut-
ture cinereis; collo viridi; remigibus & rectri-
cibus superne saturate cinereis, his ad viride ver-
gentibus, viridi marginatis. . . LA PETITE PER-
RUCHE DU SÉNÉGAL.

Crassitie *Merulam* non multum antecellit. Ipsius
longitudo $8\frac{1}{2}$ pollices explet. Rostrum, quod 9
lineas crassum, $7\frac{1}{2}$ lineas longum est; cauda $2\frac{1}{2}$ pol-
lices; digitorum anteriorum extimus $12\frac{1}{2}$ lineas, in-
timus $9\frac{1}{2}$ lineas; posteriorum extimus 11 lineas, in-
timus 6 lineas. Extremitates alarum 15 pollicum
intervallo distant; alæ complicatæ nonnihil ultra
mediam caudam extenduntur. Oculos circumdat
cutis nuda nigricans; ipsorum pupilla est nigra; iri-
des vero eleganter luteæ. Basim mandibulæ supe-
rioris similiter ambit cutis nuda nigricans, in qua
nares sunt positæ. Rostrum, unguesque cinereo-
nigricantes; pedes cinerei quidem, sed tamen pau-
lulum ad rubescentem inclinantes colorem. Habi-
tat in *Senegalensi* regione.

93. PSITTACULA BRASILIENSIS FUSCA.

Psittacus minor brevicaudus, superne viridis, in-
ferne fusco-rufescens; vertice saturate castaneo;
oculorum ambitu fusco; gutture cinereo; margi-
nibus alarum sanguineis; macula in dorso, &
rectricibus dilute fuscis. . . LA PETITE PERRUCHE
BRUNE DU BRÉSIL.

Psittacus minor vulgaris. *Barr.* Anaca Brasiliensibus.
Maregr. Jonst. Willugb. Raj.

Magnitudine & crassitie *Alaudam* circiter æmula-

tur. Rostrum fuscum. Pedes cinerei; ungues vero nigricantes. Habitat in *Guiana & Brasilia*.

94. PSITTACULA CRISTATA.

Psittacus minor brevicaudus, cristatus, viridis; crista, alis & cauda rubris. . . LA PETITE PER-
RUCHE HUPEE.

Psittacus erythrochloros cristatus. *Aldrov. Jonst. Raj. Willugh.* Psittacus erythrochlorus torquatus cristatus. *Charlet.*

Ad *Merulae* crassitiem accedit; sed cauda multo breviori donatur. In summo capite crista extat sex pennis rubris conflata, tribus scilicet majoribus, & minoribus totidem, quas *Avis* ad libitum, *Cacatuæ* instar, erigere aut componere potest. Oculorum pupilla est nigra; irides vero rubræ. De colore rostri, sicut & pedum, apud *Aldrovandum* nulla mentio facta est. In qua regione habitet profusum me latet.

95. PSITTACULA MEXICANA CRISTATA.

Psittacus minor brevicaudus, cristatus, saturate coccineus; crista purpurea; oculorum ambitu cœruleo; gutture luteo; collo rubro; cruribus dilute cœruleis; remigibus viridibus, albo marginatis; rectricibus saturate coccineis. . . LA PETITE PER-
RUCHE HUPEE DU MEXIQUE.

Psittacus collo rubro, plumis in capite purpureis. *Klein.* *Avis de cocho*, Psittaci species, Mexicana, vario colore. *Seb. hujus icon non satis accurata.*

Præcedentem crassitie circiter æquat. Ipsi longitududo 7 circiter pollices explet. Rostrum, quod 6½ lineas crassum, 6 lineas longum est; cauda 1½ pollicem; digitorum anticorum extimus 8 lineas, intimus 6½ lineas; posticorum extimus 7 lineas, intimus 4½ lineas. Alæ complicatæ nonnihil ultra mediam caudam extenduntur. In sincipite crista extat

tat purpurea. Rostrum flavum. Pedes, unguesque ex cinereo grisei. Habitat in Mexico.

96. PSITTACA CYANOCEPHALOS INDICA.

Psittacus minor longicaudus, viridis, superne saturatus, inferne dilutius; capite & gutture cyaneis; macula in alis lutea; remigibus subtus cinereis, superne viridibus, majorum oris exterioribus ad cœruleum vergentibus; rectricibus superne cœruleis, subtus obscure luteis. . . LA PERRUCHE A TESTE BLEUE DES INDES.

Perroquet à tête bleuë. Edwards, avec une figure exacte. Anglice, BLUE-HEADED PARRAKEET.

Cum Columba crassitie circiter convenit. Oculos ambit cutis nuda, carneo colore imbuta; ipsorum irides sunt eleganter aurantiæ. Rostrum rubrum. Pedes, unguesque cinerei. Habitat in India.

97. PSITTACULA ALIS DEAURATIS.

Psittacus minor brevicaudus, viridis, superne saturatus, inferne dilutius; majoribus alarum tectricibus & remigibus intermediis aurantiis; remigibus quatuor primoribus exterius saturate cœruleis, interius & in extremitate fuscis; rectricibus viridibus. . . LA PETITE PERRUCHE AUX AILES D'OR.

Perrique aux ailes d'or. Edwards, avec une figure exacte. Anglice, GOLDEN-WINGED PARRAKEET.

Crassitie Alaudam paululum superat. Oculos ambit cutis nuda candicans. Rostrum pariter candicat. Pedes unguesque carneo colore pallido imbuti. Secundum Edwardum habitat in India.

S E C T I O V.

Eæ quæ rostro donantur longo, crassitie caput æquante, ferræ instar denticulato; utriusque mandibulæ apice deorsum incurvo: & lingua pennæ æmula præditæ sunt.

Solum *Tucanæ* genus hanc sectionem constituit.

LIV. Genus *Tucanæ*.

Hujus character est

Digiti quatuor, membranis destituti; duo scilicet antici, totidem postici; omnes circiter usque ad exortum discreti:

Crura ad calcaneum usque plumosa:

Rostrum longum, crassitie caput æquans, ferræ instar denticulatum:

Apex utriusque mandibulæ deorsum incurvus:

Lingua pennæ æmula.

Omniū hujus generis Avium cauda decem tantum rectricibus conflatur. Ipsarum rostrum, quamquam valde crassum & longum, minime ponderosum; parte enim constat cellulari levissima, materia cornea valde tenui involuta. In aliis nares prope mandibulæ superioris exortum & extra materiam corneam sunt collocatæ, & plumis coöpertæ: in aliis vero supra ipsam materiam corneam positæ sunt, & conspicuæ.

I. T U C A N A.

Tucana superne nigro-viridans, dorso infimo & uropygio ad cinereum vergentibus; pectore aurantio; ventre & tectricibus caudæ inferioribus coccineis; rectricibus æqualibus, superne nigro-viridantibus, subtus nigris, in apice coccineis...

LE TOUCAN.

Toucan, sive *Pica Brasilia*. *Gesn. Aldrov.* *Pica Brasilia* *Gesneri. Barr. Willugh. Raj.* *Pica Brasilia*, aliis

aliis Ramphastos, Hipporynchos & Burynchos, aliis Barbara & Piperivora. *Jonst.* Pica Brasiliensis, Hipporynchos. *Charlet.* Ramphastos picatus. *Linn.* Rostrata Americana, nigra, ventre & uropygio coccineis. *Barr.* Nasutus simpliciter. *Klein.* Bucco. *Moebr.* Monstrofa Avis. *Mus. Best.* Avis Piperivora nonnullis. *Willugh.* Pie du Brésil. *Alb.* Germanice, PFEFFER-VOGEL. *Anglice,* GREAT BEAKT PIE OF BRASIL.

Crassitie *Picam* paululum antecellit. Ipsi longitudo $1\frac{2}{3}$ pedem & 6 circiter lineas æquat. Rostrum, quod in exortu $1\frac{1}{2}$ pollicem crassum, 6 circiter pollices longum est; cauda $6\frac{1}{2}$ pollices; digitorum anticorum extimus 18 lineas, intimus unum pollicem; posticorum extimus 16 lineas, intimus $8\frac{1}{2}$ lineas. Alæ complicatæ ad mediam circiter caudam pertingunt. Nares supra materiam corneam, prope mandibulæ superioris exortum, sunt collocatæ & conspicuæ. Rostrum flavicans, viridi obscuro adumbratum, attamen in apice rubescens. Ipsi denticuli valde conspicui. Pedes, unguesque nigri. Habitat in *Guiana* & *Brasilia*.

† ** 2. TUCANA CAYENENSIS GUTTURE LUTEO.

Tucana superne nigro-viridescens; genis & gutture sulphureis; collo inferiore aurantio; pectore, ventre supremo, tectricibusque caudæ superioribus & inferioribus coccineis; remigibus & reatricibus superne nigro-viridantibus, subtus nigris. . . . LE TOUCAN A GORGE JAUNE DE CAYENNE.

Cum *Pica* crassitie circiter convenit. Ipsi longitudo $1\frac{2}{3}$ pedem explet. Rostrum, quod in exortu $1\frac{1}{2}$ pollicem crassum, $3\frac{1}{2}$ pollices longum est; cauda $6\frac{1}{2}$ pollices; digitorum anticorum extimus $1\frac{1}{2}$ pollicem, intimus 14 lineas; posticorum exterior 18 lineas, interior $9\frac{1}{2}$ lineas. Extremitatum alarum distantia



tantia est $1\frac{1}{4}$ pedis & 6 linearum; alæ complicatæ mediam circiter caudam pertingunt. Nares prope mandibulæ superioris exortum & extra materiam corneam sunt positæ & plumis coopertæ. Rostrum in exortu nigrum, quæ nigredo tæniam efficit in mandibula inferiore multo quam in superiore latior, & quidem prope synciput strictissimam: reliquum rostrum viridi-olivaceum, attamen ad luteum inclinans prope supra dictam tæniam nigram, in medio mandibulæ superioris secundum ipsam longitudinem, & in apice rostri: duarum insuper mandibularum margines sunt rubræ, idque per totam longitudinem, si tamen exortum & apicem excipias. Rostri denticuli sunt parum conspicui. Pedes, unguesque nigri. Habitat in *Cayena*.

3. TUCANA BRASILIENSIS GUTTURE ALBO.

Tucana nigro-viridans; genis, gutture & collo inferiore candidis; tænia transversa in summo pectore coccinea; uropygio & rectricibus caudæ superioribus albis, inferioribus pallide rubris; remigibus, & rectricibus superne nigro-viridantibus, subtus nigris. . . . LE TOUCAN A GORGE BLANCHE DU BRÉSIL.

Aracari. Linn. Rostrata Americana nigra uropygio albo. *Barr.* Picus Americanus. *Hernand.* Passer longirostrus Xochitenacatl dictus. *Euf. Nieremb.* Altera Xochitenacatl. *Fern.* Xochitenacatl tertia. *Raj.* Toucan, ou Pie du Brésil. *Edwards,* avec une figure exacte.

Columbam domesticam crassitie circiter æmulatur. Ipsi longitudo $1\frac{1}{4}$ pedem circiter æquat. Rossum, versus exortum 2 circiter pollices crassum, $5\frac{1}{2}$ pollices longum est; cauda $5\frac{1}{2}$ pollices; digitorum anticorum exterior $1\frac{1}{4}$ pollicem; interior 16 lineas; posticorum extimus $1\frac{1}{2}$ pollicem, intimus 11 lineas. Alæ complicatæ ad quartam circiter caudæ par-

partem protenduntur. Oculos circumdat cutis nuda luteo-viridescens: ipsorum pupilla est nigra; irides vero obscure avellaneæ. Nares prope mandibulæ superioris exortum, & extra materiam corneam, collocantur, plumisque cooperiuntur. Basim rostri circumdat tænia strictissima nigra. Mandibula superior ex pallide luteo viridescens, exceptis marginibus aurantiis & exiguis tæniis transversis nigricantibus insignitis, excepto quoque apice per unius circiter pollicis intervallum splendide coccineo: mandibula inferior cœruleo imbuta colore, versus exortum diluto, & deinde, versus apicem procedendo, magis magisque saturatiore: ipsius insuper apex, mandibulæ superioris apicis instar, est splendide coccineus: ipsius quoque margines exiguis tæniis transversis nigricantibus insigniuntur. Rostrum est parum conspicue denticulatum. Pedes, unguesque cœrulescentes. Habitat in *Brasilia, Guiana & Mexico.*

† ** 4. TUCANA CAYENENSIS GUTTURE ALBO.

Tucana nigro-viridans; genis, gutture & collo inferiore candidis; tænia transversa in summo pectore coccinea; tectricibus caudæ superioribus sulphureis, inferioribus coccineis; remigibus, & tectricibus superne nigro-viridantibus, subtus nigris. . . . LE TOUCAN A GORGE BLANCHE DE CAYENNE.

Toucan à bec rouge. *Edwards, avec une figure exacte.* Oiseau appelé Tocan. *Feuillée.* Anglice, RED-BEAKED TOUCAN.

Cum præcedente crassitie circiter convenit. Ipsi longitudo $1\frac{1}{2}$ pedem æquat. Rostrum, quod in exortu 2 pollices crassum, $5\frac{1}{2}$ pollices longum est; cauda $5\frac{1}{2}$ pollices; digitorum anticorum extimus unum pollicem & $10\frac{1}{2}$ lineas, intimus unum pollicem & $5\frac{1}{2}$ lineas; posticorum extimus $1\frac{1}{2}$ pollicem, intimus unum pollicem tantum. Extremitatum alarum distantia

rantia est $2\frac{1}{2}$ pedum; alæ complicatæ quartam caudæ partem attingunt. Oculi sunt nigri, eosque circumdat cutis nuda cœrulescens. Nares prope mandibulæ superioris exortum, extra materiam corneam, sunt positæ, & plumis coopertæ. Rostrum basin ambit tænia strictissima nigra, quam sequitur lata tænia flavicans, & istam secundam sequitur altera tænia nigra: alia extenditur fascia flavicans supra mandibulæ superioris partem supremam, idque per totam longitudinem & ad apicem usque: reliquum rostrum rubrum, excepto tamen mandibulæ inferioris apice, mandibulæ superioris apicis instar, flavicante. Rostrum est parum conspicue denticulatum. Pedes plumbeo colore imbuti; ungues vero nigri. Cuncta sibi oblata devorat. Habitat in *Cayena*.

† ** 5. TUCANA BRASILIENSIS GUTTURE LUTEO.

Tucana nigro-viridans; genis, gutture & collo inferiore aurantiis; tænia transversa in summo pectore coccinea; tectricibus caudæ superioribus sulphureis, inferioribus coccineis; remigibus & tectricibus superne nigro-viridantibus, subtus nigris.... LE TOUCAN A GORGE JAUNE DU BRÉSIL.

Ranphastos piperivorus. *Linn.* Tucana. *Charlet.* Tucana quæ *Lerius* & *Thevetus* vocant Toucan. *Joan. de Laët. Jonst.* Tucana, sive Toucan Brasiliensibus. *Marcgr.* Rostrata Americana nigra, uropygio luteo. *Barr.*

Præcedenti paululum crassitie cedit. Ipsi longitudo $1\frac{7}{8}$ pedem & 9 lineas explet. Rostrum, versus ipsius exortum $1\frac{2}{3}$ pollicem crassum, $4\frac{1}{2}$ pollices longum est; cauda $5\frac{7}{8}$ pollices; digitorum anteriorum extimus unum pollicem & $9\frac{1}{2}$ lineas, intimus 15 lineas; posteriorum exterior $1\frac{2}{3}$ pollicem, interior 10 lineas. Extremitates alarum $1\frac{1}{2}$ pedis & 6 linearum intervallo distant; alæ complicatæ ad quartam longitudinis caudæ partem extenduntur.

Oculi

Oculi sunt nigri, & cute nuda flavicante circumdati. Nares prope mandibulæ superioris exortum extra materiam corneam, sunt collocatæ, & plumis tectæ. Basim rostri circumdat tænia grisea latiuscula, quæ tamen, versus partem rostri supremam procedendo, fit strictior: reliquum rostrum nigrum. Ipsius denticuli parum conspicui. Pedes plumbeo colore imbuti; ungues vero nigri. Habitat in *Brasilia* & *Cayena*.

6. TUCANA MEXICANA TORQUATA.

Tucana superne nigra, inferne viridis; torque coccineo; collo inferiore in infima parte dilute luteo, rubris maculis, atrisque lineis vario; imo ventre & tectricibus caudæ inferioribus rubris; cruribus purpureis; remigibus & rectricibus nigris. . . .
LE TOUCAN A COLLIER DU MEXIQUE.

Cochitenacatl. *Fern.*

Ad præcedentis crassitiem accedit. Ipsius longitudo $1\frac{1}{2}$ pedem circiter æquat. Rostrum 7 fere pollices longum est. Oculi sunt nigri; ipsorum vero irides ex luteo rubescentes. Mandibula superior candicans, inferior nigra. Pedes e cinereo virescentes; ungues vero nigri. *Piscibus* viçtitat. Habitat in *Mexico* circa maris littora.

7. TUCANA MEXICANA VIRIDIS.

Tucana in toto corpore viridis, rubro & pavonino colore variegata. . . . LE TOUCAN DU MEXIQUE.

Xochitenacatl. *Fern.*

Magnitudine & crassitie *Tucanam Brasiliensem* gutture luteo circiter æmulatur. Rostrum habet quatuor fere pollices longum. Rostrum luteo ac nigro colore varium. Pedes, unguesque nigri. Habitat in *Mexico*, ibique calidas regiones atque maritimas frequentat.

† ** 8. TUCANA CAYENENSIS VIRIDIS.

Tucana superne obscure viridis, inferne sulphurea; capite & gutture nigris (*mas*), castaneis (*fœmina*); uropygio coccineo; remigibus nigricantibus exterius viridi obscuro, interius albo-flavicante marginatis; rectricibus superne obscure viridibus, inferne viridi-cinereis.... LE TOUCAN VERD DE CAYENNE.

Merulam crassitie non multum superat. Ipsius longitudo 14 pollices explet. Rostrum, quod in exortu 15 lineas crassum, $3\frac{1}{2}$ pollices longum est; (rostrum in *fœmina* $2\frac{1}{2}$ tantum pollices longum); cauda $4\frac{1}{2}$ pollices; digitorum anticorum extimus $13\frac{1}{2}$ lineas, intimus $10\frac{1}{2}$ lineas; posticorum extimus $12\frac{1}{2}$ lineas, intimus 6 lineas. Extremitates alarum 16 pollicum intervallo distant; alæ complicatæ ultra caudæ exortum non multum protendantur. Oculos circumdat cutis nuda flavicans: ipsorum pupilla est nigra; irides vero luteæ. Nares supra materiam ipsam corneam, prope mandibulæ superioris exortum, collocatæ sunt & conspicuæ. Mandibula superior in parte suprema lutea, ad latera rubra: duos autem colores istos distinguit exigua tænia longitudinalis nigra, in utroque mandibulæ superioris latere posita: mandibula inferior nigra, attamen ad basin rubra: aliquid quoque rubri circa nares rostrum tingit. Rostris denticuli sunt candidi & multum conspicui. Pedes plumbeo colore imbuti; ungues vero nigri.

Fœmina a *mare* discrepat capite, gutture & parte colli inferioris gutturi finitima eleganter castaneis. Colorem autem castaneum a colli inferioris colore sulphureo distinguit exigua tænia transversa nigra.

Habitant in *Cayena*.

† ** 9. TUCANA BRASILIENSIS VIRIDIS.

Tucana superne obscure viridis, inferne sulphurea; capite, gutture & collo nigris; exigua macula casta-

castanea supra aures utrinque posita; dorso infimo, uropygio, tectricibus caudæ superioribus & tænia transversa in ventre coccineis; remigibus subtus saturate cinereis, majoribus superne nigricantibus, exterius viridi obscuro fimbriatis; reatricibus superne obscure, inferne dilute, viridibus. . . . LE TOUCAN VERD DU BRESIL.

Cuculus Brasiliensis. Aracari Marcgravii. Klein. Aracari. Pison. Aracari Brasiliensibus. Marcgr. Jonst. Willughb. Raj. Oiseau des Terres neuves. Bel. avec une assez bonne figure du bec.

Præcedentem crassitie paululum antecellit. Ipsi longitudo $16\frac{3}{4}$ pollices æquat. Rostrum, quod in exortu 16 lineas crassum, 4 pollices & $2\frac{1}{2}$ lineas longum est; cauda $6\frac{1}{4}$ pollices; digitorum anteriorum extimus 1 pollicem & $5\frac{1}{2}$ lineas, intimus 13 lineas; posteriorum exterior 16 lineas, interior $7\frac{1}{2}$ lineas. Extremitatum alarum distantia est $17\frac{1}{2}$ pedis; alæ complicatæ ultra caudæ exortum non multum protenduntur. Oculos circumdat cutis nuda flavicans: ipsorum pupilla est nigra; irides vero luteæ. Nares in materia ipsa cornea, ad mandibulæ superioris exortum, positæ sunt & conspicuæ. Basim rostri ambit linea candida, supra rostri superficiem paululum elevata: mandibula superior alba, lata tænia nigricante, ab ipsius exortu versus apicem usque protensa, ibique in acumen desinente, in suprema parte insignita: mandibula inferior nigricans. Rostrum valde conspicue denticulatum. Pedes perobscure virides sive viridi-nigricantes; unguis vero nigri. Habitat in *Brasilia*, *Surinamo* & *Cayena*.

† ** IO. TUCANA CAYENENSIS TORQUATA.

Tucana viridi-olivacea; capite, collo, pectore & medio ventre nigro-chalybeis; macula ad aures flavo-aurea; collo superiore torque flavo-aureo cincto; tectricibus caudæ inferioribus coccineis; remigibus majoribus superne fuscis; oris

exterioribus viridibus, interioribus albo flavicantibus, minoribus exterius viridibus, interius fuscis albo-flavicante fimbriatis; rectricibus superne viridibus, inferne fuscis, in apice castaneis. . . . LE TOUCAN A COLLIER DE CAYENNE, OU QUEUE DE RAT.

Tucanus. *Linn.* Rostrata Americana viridans, rostro partim rubro nigro. Pica minor, rostro denticulato, vario. *Barr.*

Tucanæ Cayenensi viridi paululum crassitie cedit. Ipsius longitudo 13 pollices æquat. Rostrum, versus ipsius exortum $11\frac{1}{2}$ lineas crassum, $2\frac{1}{2}$ pollices longum est; cauda $3\frac{1}{2}$ pollices; digitorum anticorum extimus $15\frac{1}{2}$ lineas, intimus $10\frac{1}{2}$ lineas, posteriorum extimus $13\frac{1}{2}$ lineas, intimus 7 lineas. Extremitates alarum $14\frac{1}{4}$ pollicum intervallo distant; alæ complicatæ ultra caudæ exortum non multum protendantur. Nares in materia ipsa cornea, ad mandibulæ superioris exortum, collocatæ sunt & conspicuæ. Mandibula superior exiguo intervallo ad basim rubra, in reliqua longitudine nigra: mandibula inferior ab ipsius exortu mediam versus longitudinem usque rubra, a medietate ad apicem nigra. Rostrum satis conspicue denticulatum. Pedes plumbeo colore imbuti; ungues vero nigri. Habitat in *Cayena*.

II. TUCANA LUTEA.

Tucana dilute lutea; tænia utrinque longitudinali a rostro ad pectus usque nigra; rectricibus alarum superioribus minimis luteis; remigibus & rectricibus albo & nigro variis. . . . LE TOUCAN JAUNE.

Xochitenacatl. *Fonst. Charlet.* Alia Xochitenacatl. *Euf. Nieremb. Willughb.*

Magnitudine & crassitie *Columbam* adæquat. Oculi sunt nigri: ipsorum irides luteæ. Rostrum nigrum. Pe-

Pedes fusci; ungues vero ex albo nonnihil lutescentes. Habitat in *Mexico*.

12. TUCANA COERULEA.

Tucana in toto corpore cœruleo & cinereo varia...
LE TOUCAN BLEU.

Pica Bressilica secunda. *Aldrov.* Pica Xochitenacatl dicta. *Jonst.* Altera Xochitenacatl. *Euf. Nieremb. Fern.*

Magnitudine & crassitie cum præcedente convenit. Oculi sunt nigri; ipsorum irides ex luteo rubescentes. Mandibula superior lutea; inferior vero subnigra, & in purpureum colorem vergens. Habitat in *Mexico*, ibique maris littora frequentat, & *Piscibus* victitat.

O R D O X I V.

AVES digitis quatuor, membranis destitutis, tribus scilicet anticis, uno postico; medio trium anteriorum cum extimo digito trium articularum spatio, cum intimo primi tantum articuli intervallo arte coherente: & cruribus ad calcaneum usque plumosis præditæ.

Hujus Ordinis Avium aliæ rostro donantur brevi, & versus apicem lateraliter compresso: aliæ rostro conico, ferræ instar denticulato; utriusque mandibulæ apice deorsum incurvo: aliæ rostro recto, longiusculo: aliæ rostro arcuato, acuto: aliæ tandem rostro crasso, falciformi. In quinque sectiones dividuntur: in prima continentur illæ quæ rostrum habent breve, & versus apicem lateraliter compressum, ut *Rupicola*, *Manacus*: in secunda illæ quæ rostro donantur conico, ferræ instar denticula-

to: utriusque mandibulæ apice deorsum incurvo, ut *Momotus*: in tertia eæ quæ rostrum habent rectum, longiusculum, ut *Ispida*, *Todus*: in quarta illæ quæ rostro arcuato & acuto præditæ sunt, ut *Apia-ter*: in quinta tandem eæ quæ rostrum habent cras- sum & falciforme, ut *Hydrocorax*.

S E C T I O I.

Eæ quæ rostrum habent breve, & versus apicem later- aliter compressum.

In hac sectione duo continentur Avium genera. Aliæ capite donantur ornato corolla longitudinali plumosa, semicirculari, ut *Rupicola*: aliæ vero ca- pite simplici, ut *Manacus*.

Omnes hujus sectionis Alites caudam habent bre- vissimam.

LV. Genus *Rupicolæ* (1).

Hujus character est

Digiti quatuor, membranis destituti; tres scilicet antici, posticus unus; medius trium anteriorum cum extimo digito trium articularum spatio, cum intimo primi tantum articuli intervallo arte co- hærens:

Crura ad calcaneum usque plumosa:

Rostrum breve, versus apicem lateraliter compres- sum:

Caput corolla longitudinali plumosa, semicirculari ornatum.

† ** I. RUPICOLA.

Rupicola aurantia; corolla tæniâ purpurea præincta; remigibus fuscis, albo & aurantio variis; rectrici- bus decem intermediis in prima medietate aurantiis, exterius intensius, interius pallidius, in altera me-

(1) Nomen a me illi inditum ob habitationem in rupibus.

medietate fuscis, in apice dilute aurantio marginatis, utrinque extrema fusca, in apice dilute aurantio fimbriata, interius prima medietate pallide aurantia... LE COQ-DE-ROCHE.

Gallus ferus, saxatilis, croceus, cristam e plumis constructam gerens. *Barr.* Unupa crocea. *Linn* Widdehop. *Edwards*, avec une figure exacte de la tête & du col. *Anglice*, HOOPOE HEN.

Cum *Columba Romana* crassitie convenit. Ipsi longitudo 11 pollices æquat. Rostrum 16 lineas longum est; cauda 3½ pollices; trium digitorum anticorum medius 15 lineas; anticorum extremus 14 lineas, intimus unum pollicem; posticus autem eandem obtinet longitudinem ac anticorum intimus. Extremitatum alarum distantia est 2½ pedum; alæ complicatæ tres quartas caudæ partes attingunt. Superiores caudæ tectrices maximam obtinent longitudinem & in extremitate quasi quadratim abscissæ videntur: istarum tectricum extremitatis pennulæ, tam exteriores quam interiores, longæ sunt & ad latera reflexæ. Caput ornat corolla longitudinalis plumis conflata aurantiis, octodecim circiter lineas longis, simul referentibus semicirculum, quem versus ipsius margines cingit stricta tania eleganter purpurea, & cujus deinde margines sunt dilute aurantiæ. Tectrices alarum superiores, etiam, ut & remiges quædam pennulas habentes longissimas & ad latera reflexas, & tandem rectrices omnes, in apice quasi quadratim abscissæ apparent. Rostrum, pedes, unguesque lutei. Habitat in *Surinamo* & *Guiana* tota.

LVI. Genus *Manaci* (1).

Hujus character est

Digiti quatuor, membranis destituti; tres scilicet an-

(1) *Manacus* nomen latinum ex nomine Belgico *Manakin*, quibusdam hujus generis avibus indito, a me conflatum.

antici, posticus unus; medius trium anteriorum cum extimo digito trium articularum spatio, cum intimo primi tantum articuli intervallo arcte cohaerens:

Crura ad calcaneum usque plumosa:

Rostrum breve, versus apicem lateraliter compressum:

Caput simplex.

** I. MANACUS.

Manacus superne nigricans, inferne albus; capite superiore nigro; collo superiore torque albo cincto; retractoribus alarum superioribus minoribus candidis; remigibus & retractoribus superne nigricantibus, subtus saturate cinereis. . . . LE MANAKIN.

Avis anonyma secunda. *Marcgr. Jonst.* Manaquin chaperonné de noir. *Edwards, avec une figure exacte, Anglice,* BLACK-CAPPED MANAKIN.

Crassitie *Ficedulam* circiter æmulatur. Ipsi longitudo $4\frac{1}{2}$ pollices æquat. Rostrum 6 lineas longum est; cauda 14 lineas; trium digitorum anticorum medius 6 lineas: laterales paulo sunt breviores; posticus autem anticorum mediam longitudine fere adæquat. Extremitatum alarum distantia est $8\frac{1}{2}$ pollicum; alæ complicatæ ad caudam fere extremam pertingunt. Rostrum nigrum. Pedes flavo-aurantii; ungues vero nigricantes. Habitat in *Brazilia & Cayena*.

† ** 2. MANACUS GUTTURE ALBO.

Manacus nigro-chalybeus; gutture & collo inferiore candidis; remigibus decem primoribus interius plus minus albis; retractoribus nigris, exterius nigro-chalybeo marginatis. . . . LE MANAKIN
A GORGE BLANCHE.

Præcedenti multum crassitie cedit. Ipsi longitudo

rudo $3\frac{1}{2}$ pollices. Rostrum $4\frac{1}{2}$ lineas longum est; cauda 14 lineas; trium digitorum anticorum medius 5 lineas: laterales paulo sunt breviores; posticus autem cum anticorum intimo longitudine convenit. Extremitates alarum $6\frac{1}{2}$ pollicum intervallo distant; alæ complicatæ caudam extremam, excepta tamen $2\frac{1}{2}$ linearum distantia, pertingunt. Mandibula superior nigricans, inferior alba. Pedes, unguesque rubri.

† ** 3. MANACUS ALBO-CAPILLUS.

Manacus nigro-chalybeus; capite superiore candido; remigibus & rectricibus lateralibus fuscis, exterius nigro-chalybeo marginatis. . . LE MANAKIN A TESTE BLANCHE.

Pipra. Linn. Passer toto corpore niger; vitta alba. Klein. Avicula de Cacatotoil, toto corpore nigra, cum vitta alba. Seb. *bujus icon satis accurata.* Avicula anonyma. Marcgr. *Fonst.* Manakin chaperonné de blanc. Edwards, *avec une figure passable, mais pas assez bien coloriée.* Anglice, WHITE-CAPPED MANAKIN.

Cum præcedente crassitie circiter convenit. Ipsi-
us longitudo $3\frac{1}{2}$ pollices æquat. Rostrum $4\frac{1}{2}$ lineas longum est; cauda 10 lineas; trium digitorum anticorum medius 5 lineas: laterales multo sunt breviores; & posticus anticorum intimi longitudinem æmulatur. Extremitatum alarum distantia est $7\frac{1}{2}$ pollicum; alæ complicatæ ad duas usque lineas ultra caudæ extremitatem protenduntur. Rostrum griseofuscum. Pedes, unguesque rubescentes. Habitat in *Brasilia & Surinamo.*

† ** 4. MANACUS AURO-CAPILLUS.

Manacus nigro-chalybeus; capite aureo, coccineo mixto; cruribus albis, exterius in infima parte coccineis; remigibus & rectricibus lateralibus nigricantibus, exterius nigro-chalybeo marginatis. . . LE MANAKIN A TESTE D'OR.

Parus erythrocephalus. Linn. *Linaria Mexicana*. *Parus auro-capillus*. Klein. *Avicula nigra*, capite e luteo croceo. *Petiv. bujus icon satis accurata (exceptis pedibus)*. *Avicula Mexicana de Chichiltototl. Seb. bujus icon satis accurata (exceptis pedibus)*. Mésange noire à la tête dorée. *Edwards, avec une assez bonne figure.*

Crassitie præcedentes binos circiter adæquat. Ipsius longitudo $3\frac{1}{2}$ pollices explet. Rostrum 5 lineas longum est; cauda 9 lineas; trium digitorum anticorum medius 5 lineas: laterales paulo sunt breviores; posticus autem cum anticorum intimo longitudine convenit. Extremitates alarum $6\frac{1}{2}$ pollicum intervallo distant; alæ complicatæ caudam fere extremam attingunt. Rostrum candicans. Pedes, unguesque lutei. Habitat in *Cayena*.

5. MANACUS RUBRO-CAPILLUS.

Manacus nigro-chalybeus; capite coccineo; cruribus albis, exterius in infima parte cocciceis; remigibus & rectricibus lateralibus nigricantibus; exterius nigro-chalybeo marginatis. . . . LE MANAKIN A TESTE ROUGE.

Linaria Mexicana. Klein. Avicula Mexicana de Chichiltototl, altera. Seb. bujus icon satis accurata (exceptis pedibus). Tangara. Joan. de Laët. Tangara secunda species Brasiliensibus. Marcgr. Jonst. Raj. Willugb.

Manacum auro-capillum crassitie circiter æmulatur. Ipsius longitudo $3\frac{1}{2}$ pollices circiter æquat. Rostrum 5 lineas longum est; cauda 9 lineas; trium digitorum anticorum medius 5 lineas: laterales paulo sunt breviores; posticus autem anticorum intimum adæquat. Alæ complicatæ ad caudam ferme extremam pertingunt. Oculi sunt nigri. Rostrum obscure luteum. Pedes, unguesque cinerei. Habitat in *Brasilia & Mexico*.

† ** 6. MANACUS RUBER.

Manacus nigro-chalybeus; capite, gutture, collo &

& pectore sive coccineis sive aurantiis; medio ventre rubro mixto; cruribus griseis; marginibus alarum luteis; remigibus, interius macula candida notatis, & rectricibus lateralibus nigricantibus, exterius nigro-chalybeo marginatis LE MANAKIN ROUGE.

Aureola. Linn. Avicula forte Surinamensis e nigro rubroque mixta. *Petiv. bujus icon satis accurata (exceptis pedibus).* Manakin rouge & noir. *Edwards, avec une figure exacte.* Anglice, RED AND BLACK MANAKIN.

Crassitie *Ficedulam* circiter adæquat. Ipsius longitudo $3\frac{1}{4}$ pollices explet. Rostrum 6 lineas longum est; cauda unum pollicem; trium digitorum anticorum medius $5\frac{1}{2}$ lineas: laterales multo sunt breviores; & posticus cum anticorum intimo longitudine convenit. Extremitatum alarum distantia est $7\frac{1}{2}$ pollicum; alæ complicatæ caudam fere extremam attingunt. In individuis quorum caput & guttur coccineo tinguntur colore, basim rostri ambiunt plumulæ aurantiæ. Rostrum nigrum. Pedes, unguesque rubri. Habitat in *Cayena*.

7. MANACUS AURANTIUS.

Manacus niger; capite, gutture, collo, pectore, ventre & marginibus alarum aurantiis; remigibus, interius macula candida notatis, & rectricibus nigris. . . . LE MANAKIN ORANGE.

Manakin noir & jaune. *Edwards, avec une figure exacte.*

Cum præcedente crassitie convenit. Ipsius longitudo $3\frac{1}{4}$ pollices circiter æquat. Rostrum 6 lineas longum est; cauda unum pollicem; trium digitorum anticorum medius $5\frac{1}{2}$ lineas; laterales multo sunt breviores; posticus autem anticorum intimum longitudine æmulatur. Alæ complicatæ fere ad caudæ extremitatem usque protenduntur. Rostrum candidum. Pedes, unguesque obscure fusci. Habitat in *America meridionalis* calidis regionibus.

8. MANACUS TORQUATUS.

Manacus niger; capite coccineo; collo torque aureo cincto; alis saturate cœruleis, rectricibus nigris....

LE MANAKIN A COLLIER.

Avis germinis Maizy de Miacatototl, Brasiliensis. Seb. bujus icon non satis accurata.

Manacum auro-capillum crassitie circiter æmuletur. Ipsius longitudo $3\frac{5}{8}$ pollices circiter æquat. Rostrum $4\frac{1}{2}$ lineas longum est; cauda 10 lineas; trium digitorum anticorum medius $4\frac{1}{2}$ lineas: laterales multo sunt breviores; & posticus cum anticorum intimo longitudine convenit. Alæ complicatæ caudam fere extremam attingunt. Rostrum, pedes, unguesque dilute lutei. Habitat in *Brasilia*.

† ** 9. MANACUS ALBA FRONTE.

Manacus splendide niger; syncipite primum albo-argenteo, dein cœruleo-beryllino; uropygio splendide cyaneo; ventre aurantio; tectricibus caudæ inferioribus viridi-olivaceis; cruribus nigris; remigibus & rectricibus splendide nigris....

LE MANAKIN A FRONT BLANC.

Cum *Manaco albo-capillo* crassitie circiter convenit. Ipsius longitudo $3\frac{1}{2}$ pollices explet. Rostrum 6 lineas longum est; cauda unum pollicem; trium digitorum anticorum medius 6 lineas: laterales paulo sunt breviores; posticus autem lateralium longitudinem paululum excedit. Extremitates alarum $6\frac{1}{2}$ pollicum intervallo distant; alæ complicatæ ad tres quartas longitudinis caudæ partes usque, & etiam ultra, protenduntur. Rostrum, pedes, unguesque nigri. Habitat in *Cayena*.

† ** 10. MANACUS CRISTATUS NIGER.

Manacus cristatus, splendide niger; crista clypeiformi, coccinea; dorso supremo & tectricibus alarum superioribus minimis dilute cœruleis; remigibus majoribus nigricantibus, minoribus &

rectricibus splendide nigris. . . . LE MANAKIN-NOIR HUPÉ.

Tije-guacu Brasiliensibus. *Marcgr. Jonst. Willughb.* Manakin à dos bleu. *Edwards, avec une figure exacte. Anglice, BLUE-BACKED MANAKIN.*

Crassitie *Manacum rubrum* nonnihil antecellit. Ipsi-
us longitudo $4\frac{1}{2}$ pollices æquat. Rostrum $6\frac{1}{2}$ lineas
longum est; cauda 15 lineas; trium digitorum
anticorum medius $6\frac{1}{2}$ lineas: laterales multo sunt
breviores; posticus autem cum anticorum intimo
longitudine convenit. Extremitatum alarum dis-
tantia est $8\frac{1}{2}$ pollicum; alæ complicatæ caudam fere
extremam attingunt. Oculorum irides cœruleo Sap-
phirino imbutæ. Rostrum nigrum. Pedes, ungues-
que rubri. Habitat in *Brasilia & Cayena.*

II. MANACUS CRISTATUS RUFUS.

Manacus cristatus, rufo-luteus; crista lutea; gut-
ture fusco; rectricibus alarum superioribus dilute
flavis; remigibus, rectricibusque cœruleis. . . .
LE MANAKIN ROUX HUPÉ.

Falcinellus Rubetra. *Klein.* Avis Americana, cristata,
Rubetra dicta. *Seb. hujus icon non satis accurata.*

Præcedenti paululum crassitie cedit. Ipsi-
us longitudo $4\frac{1}{4}$ pollices explet. Rostrum $6\frac{1}{2}$ lineas lon-
gum est; cauda 15 lineas. Alæ complicatæ ad duas
circiter tertias caudæ partes usque protenduntur.
Rostrum flavo imbutum. Habitat in *America.*

12. MANACUS CRISTATUS RUBER.

Manacus cristatus, purpureus; crista lutea; rectri-
cibus rubris. . . . LE MANAKIN ROUGE HUPÉ.

Passer cristatus, rostro rubro. *Klein.* Avis Piciciti
Brasiliensis, minima, cristata. *Seb. hujus icon non satis
accurata.*

Manaco torquato nonnihil crassitie cedit. Ipsi-
us
lori-

longitudo $3\frac{1}{2}$ pollices æquat. Rostrum $4\frac{1}{2}$ lineas longum est; cauda 15 lineas. Alæ complicatæ nonnihil ultra mediam caudam extenduntur. Rostrum rubrum. Habitat in *Brasilia*.

13. MANACUS CRISTATUS GRISEUS.

Manacus cristatus, superne griseus, inferne dilute flavus; sincipite luteo; rectricibus alarum superioribus minoribus dilute flavis. majoribus rubris; remigibus cinereo—griseis; rectricibus griseis....
LE MANAKIN GRIS HUPE.

Passer in occipite cristatus, crista plumacea dependente. *Klein.* Coquantototl, Avicula cristata, forma Passeris. *Seb. bujus icon accurata.*

Crassitie *Manacum auro—capillum* circiter æmuletur. Ipsi longitudo $3\frac{1}{2}$ pollices æquat. Rostrum 4 lineas longum est; cauda 9 lineas; trium digitorum anticorum medius 5 lineas: laterales paulo sunt breviores, & posticus anticorum intimum longitudine adæquat. Rostrum luteum. Habitat in *America*.

S E C T I O II.

Eæ quæ rostro donantur conico, ferræ instar denticulato; utriusque mandibulæ apice deorsum incurvo.

Unico genere, *Momoti* scilicet, constituitur hæc sectio.

LVII. Genus *Momoti* (1).

Hujus character est
Digiti quatuor, membranis destituti; tres scilicet antici, posticus unus; medius trium anteriorum cum extremo digito trium articularum spatio, cum in-

(1) *Momotus*, nomen latinum ex nomine Mexicano *Momot* a me conflatum.

intimo primi tantum articuli intervallo arcte co-
hærens:

Crura ad calcaneum usque plumosa:

Rostrum conicum, ferræ instar denticulatum:

Apex utriusque mandibulæ deorsum incurvus.

† ** I. M O M O T U S.

Momotus viridis, superne splendidius, inferne ob-
scurior; syncipite cœruleo—beryllino; occipitio
cœruleo—violaceo; vertice & macula per oculos
splendide nigris; fasciculo pennarum nigro, ad
latera cœruleo, in medio pectore; remigibus sub-
tus saturate cinereis, superne cœruleo—viridibus,
& inferius pro parte saturate cinereis; rectricibus
subtus nigricantibus, superne tribus utrinque ex-
timis viridibus, sex intermediis primum viridi-
bus, dein cœruleo—violaceis, quatuor intermediis
nigricante terminatis. . . . LE MOMOT.

Momot. *Euf. Nieremb. Willugh. Raj. Motmot. Fern.*
Ispidæ, seu Meropi affinis, Guira-Guainumbi Brasiliensibus
Tupinambis Marcgravio. *Willugh. Raj. Guira-*
Guainumbi Brasiliensibus Tupinambis. Marcgr. Pison.
Jonst. Merula. Moebr.

Crassitie *Picam* circiter æmulatur. Ipsi longitudo
 $1\frac{7}{8}$ pedem & 3 lineas explet. Rostrum $1\frac{3}{4}$ pollicem
longum est; cauda $10\frac{1}{2}$ pollices; digitorum anticorum
medius $11\frac{1}{2}$ lineas, extimus $9\frac{1}{2}$ lineas, intimus 7 lineas,
posticus autem 6 lineas. Extremitates alarum $1\frac{7}{8}$ pe-
dis & 3 linearum intervallo distant; alæ complicatæ ad
2 tantum pollicem distantiam ultra caudæ exortum
protenduntur. Oculorum pupilla est nigra; ipforum
irides lateæ. Rostrum nigrum. Pedes, unguesque
fusci. Habitat in *Mexico, Brasilia & Cayena.*

2. M O M O T U S V A R I U S.

Momotus viridi, cyaneo, fulvo & cinereo variega-
tus; rectricibus subtus nigricantibus, superne
tribus utrinque extimis viridibus, sex intermediis
pri-

primum viridibus, dein cœruleo—violaceis, quatuor intermediis nigricante terminatis. . . . LE
MOMOT VARIÉ.

Avis caudata. *Euf. Nieremb.* Yayauhquitototl, seu
Avis caudata. *Willugh.* Yayauhquitototl. *Fern. Raj.*
Jajauquitototl. *Fonst.*

Crassitie *Sturnum* æmulatur; sed cauda multo longiori donatur. Habitat in *Mexico*.

S E C T I O III.

Eæ quæ rostrum habent rectum, longiusculum.

Duo Avium genera sectionem istam constituunt. Aliæ rostro donantur crasso, acuto, ut *Ispida*: aliæ rostrum habent horizontaliter planum & obtusum, ut *Todus*.

LVIII. Genus *Ispidæ*.

Hujus character est

Digiti quatuor, membranis destituti; tres scilicet antici, posticus unus; medius trium anteriorum cum extimo digito trium articulorum spatio, cum intimo primi tantum articuli intervallo arcte coherens:

Crura ad calcaneum usque plumosa:

Rostrum rectum, longiusculum, crassum, acutum.

** I. I S P I D A.

Ispida superne saturate viridis, inferne rufa; medio dorso & uropygio cœruleo—beryllinis; capite & collo superiore maculis transversis cœruleis insignitis; duplici utrinque macula in capite, ante & pone oculum, rufa, & tertia alba; tectricibus alarum superioribus majoribus saturate cœruleis, cœruleo splendidiore punctulatis; remigibus subtus, & superne interius fuscis; reetricibus superne saturate

faturate cœruleis, subtus fuscis. . . LE MARTIN-
PESCHEUR.

Ispida. *Gesn.* Aldrov. *Fonst.* Willughb. Raj. Sibbald. Moebr.
Linn. Ispida nostras. Klein. Ispida, Alcyon flu-
viatilis, vulgo Piscator Regis. *Charlet.* Ispida, seu
Alcyon fluviatilis; Alcyon riparia; Alcedo; Plombina;
Avis. S. Mariæ, vulgo Regis Piscator; Martinus Pis-
cator. *Rzac.* Alcedo muta, dorso cœsio, pectore
fulvo. *Barr.* Alcedo fluviatilis. *Schwenck.* Hal-
cedo muta, sive major, *Bellonii.* Alcyon. *Gesn.*
Aldrov. Alcyon, Alcedo. *Charlet.* Halcyon &
Alcedo. *Fonst.* Halcion. s. Ispida. *Frisch.* *bujus icon*
accurata. Picus Marinus. *Gesn.* Uccello pesca-
tore. *Olina,* *bujus icon satis accurata, exceptis pedibus.*
Martin-pêcheur. *Alb.* Pêcheur, Martinet pêcheur,
Tartarin, Artre, Monnier. *Bel.* Germanice, Yss-
VOGEL. Belgice, YsVOGEL. Anglice, KING-FISHER.

Cum *Alauda* crassitie circiter convenit. Ipsi-
us longitudo $6\frac{1}{2}$ pollices æquat. Rostrum $1\frac{1}{2}$ pollicem
longum est; cauda 15 lineas; digitorum antico-
rum medius $7\frac{1}{2}$ lineas: extimus paulo brevior est;
intimus 4 tantum lineas longus; & posticus intimo
longitudine cedit. Extremitatum alarum distantia
est $10\frac{1}{2}$ pollicum; alæ complicatæ mediam caudam
non attingunt. Rostrum nigrum, attamen circa
oris angulos candicans: os intus croceo colore im-
butum. Pedes rubri; ungues vero nigri. Circa
flumina & rivulos versatur.

2. ISPIDA BENGALENSIS.

Ispida superne cœruleo-viridis, inferne rufa; ca-
pite saturate cœruleo transversim striato; tænia
utrinque per oculos rufa; gutture candido; tec-
tricibus alarum superioribus cœruleo-viridibus,
cœruleo splendidiore punctulatis; remigibus &
rectricibus subtus fuscis, superne cœruleo-viridi-
bus, lateralibus interius fuscis. . . LE MARTIN-
PESCHEUR DE BENGALÉ.

Ispida Bengalensis. *Klein.* Petit Martin-pescheur des
Tom. II. M In.

Indes. Edwards, avec une figure exacte (excepté les pieds). Anglice, LITTLE INDIAN KING-FISHER.

Crassitie *Ficedulam* non antecellit. Ipfius longitudo $4\frac{1}{2}$ pollices circiter explet. Rostrum 16 lineas longum est; cauda 10 lineas; digitorum anticorum medius $5\frac{1}{2}$ lineas, extimus 5 lineas, intimus 3 lineas: posticus autem omnium brevissimus. Alæ complicatæ ad tres quartas caudæ partes protenduntur. Rostrum nigrum, attamen ad basim mandibulæ inferioris incarnato colore imbutum: nigredo autem, versus rostri apicem procedendo, fit saturatio. Pedes sordide rubri; unguis vero nigri. Habitat in *Bengalensi* Regno.

3. ISPIDA BENGALENSIS MINOR.

Ispida superne cœrulea, cœruleo splendidiore punctulata, inferne rufa; macula utrinque duplici, alia prope basim rostri, altera pone aures rufa; remigibus, reatricibusque obscure fuscis. . . . LE PETIT MARTIN—PESCHEUR DE BENGALÉ.

Ispida Bengalensis. Klein. Petit Martin-pescheur des Indes. Edwards, avec une figure exacte (excepté les pieds). Anglice, LITTLE INDIAN KING-FISHER.

Præcedenti nonnihil crassitie cedit. Ipfius longitudo $4\frac{1}{2}$ pollices circiter æquat. Rostrum 15 lineas longum est; cauda 9 lineas; digitorum anticorum medius 5 lineas, extimus $4\frac{1}{2}$ lineas, intimus $2\frac{1}{2}$ lineas: posticus autem reliquis omnibus longitudine cedit. Alæ complicatæ ad tres quartas caudæ partes protenduntur. Rostrum luteo—aurantium. Pedes, unguisque sordide aurantii. Habitat in *Bengalensi* Regno.

† 4. ISPIDA INDICA.

Ispida superne splendide viridis, inferne rufa; capite superiore, gutture & tænia per oculos splendide cœruleis; utrinque tænia supra oculos candida,

dida, macula infra oculos rufescente; remigibus & rectricibus subtus nigricantibus, illis superne exterius splendide cœruleis, interius nigricantibus; his vero superne splendide viridibus, lateralibus interius nigricantibus. . . . LE MARTIN-PESCHEUR DES INDES.

Speciem istam nondum mihi videre contigit. Ipsi descriptionem ac delineationem desumpsi ex icone, in *Indiis* depicta.

Ispidam Bengalensem crassitie circiter æquat. Ipsi longitudo $4\frac{1}{2}$ pollices circiter explet. Rostrum 16 lineas longum est; cauda 10 lineas; digitorum anticorum medius $5\frac{1}{2}$ lineas, extimus 5 lineas, intimus 3 lineas: posticus omnium brevissimus. Alæ complicatæ ad mediam circiter caudam pertingunt. Rostrum, pedes, unguesque rubri. Habitat in *India Orientali*.

† 5. ISPIDA INDICA TORQUATA.

Ispida superne splendide cœrulea, inferne rufa; uropygio & rectricibus alarum superioribus splendide viridibus; utrinque tænia supra oculos candida, macula infra oculos rufescente; collo superiore torque albo cincto; rectricibus subtus nigricantibus, superne splendide cœruleis, lateralibus & remigibus interius nigricantibus. . . . LE MARTIN-PESCHEUR A COLLIER DES INDES.

Speciem istam nondum vidi: ipsius descriptionem desumpsi ex icone in *India* depicta.

Ispidam nostratam crassitie multum superat. Ipsi longitudo $6\frac{1}{2}$ pollices circiter explet. Rostrum, quod in exortu 5 lineas crassum, $1\frac{1}{2}$ pollicem longum est; cauda unum pollicem; digitorum anticorum medius 9 lineas, extimus 8 lineas, intimus $5\frac{1}{2}$ lineas: posticus autem reliquis omnibus longitudine cedit. Alæ complicatæ mediam circiter caudam attingunt. Rostrum in exortu griseum, versus extre-

tremittatem nigricans. Pedes grisei; unguet vero nigricantes. Habitat in *India Orientali*.

† ** 6. ISPIDA PHILIPPENSIS CRISTATA.

Ispida cristata, superne splendide cœrulea, inferne dilute rufa; capite & collo superioribus viridescentibus, nigro transversim striatis; tæniâ utrinque pone oculos cœruleo-violacea; genis rufis; tectricibus alarum superioribus fusco-violaceis, cœruleo punctulatis; remigibus majoribus fuscis, minoribus superne exterius violaceis; rectricibus subtus fuscis, superne violaceis, lateralibus interioribus fuscis. . . . LE MARTIN-PESCHEUR HUPE DES PHILIPPINES.

Ispida rostro luteo. *Klein*. Alcedo Amboinensis, cristata. *Seb. bujus icon non satis accurata*.

Crassitie *Ficedulam* non multum antecellit. Ipsius longitudo $4\frac{1}{2}$ pollices æquat. Rostrum unum pollicem & $5\frac{1}{2}$ lineas longum est; cauda unum pollicem; digitorum anticorum medius 6 lineas, extimus $5\frac{1}{2}$ lineas, intimus 4 lineas: posticus omnium brevissimus. Extremitates alarum $7\frac{1}{2}$ pollicum intervallo distant; alæ complicatæ ad tres quartas caudæ partes extenduntur. Rostrum nigrum. Pedes, unguetque rubescentes. Habitat in *Amboinensi & Philippensibus Insulis*.

† ** 7. ISPIDA SENEGALENSIS.

Ispida superne cœruleo-beryllina, fusco in dorso admixto, inferne fulva; capite & collo superiore obscure viridibus, viridi splendidiore punctulatis; duplici utrinque macula in capite fulva; tectricibus alarum superioribus obscure viridibus, viridiberyllino punctulatis; remigibus majoribus fuscis, oris exterioribus obscure viridibus, interioribus fulvis; rectricibus subtus fuscis, superne viridicœruleis, lateralibus interioribus fuscis. . . . LE MARTIN-PESCHEUR DU SÉNÉGAL.

Cum *Ispida nostrate* crassitie circiter convenit. Ipsi longitudo $6\frac{1}{2}$ pollices æquat. Rostrum $1\frac{2}{3}$ pollicem longum est; cauda 14 lineas; digitorum anticorum medius 7 lineas, extimus $6\frac{1}{2}$ lineas, intimus $3\frac{1}{2}$ lineas; posticus anticorum intimum longitudine æmulatur. Extremitatum alarum distantia est $8\frac{1}{2}$ pollicum; alæ complicatæ mediam caudam attingunt. Rostrum fuscum. Pedes, unguesque rubescentes. Habitat in *Senegalensi* regione.

† ** 8. ISPIDA CAPITIS BONÆ SPEI.

Ispida superne obscure cœruleo-viridescens, ad cinereum inclinans, inferne fulva; capite superiore cinereo, ad fulvum vergente; collo fulvo; dorso infimo & uropygio dilute cœruleo-beryllinis; remigibus subtus cinereis, superne exterius cœruleo-viridescentibus, interius cinereo & fulvo variis; rectricibus subtus cinereis, superne cœruleo-viridescentibus, lateralibus interius cinereo marginatis. . . . LE MARTIN-PESCHEUR DU CAP DE BONNE ESPÉRANCE.

Merulam crassitie paululum antecellit. Ipsi longitudo $14\frac{1}{2}$ pollices æquat. Rostrum, quod in exorte $11\frac{1}{2}$ lineas crassum, $3\frac{2}{3}$ pollices longum est; cauda $3\frac{2}{3}$ pollices; digitorum anticorum medius $16\frac{1}{2}$ lineas, extimus 15 lineas, intimus 11 lineas; posticus autem $8\frac{1}{2}$ lineas. Extremitates alarum $1\frac{1}{2}$ pedis intervallo distant; alæ complicatæ ad tertiam caudæ partem extenduntur. Rostrum rubrum, excepto apice nigricante. Pedes, unguesque rubri. Habitat in *Capite Bonæ Spei*.

9. ISPIDA AMERICANA VIRIDIS.

Ispida superne viridis, inferne alba; tænia utrinque supra oculos, gutture, collo inferiore & lateribus aurantiis; fascia in pectore transversa viridi; remigibus nigricantibus, maculis flavo-rufescentibus in utroque latere variis; rectricibus subtus

fuscis; superne viridibus, lateralibus interius albo maculatis. . . . LE MARTIN—PESCHEUR VERT D'AMÉRIQUE.

Petit Martin-pêcheur vert & orange. *Edwards, avec une figure passable. Anglice, LITTLE GREEN AND ORANGE-COLOURED KING-FISHER.*

Ispidæ nostrati crassitie cedit. Ipsi^{us} longitudo 5 circiter pollices æquat. Rostrum 16 lineas longum est; cauda $1\frac{1}{2}$ pollicem; digitorum anticorum medius $5\frac{1}{2}$ lineas: extimus paulo minor; intimus 3 tantum lineas longus; & posticus adhuc intimo brevior. Alæ complicatæ mediam caudam non attingunt. Rostrum nigricans, attamen in basi mandibulæ inferioris rubescens. Pedes carneo colore imbuti; ungues vero nigricantes. Habitat in *America*.

** 10. ISPIDA CAYENENSIS.

Ispida superne cœrulea, inferne alba; tænia transversa infra occipitium nigricante; collo candido; uropygio cœruleo-beryllino; remigibus subtus nigris, majoribus superne exterius cœruleis, interius nigris; rectricibus subtus nigris, superne cœruleis, lateralibus interius nigris. . . . LE MARTIN-PESCHEUR DE CAYENNE.

Ad *Sturni* crassitiem accedit. Ipsi^{us} longitudo $9\frac{1}{2}$ pollices explet. Rostrum, quod in exortu 5 lineas crassum, 2 pollices longum est; cauda $3\frac{1}{2}$ pollices; digitorum anticorum medius $10\frac{1}{2}$ lineas, extimus 9 lineas, intimus 8 lineas: posticus autem cum anticorum intimo longitudine convenit. Extremitates alarum $12\frac{1}{2}$ pollicum intervallo distant; alæ complicatæ mediam caudam non attingunt. Mandibula superior nigra: inferior rubra. Pedes simili rubro tincti; ungues vero nigri. Habitat in *Cayena*.

† ** 11. ISPIDA SENEGALENSIS MAJOR.

Ispida superne cœruleo-beryllina, inferne alba; ca-
pite,

pite, gutture & collo cinereo-albis; tænia utrinque rostrum inter & oculum, & rectricibus alarum superioribus nigris; remigibus interius in exortu candidis; rectricibus subtus nigris, superne cœruleo-beryllinis, lateralibus interius nigris. . . .
LE GRAND MARTIN-PESCHEUR DU SÉNÉGAL.

Præcedentem crassitie circiter adæquat. Ipsius longitudo 9 pollices explet. Rostrum, quod in exortu $5\frac{1}{2}$ lineas crassum, $2\frac{1}{2}$ pollices longum est; cauda 3 pollices; digitorum anticorum medius $10\frac{1}{2}$ lineas, extimus 9 lineas, intimus 8 lineas: posticus autem cum anticorum intimo longitudine convenit. Extremitatum alarum distantia est $12\frac{1}{2}$ pollicum; alæ complicatæ ad mediam circiter caudam protenduntur. Mandibula superior rubra: inferior nigra. Pedes, unguesque similiter nigri. Habitat in *Senegalsi* regione.

† ** 12. ISPIDA MADAGASCARIENSIS COERULEA.

Ispida superne cœruleo-beryllina, inferne castanea; capite & collo castaneis; gutture sordide albo-flavicante; rectricibus alarum superioribus corpori finitimis nigro-violaceis; remigibus subtus nigris, decem primoribus superne interius in exortu candidis; rectricibus subtus nigris, superne cœruleo-beryllinis, lateralibus interius nigricante marginatis. LE MARTIN-PESCHEUR BLEU DE MADAGASCAR.

Ispida. *Klein.* Grand Martin-pescheur de la Rivière de Gambia. *Edwards*, avec une figure pas assez bien coloriée.

Crassitie præcedentem multum antecellit. Ipsius longitudo 10 pollices æquat. Rostrum, quod in exortu 7 lineas crassum, $2\frac{1}{2}$ pollices longum est; cauda $2\frac{1}{2}$ pollices; digitorum anticorum medius unum pollicem, extimus $9\frac{1}{2}$ lineas, intimus $6\frac{1}{2}$ lineas: posticus autem adhuc est anticorum intimo paulo

brevior. Extremitatum alarum distantia est $16\frac{1}{2}$ pollicum; alæ complicatæ ad mediam caudam pertinent. Rostrum, pedesque rubri; ungues vero fusci. Habitat ad ripam fluminis *Gambiensis*, & in *Madagascaria*.

13. ISPIDA SMYRNENSIS.

Ispida superne obscure viridis, inferne castanea; capite & collo castaneis; gutture & tænia transversa in pectore candidis; remigibus inferne nigricantibus, superne vero exterius obscure viridibus, interius nigricantibus vel nigricante marginatis; rectricibus subtus nigricantibus, superne obscure viridibus, lateralibus interius nigricante marginatis. . . . LE MARTIN-PESCHEUR DE SMYRNE.

Alcedo Smirnenfis. Linn. Martin-pêcheur de Smyrne. Alb. avec une figure passable. Anglice, SMYRNA KING-FISHER.

Præcedenti paululum crassitie cedit. Ipsius longitudo $8\frac{1}{2}$ pollices circiter æquat. Rostrum quod in exortu 5 lineas crassum, $2\frac{1}{2}$ pollices longum est; cauda $1\frac{1}{2}$ pollicem; digitorum anticorum medius 10 lineas, extimus 9 lineas, intimus $7\frac{1}{2}$ lineas: posticus intimo brevior. Alæ complicatæ mediam circiter caudam attingunt. Oculorum irides candicantes. Rostrum, pedesque rubri sunt; ungues autem nigricant. Habitat circa *Smyrnam*.

14. ISPIDA BENGALENSIS MAJOR.

Ispida superne dilute viridi-cœrulescens, inferne alba; capite, collo superiore, imo ventre & rectricibus alarum superioribus majoribus corpori finitimis castaneis; ventre supremo utrinque ad latera quinque maculis fuscis vario; remigibus & rectricibus subtus nigricantibus, superne dilute viridi-cœrulescentibus, harum lateralibus, ut &

remigibus, interius nigricante marginatis. . . .
LE GRAND MARTIN—PESCHEUR DE BENGALE.

Grand Martin-pêcheur de Bengale. *Alb. avec une figure passable.*

Cum *Ispida Madagascariensi cœrulea* crassitie circiter convenit. Ipsi^{us} longitudo $10\frac{1}{2}$ pollices circiter æquat. Rostrum, quod in exortu 7 circiter lineas crassum, $2\frac{1}{2}$ pollices longum est; cauda $2\frac{1}{2}$ pollices; digitorum anticorum medius unum pollicem, extimus 10 lineas, intimus 7 lineas: posticus autem anticorum intimo longitudine cedit. Alæ complicatæ nonnihil ultra mediam caudam extenduntur. Oculorum irides eleganter luteæ. Rostrum coccineum. Pedes, unguesque aurantii. Habitat in *Bengalensi* Regno.

15. ISPIDA BENGALENSI TORQUATA.

Ispida superne obscure cœrulea, inferne lutea; capite superiore & uropygio sordide rubris; macula in syncipite lutea; tænia utrinque per oculos nigra, pone oculos obscure cœrulea; gutture & torque in collo superiore candidis; remigibus cinereo—griseis; rectricibus superne sordide rubris. . . . LE MARTIN—PESCHEUR A COLLIER DE BENGALE.

Alcedo erithaca. Linn. Petit Martin-pêcheur de Bengale. *Alb. avec une figure passable (excepté les pieds).* Anglice, BENGALL KING-FISHER.

Ispidam nostratam crassitie circiter æmulatur. Ipsi^{us} longitudo $6\frac{1}{2}$ pollices circiter æquat. Rostrum $1\frac{1}{2}$ pollicem longum est; cauda 15 lineas; digitorum anticorum medius 8 lineas; extimus 7 lineas, intimus $4\frac{1}{2}$ lineas: posticus anticorum intimum circiter adæquat. Alæ complicatæ ad duas circiter tertias caudæ partes protenduntur. Rostrum, pedes, unguesque coccinei. Habitat in *Bengalensi* Regno.

16. ISPIDA AMERICANA COERULEA.

Ispida superne cœruleo-violacea, inferne dilute lutea; capite & collo superiore spadiceo-purpureis; remigibus cinereo-griseis; rectricibus superne cœruleo-violaceis, subtus cinereis. . . LE MARTIN-PESCHEUR BLEU D'AMÉRIQUE.

Ispida rostro albo. *Klein.* Alcedo Americana, seu Apiastra. *Seb. hujus icon accurata.*

Præcedenti crassitie cedit. Ipsius longitudo $4\frac{1}{2}$ pollices æquat. Rostrum unum pollicem & $4\frac{1}{2}$ lineas longum est; cauda 10 lineas; digitorum anticorum medius 6 lineas, extimus $5\frac{1}{2}$ lineas, intimus 4 lineas: & posticus anticorum intimo paululum longitudine cedit. Alæ complicatæ caudam fere extremam attingunt. De colore pedum nulla apud *Sebam* facta est mentio. Habitat in *America*.

17. ISPIDA INDICA CRISTATA.

Ispida cristata, superne cœruleo-violacea, inferne saturate lutea; capite superiore nigro transversim striato; tectricibus alarum superioribus cœruleo-beryllinis; remigibus subtus nigris, superne cœruleis, sed majoribus interius nigris; rectricibus superne cœruleo-violaceis, subtus nigris. . . LE MARTIN-PESCHEUR HUPE DES INDES.

Ispida cristata. *Klein.* Alcedo cristata, Orientalis, elegantissime picta. *Seb. hujus icon non satis accurata.*

Cum præcedente crassitie circiter convenit. Ipsius longitudo $5\frac{1}{2}$ pollices circiter explet. Rostrum $15\frac{1}{2}$ lineas longum est; cauda 14 lineas; digitorum anticorum medius 7 lineas, extimus $6\frac{1}{2}$ lineas, intimus $3\frac{1}{2}$ lineas: posticus autem anticorum intimum longitudine æmulatur. Alæ complicatæ tres circiter quartas caudæ partes attingunt. Rostrum dilute rubrum. De colore pedum *Seba* nequaquam loquutus est. Habitat in *India Orientali*.

† ** 18. ISPIDA MADAGASCARIENSIS.

Ispida superne rufa, inferne albo-rufescens; gutture & collo inferiore candidis; remigibus nigricantibus, exterius rufo marginatis; rectricibus subtus nigricantibus, superne rufis, lateralibus interius nigricantibus.... LE MARTIN-PESCHEUR DE MADAGASCAR.

Ispidam Philipensem cristatam crassitie circiter æquat. Ipsi longitudo $5\frac{1}{2}$ pollices explet. Rostrum $16\frac{1}{2}$ lineas longum est; cauda unum pollicem; digitorum anticorum medius $7\frac{1}{2}$ lineas; extimus $6\frac{1}{2}$ lineas, intimus 5 lineas: & posticus anticorum intimo paululum longitudine cedit. Extremitatum alarum distantia est $7\frac{1}{2}$ pollicum; alæ complicatæ mediam circiter caudam pertingunt. Rostrum, pedes, unguesque rubri. Habitat in *Philippensibus Insulis & Madagascaria*.

19. ISPIDA BRASILIENSIS.

Ispida superne rufescens, spadiceo, fusco & albo mixta, inferne alba; tania utrinque per oculum fusca; remigibus, rectricibusque rufescentibus, maculis transversis albis notatis.... LE MARTIN-PESCHEUR DU BRÉSIL.

Avis anonyma prima. *Marcgr. Jonst.*

Magnitudine & crassitie cum *Ispida nostrate* circiter convenit. Oculi sunt nigri. Rostrum similiter nigrum. Pedes, unguesque fusci. Habitat in *Brazilia*.

20. ISPIDA BRASILIENSIS CRISTATA.

Ispida cristata, superne splendide ferruginea, inferne alba; macula utrinque prope oculum & torque in collo superiore candidis; remigibus, rectricibusque ferrugineis, maculis transversis albis notatis.... LE MARTIN-PESCHEUR HUPÉ DU BRÉSIL.

Alcedo Americana, cirrata, subviridis. *Barr.* Ispidæ affinis, Jaguacati guacu *Marcgravii. Raj. Willugh.* Jaguacati guacu Brasiliensibus, Papa piexe Lusitanis. *Marcgr. Jonst. Moebr.*

Turdulam crassitie circiter æquat. Rostrum habet 3 ferme pollices longum; caudam 2 pollices longam. Alæ complicatæ ad mediam circiter caudam extenduntur. Oculi nigri sunt coloris. Rostrum, pedes, unguesque similiter nigri. *Piscibus* victitat. Habitat in *Guiana & Brasilia.*

21. ISPIDA CAROLINENSIS CRISTATA.

Ispida cristata, superne cinereo-cœrulescens, inferne alba; macula utrinque duplici; una prope basim rostri, altera infra oculum candida; torque albo; colli inferioris parte infima cinereo-cœrulescente; tænia transversa in pectore castanea; remigibus majoribus nigris, interius maculis transversis albis notatis, & macula alba terminatis; reetricibus subtus nigris, superne cinereo-cœrulescentibus, macula alba terminatis.... LE MARTIN-PESCHEUR HUPE DE LA CAROLINE.

Ispida. Klein. Alcyon *Caterb.* avec une assez-bonne figure (excepté les pieds). *Anglice, KING-FISHER.*

Crassitie *Merulam* paululum antecellit. Ipsi longitudo 10½ pollices circiter æquat. Rostrum, quod in exortu 9 lineas crassum, 2½ pollices longum est; cauda 3 pollices; digitorum anticorum medius 11 lineas, extimus 10 lineas, intimus 7 lineas; posticus est anticorum intimo paulo brevior. Alæ complicatæ ad tres circiter quartas caudæ partes extenduntur. Rostrum nigrum. Pedes, unguesque fusci. *Lacertis*, sicut & *Piscibus*, victitat. Habitat in *Carolina.*

** 22. ISPIDA DOMINICENSIS CRISTATA.

Ispida cristata, superne cinereo-cœrulescens, inferne alba; macula utrinque duplici, alia rostrum inter

inter & oculum, altera pone oculum candida; torque albo; colli inferioris parte infima cinereo-cœrulescente, pennis in apice rufescente marginatis; remigibus majoribus nigricantibus, exterius maculis transversis albis notatis; rectricibus subtus nigricantibus, superne cinereo-cœrulescentibus, maculis transversis albis insignitis. . . .
LE MARTIN—PESCHEUR HUPÉ DE S. DOMINGUE.

Martin-pêcheur de l'Amérique. *Edwards, avec une figure exacte.* *Anglice, AMERICAN KING'S-FISHER.*

Cum præcedente crassitie circiter convenit. Ipsi-
us longitudo $11\frac{1}{2}$ pollices æquat. Rostrum, quod
in exortu $5\frac{1}{2}$ lineas crassum, $2\frac{7}{12}$ pollices longum est;
cauda $3\frac{1}{2}$ pollices; pes $5\frac{1}{2}$ lineas; digitorum anti-
corum medius unum pollicem, extimus 11 lineas,
intimus $7\frac{1}{2}$ lineas: & posticus anticorum intimo lon-
gitudine cedit. Extremitates alarum $1\frac{7}{12}$ pedis & 6
linearum intervallo distant; alæ complicatæ mediam
circiter caudam attingunt. Rostrum nigricans, at-
tamen in mandibulæ inferioris basi rubescens. Pe-
des rubri; ungues vero nigri. Habitat in *Domini-
censi Insula*. Habitat quoque in *Freto Hudsonis*, &
variis *Americæ* regionibus.

† ** 23. ISPIDA MEXICANA CRISTATA.

Ispida cristata, superne cinereo-cœrulescens, in-
ferne castanea, torque albo, versus dorsum in
acumen producto; gutture & macula utrinque
rostrum inter & oculum candidis; cruribus fulvis
candicante variegatis; remigibus minoribus &
rectricibus nigricantibus, maculis transversis albis
notatis, exterius cinereo-cœrulescente margina-
tis. . . . LE MARTIN—PESCHEUR HUPÉ DU MEXI-
QUE.

Avis torquata. *Euf. Nieremb.* Achalalaçtli, seu Piscium voratrix. *Fern.* Achalalaçtli, s. Avis Piscium vibratrix. *Fonst. Willughb. Raj.*

Crassi-

Crassitie *Picam* nonnihil antecellit. Ipsi-
tudo $15\frac{1}{2}$ pollices explet. Rostrum, quod in exortu
9 lineas crassum, $3\frac{1}{2}$ pollices longum est; cauda $4\frac{1}{2}$
pollices; digitorum anticorum medius 12 lineas,
extimus unum pollicem, intimus $9\frac{1}{2}$ lineas: posticus
 $5\frac{1}{2}$ tantum lineas longus. Extremitates alarum $2\frac{1}{2}$ pe-
dum & 6 linearum intervallo distant; alæ compli-
catae ad mediam circiter caudam pertingunt. Ocu-
lorum pupilla est nigra; ipsorum irides candicantes.
Rostrum fuscum, attamen in mandibulae inferioris
basi rubescens. Pedes rubri; unguis vero nigri.
Habitat in *Mexico* & *Martinica*.

† ** 24. ISPIDA EX ALBO ET NIGRO VARIA.

Ispida superne albo & nigro varia, inferne alba,
pectore & lateribus nigro maculatis; capite &
collo superiore nigris, lineolis longitudinalibus
albis variis; tænia utrinque supra oculos candida;
remigibus nigro & albo variis; rectricibus albis,
fascia transversa nigra versus apicem notatis,
utrinque extima binis maculis semicircularibus
nigris insignita. LE MARTIN—PESCHEUR
BLANC ET NOIR.

Alcedo rudis. *Linn.* Ispida ex atro & albo varia. *Sloane*.
Raj. Ispida ex albo & nigro varia. *Klein.* Martin-
pêcheur blanc & noir. *Edwards*, avec une figure pas
assez bien coloriée. *Anglice*, CRAB-CATCHER.

Cum *Ispida Madagascariensi cærulea* crassitie circi-
ter convenit. Ipsi-
tudo 10 $\frac{1}{2}$ pollices æquat.
Rostrum, quod in exortu 7 lineas crassum, $2\frac{1}{2}$ pol-
lices longum est; cauda $2\frac{1}{2}$ pollices; digitorum an-
ticorum medius $9\frac{1}{2}$ lineas, extimus $8\frac{1}{2}$ lineas, inti-
mus sex lineas: posticus anticorum intimo longitu-
dine cedit. Extremitatum alarum distantia est $1\frac{1}{2}$
pedis; alæ complicatae nonnihil ultra tres quartas
caudæ partes extenduntur. Rostrum, pedes, un-
guesque nigri. Habitat in *Jamaica*, *Asia* & *Africa*.

25. ISPIDA BRASILIENSIS NÆVIA.

Ispida superne fusca, pallide flavo maculata, inferne alba, fusco punctulata; gutture flavo; remigibus, rectricibusque fuscis, maculis transversis pallide flavis notatis. . . . LE MARTIN-PESCHEUR TACHETÉ DU BRÉSIL.

Matuitui. *Pison.* Matuitui Brasiliensibus. *Marcgr. Jonst. Willugh. Raj.*

Magnitudine & crassitie cum *Sturno* convenit. Caudam habet $2\frac{1}{2}$ pollices longam. Rostrum rubrum. Pedes, unguesque obscure cinerei. Habitat in *Brasilia*.

† ** 26. ISPIDA TERNATANA.

Ispida superne fusca, marginibus pennarum saturate cœruleis, inferne & in uropygio alba, roseo adumbrata; capite, collo superiore & tectricibus alarum superioribus splendide cœruleis; remigibus subtus, & superne interius fuscis, exterius saturate cœruleis; rectricibus binis intermediis longissimis, in exortu & apice albis, roseo adumbratis, exterius versus exortum macula cyanea notatis, in medio pennulis brevissimis cyaneis præditis, lateralibus albis, roseo adumbratis, exterius fusco marginatis. . . . LE MARTIN-PESCHEUR DE TERNATE.

Avis Paradisiaca, Ternatana. *Seb. hujus icon non satis accurata.* Pica Ternatana. *Klein.* Pyrrhocorax. *Moedr.*

Cum *Sturno* crassitie circiter convenit. Ipsius longitudo $13\frac{1}{4}$ pollices æquat. Rostrum, quod in exortu $6\frac{1}{2}$ lineas crassum, $1\frac{3}{4}$ pollicem longum est; cauda $7\frac{1}{2}$ pollices; digitorum anticorum medius 11 lineas, extimus 10 lineas, intimus 6 lineas; & posticus 5 tantum lineas. Extremitates alarum 14 pollicum intervallo distant; alæ complicatæ ad unius

nus tantum pollicis distantiam ultra caudæ exortum protenduntur. Rostrum eleganter aurantium. Pedes, unguisque rubescentes. Habitat in *Ternata*, ex *Moluccis Insulis* una.

LIX. Genus *Todi*. (1)

Hujus character est

Digiti quatuor, membranis destituti; tres scilicet antici, posticus unus; medius trium anteriorum cum extimo digito trium articularum spatio, cum intimo primi tantum articuli intervallo arcte coherens:

Crura ad calcaneum usque plumosa:

Rostrum rectum, longiusculum, horizontaliter planum, obtusum.

† ** I. T O D U S.

Todus superne viridis, inferne albo-lutescens, roseo adumbratus; gutture rubro; lateribus roseis; tectricibus caudæ inferioribus sulphureis; remigibus subtus, & superne interius, cinereis, exterius viridibus; excepta prima prorsus cinerea; reetricibus subtus cinereis, superne decem intermediis viridibus, interius cinereo marginatis, utrinque extima cinerea. . . . LE TODIER.

Todus. *Linn.* *Todus* viridis, pectore rubro, rostro recto. *Browne.* Rubecula viridis elegantissima. *Sloane. Raj.* *Sylvia* gula phœnicea. *Klein.* Moineau verd. *Edwards,* avec une figure assez exacte. *Anglice,* GREEN SPARROW.

Crassitie *Regulum* non multum superat. Ipsi longitudo 4 pollices explet. Rostrum $8\frac{1}{2}$ lineas longum est; cauda 16 lineas; digitorum anticorum medius $4\frac{1}{2}$ lineas, extimus 4 lineas, intimus 3 lineas; posticus

(1) *Todus*, nomen primæ hujus generis speciei a *Browne* inditum, unde nomen gallicum *Todier*.

cus $2\frac{1}{2}$ tantum lineas. Extremitatum alarum distantia est $6\frac{1}{2}$ pollicum; alæ complicatæ mediam caudam attingunt. Mandibula superior fusco-rubescens, inferior rubra. Pedes, unguesque grisei. Habitat in univèrsa Septentrionali America.

2. T O D U S V A R I U S.

Todus cœruleo, nigro & viridi mixtus, viridi dilutiore punctulatus; capite, gutture & collo ex cœruleo ad nigrum inclinantibus; remigibus viridibus; rectricibus nigris, in apice viridi marginatis. . . . LE TODIER VARIÉ.

Ispida Indica. Aldrov. Ispida ex India allata. Charlet. Aliud Ispidæ genus quod ex India adfertur. Jonst.

Cum præcedente magnitudine & crassitie circiter convenit. Rostrum, pedes, unguesque nigri. Habitat in India.

3. T O D U S C I N E R E U S.

Todus superne saturate cinereus, inferne luteus; syncipite nigro; remigibus subtus cinereis, superne fusco-nigricantibus, exterius luteo, interius candicante marginatis; rectricibus binis intermediis nigricantibus, lateralibus fuscis, in apice albis. . . . LE TODIER CENDRÉ.

Moucherolle ardoise & jaune. Edwards, avec une figure exacte. Anglice, GREY AND YELLOW FLY-CATCHER.

Crassitie *Todum* nonnihil antecellit. Mandibulæ superioris basis, pennis obsita est rigidis, piliformibus, antrorsum versis. Rostrum rubescens, excepta extremitate nigricante. Pedes carneo colore saturato imbuti. Habitat in Surinamo.

S E C T I O I V.

Eæ quæ rostro arcuato & acuto præditæ sunt.

In hac sectione unicum continetur genus, scilicet *Apiastri*.

LX. Genus *Apiastri*.

Hujus character est

Digiti quatuor, membranis destituti; tres scilicet antici, posticus unus; medius trium anteriorum cum extimo digito trium articulorum spatio, cum intimo primi tantum articuli intervallo arcte co-hærens:

Crura ad calcaneum usque plumosa:

Rostrum arcuatum, acutum.

** I. A P I A S T E R.

Apiaster superne dilute fulvus, castaneo & viridi adumbratus, inferne cœruleo—beryllinus; uropygio viridi—beryllino ad luteum vergente; syncipite primum cœruleo—beryllino, dein viridi; vertice castaneo, viridi adumbrato; occipitio & collo superiore castaneis; tænia utrinque per oculos nigra; gutture luteo—aureo; remigibus decem primoribus superne cœruleo—beryllinis, oris interioribus fulvo—cinereis, reliquis vel viridibus, vel rufis, cœruleo—beryllino mixtis, plerisque nigricante terminatis, & paululum in apice cordatim emarginatis; rectricibus superne cœruleo—beryllinis, rufo adumbratis, lateralibus interius cinereo marginatis, & quasi quadratim abscissis, binis intermediis longioribus, acutis. . . . LE GUESPIER.

Apiaster. Linn. Merops pectore & alis cœrulescentibus, tergore leucophæo. (*Mas*). Barr. Merops pectore albicante, dorso virescente. (*Fœmina*). Barr. Merops. Gesn. Bell. Aldrov. Jonst. Meebr. Merops fim.

fimpliciter. Klein. Merops, Apiafter. Gefn. Charlet. Willugh. Raj. Rzac. Merops Aristoteli; Meliffophago Junio; Apiafter Gazæ; Apiaftera Servio; Florus Gefnero. Merops flavescens. Rzac. Merops, Apiafter, Mellofophagus, Arquatus in desertis. Frifch. bujus icon accurata. Guëpier. Alb. Guefpier nommé Merops. Bel. Germanice, IMBEN-WOLFF. Belgice, BYENEETER. Anglice, BEE-EATER.

Turdo minori crassitie cedit; sed corpore donatur magis elongato. Ipfius longitudo 10 pollices æquat. Rostrum $1\frac{1}{2}$ pollicem longum est; cauda $4\frac{1}{2}$ pollices; digitorum anticorum medius 8 lineas, extimus $7\frac{1}{2}$ lineas, intimus $6\frac{1}{2}$ lineas; & posticus 4 tantum lineas. Extremitates alarum $16\frac{1}{3}$ pollicum intervallo distant; alæ complicatæ ad duas circiter tertias caudæ partes extenduntur. Basim mandibulæ superioris ambiunt plumulæ fordide albæ. Oculorum irides rubræ. Rostrum nigrum. Pedes fusco-rubescens; ungues vero nigricantes. *Infectis* victitat. Habitat in meridionali *Europæ* regione, & quidem in meridionalibus *Galliæ* provinciis.

2. APIASTER ICTEROCEPHALOS.

Apiafter superne castaneus, inferne flavescens; uropygio viridi & flavo mixto; capite & collo flavescens; tænia utrinque per oculos nigra; remigibus nigris, in apice rubris, & intermediis cordatim emarginatis; rectricibus superne in prima medietate luteis, ultima viridibus. . . . LE GUESPIER A TESTE JAUNE.

Merops cinereus, maculis castaneis, lingua prælonga. Barr. Merops rarus, seu griseus; Meliffophago Junii. Rzac. Merops alter. Gefn. bujus icon satis accurata (exceptis pedibus). Aldrov. Klein. Willugh. Raj. Merops alius. Jonst. Germanice, SEESCHWALM.

Magnitudine & crassitie præcedentem antecellit. Rostrum, unguesque nigri; pedes vero flavi. Habitat in variis *Europæ* regionibus.

3. APIASTER FLAVICANS.

Apiaster superne flavicans, inferne candicans; capite albo, maculis luteis, aureisque resperso; pectore rubescente; uropygio & remigibus, in apice nonnihil cordatim emarginatis, ferrugineis; rectricibus in exortu candicantibus, in reliqua longitudine ferrugineis, binis intermediis longissimis & acutis. . . . LE GUESPIER JAUNE.

Manucodiata capite albo, maculis fulvis. *Barr.* Manucodiata secunda species. *Aldrov. Willughb. Raj. Klein.* Manucodiata altera species. *Jonst.*

Præcedentem multum crassitie & magnitudine superat. Oculorum irides luteæ. Rostrum, quod 2 pollices longum, ex luteo viridescit. In qua regione habitat profus me latet.

4. APIASTER BRASILIENSIS.

Apiaster superne fusco & nigro varius, inferne splendide ruber; capite rubro; rectricibus alarum inferioribus dilute luteis; remigibus, rectricibusque dilute cœruleis. . . . LE GUESPIER DU BRÉSIL.

Merops Brasiliensis. *Klein.* Pica Brasiliensis. *Seb. bujus icon non satis accurata.* Ardeæ adfinis. *Moebr.*

Apiastrum nostratem crassitie circiter æmularur. Ipfius longitudo 9 circiter pollices explet. Rostrum 15 lineas longum est; cauda 3 pollices. Rostrum, pedes, unguesque flavi. Habitat in *Brasilia.*

5. APIASTER MEXICANUS.

Apiaster superne griseus, rubro & flavo varius, inferne dilute luteus, rubro adumbratus; capite griseo; remigibus griseis, in apice intermediis nonnihil cordatim emarginatis; rectricibus lateralibus griseis, binis intermediis longissimis, rubris. . . . LE GUESPIER DU MEXIQUE.

Merops cinereus. *Klein. Linn.* Curruca, *Moebr.* A-
vicula

vicula de Quauhcuilui dicta, cauda longa, magnitudine Passeris nostratis. Seb. bujus icon satis accurata (exceptis pedibus).

Alaudam crassitie non superat. Ipsius longitudo $9\frac{1}{4}$ pollices circiter explet. Rostrum $1\frac{1}{2}$ pollicem longum est; cauda 4 pollices; digitorum anticorum medius 8 lineas, extimus $7\frac{1}{2}$ lineas, intimus $6\frac{1}{2}$ lineas; posticus autem intimo brevior. Alæ complicatæ quartam circiter caudæ partem attingunt. Rostrum splendore viridi refulget. De pedum colore nulla apud *Sebam* mentio facta est. Habitat in *Mexico*.

† ** 6. APIASTER EX FRANCIAE INSULA.

Apiaster superne castaneus, inferne & in uropygio dilute cœruleo—beryllinus; gutture, collo inferiore & pectore intensius cœruleo—beryllinis; tænia utrinque infra oculos fusca; remigibus subtus griseo—fuscis, superne viridibus, plerisque interioribus fulvis, & in apice nigricantibus ac cordatim emarginatis; rectricibus superne cœruleis, lateralibus, quasi quadratim abscissis, interioribus griseo—fusco marginatis, binis intermediis longissimis, acutis. . . . LE GUESPIER DE L'ISLE DE FRANCE.

Alaudam cristatam non multum crassitie superat; sed corpore donatur multo magis elongato. Ipsius longitudo $10\frac{1}{2}$ pollices explet. Rostrum $1\frac{1}{2}$ pollicem longum est; cauda $5\frac{1}{2}$ pollices; digitorum anticorum medius $7\frac{1}{2}$ lineas, extimus 7 lineas, intimus 6 lineas, & posticus anticorum intimo paulo brevior. Extremitates alarum 14 pollicum intervallo distant; alæ complicatæ ad 2 circiter pollicum distantiam ultra caudæ exortum protenduntur. Rostrum nigrum. Pedes rubescentes; ungues vero nigricantes. Habitat in *Franciae Insula*.

† ** 7. APIASTER MADAGASCARIENSIS.

Apiaster viridis, superne obscurius, inferne dilutius;

vertice castaneo variante; tænia utrinque per oculos nigricante; fascia in fyncipite alba, viridi mixta, utrinque supra oculos protensa, altera concolore utrinque infra genas producta; gutture supremo albo—lutescente, infimo castaneo; remigibus subtus cinereis, superne viridibus, plerisque tamen interius fulvis, nigricante terminatis, & in apice nonnihil cordatim emarginatis; reetricibus superne obscure viridibus, lateralibus, quasi quadratim abscissis, interius cinereo marginatis, binis intermediis longissimis, acutis. . . .
LE GUESPIER DE MADAGASCAR,

Crassitie præcedentem paululum antecellit. Ipsi longitududo 11 $\frac{1}{2}$; pollices æquat. Rostrum 1 $\frac{1}{2}$ pollicem longum est; cauda 5 $\frac{1}{2}$ pollices; digitorum anticorum medius 7 $\frac{1}{2}$ lineas, extimus 6 $\frac{1}{2}$ lineas, intimus 6 lineas; posticus 4 tantum lineas. Extremitatum alarum distantia est 15 $\frac{1}{2}$ pollicum; alæ complicatæ mediam caudam attingunt. Rostrum nigrum. Pedes fusci; ungues vero nigricantes. Habitat in *Madagascaria*.

† ** 8. APIASTER MADAGASCARIENSIS TORQUATUS. Apiaster superne viridis, inferne viridi—beryllinus, superne & inferne ad aureum colorem vergens; gutture ad cœruleo—beryllinum inclinante; tænia utrinque infra oculos, altera infra guttur transversa, nigra; remigibus plerisque superne exterius viridibus, interius fulvis, nigricante terminatis, & nonnihil cordatim emarginatis; reetricibus superne viridibus, lateralibus, quasi quadratim abscissis, interius cinereo marginatis, binis intermediis longissimis, in ultima medietate strictissimis & nigricantibus. . . . LE GUESPIER A COLLIER DE MADAGASCAR.

Merops viridis. Linn. *Merops*, Mangeur d'Abeille des Indes. Edwards, avec une figure pas assez exacte. Anglice, INDIAN BEE-EATER.

Passè-

Passerem crassitie non excedit; sed corpore donatur multo magis elongato. Ipsi^{us} longitudo $8\frac{1}{2}$ pollices æquat. Rostrum $13\frac{1}{2}$ lineas longum est; cauda $4\frac{1}{2}$ pollices; digitorum anticorum medius 6 lineas, extimus $5\frac{1}{2}$ lineas, intimus 5 lineas, & posticus $3\frac{1}{2}$ lineas. Extremitatum alarum distantia est $10\frac{1}{2}$ pollicum; alæ complicatæ ad tertiam circiter caudæ partem extenduntur. Rostrum nigrum. Pedes, unguesque fusci. Habitat in *Madagascaria*.

9. APIASTER BENGALENSIS TORQUATUS.

Apiaster superne viridis, inferne viridi—beryllinus, superne & inferne ad aureum colorem vergens; capite & collo superioribus obscure viridi—flaviscantibus; syncipite ad cœruleo—beryllinum inclinante; gutture cœruleo—beryllino; tænia utrinque per oculos, altera infra guttur transversa, nigra; remigibus superne exterius viridibus, interius plerisque fulvis, nigricante terminatis, in apice paululum cordatim emarginatis; rectricibus superne luteo—viridibus, lateralibus, quasi quadratim abscissis, interius cinereo marginatis, binis intermediis longissimis, in ultima medietate strictissimis & nigricantibus. . . . LE GUESPIER A COLIER DE BENGALE.

Merops viridis. Linn. Guêpier de Bengale. *Alb.*

Cum *Apiastro Madagascariensi* crassitie circiter convenit. Ipsi^{us} longitudo $11\frac{1}{4}$ pollices circiter æquat. Rostrum $1\frac{1}{4}$ pollicem longum est; cauda $5\frac{2}{3}$ pollices; digitorum anticorum medius $7\frac{1}{2}$ lineas, extimus $6\frac{1}{2}$ lineas, intimus 6 lineas: posticus autem anticorum intimo brevior. Extremitates alarum $1\frac{1}{2}$ pedis circiter intervallo distant; alæ complicatæ mediam caudam attingunt. Oculorum irides rubræ. Rostrum nigrum. Pedes, unguesque fusci. Habitat in *Bengalensi* Regno.

† ** 10. APIASTER PHILIPPENSIS MINOR.

Apiaster superne viridis, inferne viridi-beryllinus, superne & inferne ad aureum colorem vergens; fyncipite ad cœruleo-beryllinum inclinante; gutture cœruleo-beryllino, tænia utrinque infra oculos obscure viridi; remigibus superne viridibus, plerisque interius fulvis, nigricante terminatis, & in apice paululum cordatim emarginatis; reatricibus binis intermediis strictissimis, nigricantibus, lateralibus superne viridibus, interius cinereo marginatis, & quasi quadratim abscissis. . . . LE PETIT GUESPIER DES PHILIPPINES.

Apiastrum Madagascariensem torquatum crassitie circiter æmulator. Ipsi longitudo $6\frac{1}{2}$ pollices explet. Rostrum 15 lineas longum est; cauda $2\frac{1}{2}$ pollices; digitorum anticorum medius $6\frac{1}{2}$ lineas, extimus $5\frac{1}{2}$ lineas, intimus $4\frac{1}{2}$ lineas; posticus tres tantum lineas. Extremitates alarum 10 pollicum intervallo distant; alæ complicatæ nonnihil ultra mediam caudam extenduntur. Binæ reatrices intermediæ lateralibus paululum longitudine cedunt; verisimile tamen mihi videtur in binis hujus speciei individuis a me observatis reatrices istas ex alveolo suo non fuisse penitus protrusas, & longitudinem laterales excedentem fuisse acquisituras. Rostrum nigrum. Pedes obscure rubri; ungues vero nigricantes. Habitat in *Philippensibus Insulis*.

† II. APIASTER ANGOLENSIS.

Apiaster superne viridis, inferne viridi-beryllinus, superne & inferne ad aureum colorem vergens; gutture luteo; collo inferiore castaneo; tænia utrinque per oculos cinerea, nigro punctulata; remigibus & reatricibus superne viridibus, illis, & harum lateralibus, interius cinereo marginatis. . . . LE GUESPIER D'ANGOLA.

Hanc *Apiastri* speciem nunquam mihi videre contigit:

tigit: ipsius descriptionem desumpsi ex icone ad Avem ipsam depicta.

Præcedenti crassitie cedit. Ipsi longitudo $5\frac{1}{2}$ pollices circiter æquat. Rostrum 9 lineas longum est; cauda $2\frac{1}{2}$ pollices; digitorum anticorum medius $6\frac{1}{2}$ lineas, extimus $5\frac{1}{2}$ lineas, intimus 4 lineas; & posticus anticorum intimo brevior. Alæ complicatæ ad mediam circiter caudam extenduntur. Oculorum irides rubræ. Rostrum nigrum. Pedes cinerei; ungues vero nigricantes. Habitat in *Angolensi* Regno in *Africa*.

† ** 12. APIASTER PHILIPPENSIS MAJOR.

Apiaster superne obscure viridis, cupri puri colorè varians, inferne viridi—lutescens, fulvo varians; uropygio cœruleo—beryllino; tænia utrinque per oculos nigra; gutture lutescente, ad viride & fulvum vergente; remigibus superne viridibus, plerisque interius fulvis, nigricante terminatis, & in apice nonnihil cordatim emarginatis; rectricibus superne cœruleo—beryllinis, lateralibus interius cinereo marginatis. LE GRAND GUESPIER DES PHILIPPINES.

Apiastro nostrati nonnihil crassitie cedit. Ipsi longitudo $8\frac{1}{2}$ pollices explet. Rostrum ab ipsius apice ad oris angulos, qui ultra oculos multum protruduntur, 2 pollices & $1\frac{1}{2}$ lineam longum est; cauda $3\frac{1}{2}$ pollices; digitorum anticorum medius $8\frac{1}{2}$ lineas, extimus $7\frac{1}{2}$ lineas, intimus $6\frac{1}{2}$ lineas; posticus autem $4\frac{1}{2}$ lineas. Extremitatum alarum distantia est $14\frac{1}{2}$ pollicum; alæ complicatæ ad tres circiter quartas caudæ partes extenduntur. Rostrum nigrum. Pedes, unguesque fusci. Habitat in *Philippensibus Insulis*.

† 13. APIASTER INDICUS ERYTHROCEPHALOS.

Apiaster superne viridis, inferne lutescens, rubro adumbratus; capite & collo superiore coccineis;

guttare luteo; tænia utrinque per oculos nigra; remigibus & reſtricibus ſuperne viridibus, illis, & harum lateralibus, interius cinereo marginatis. . . . LE GUESPIER A TESTE ROUGE DES INDES.

Hanc *Apiastri* ſpeciem nondum mihi videre contigit: ipſius deſcriptionem deſumpſi ex icone ad Avem ipſam depicta.

Apiastrum Angolenſem craſſitie paululum ſuperat. Ipſius longitudo 6 circiter pollices explet. Roſtrum 16 lineas longum eſt; cauda $1\frac{3}{4}$ pollicem; digitorum anticorum medius 8 lineas, extimus 7 lineas, intimus $5\frac{1}{2}$ lineas; poſticus autem 4 tantum lineas. Alæ complicatæ nonnihil ultra mediam caudam extenduntur. Oculorum irides rubræ. Roſtrum nigrum. Pedes cinerei; ungues vero nigricantes. Habitat in *India Orientali*.

S E C T I O V.

Eæ quæ roſtro donantur craſſo & falcifirmi.

Hæc ſectio unico conſtat genere, ſcilicet *Hydrocoracis*.

LXI. Genus *Hydrocoracis*. (1)

Hujus character eſt

Digiti quatuor, membranis deſtituti; tres ſcilicet antici, poſticus unus; medius trium anteriorum cum extimo digito trium articulorum ſpatio, cum intimo primi tantum articuli intervallo arcte co-hærens:

Crura ad calcaneum uſque plumoſa:

Roſtrum craſſum, falciforme, ferræ inſtar denticulatum.

† **

(1) *Hydrocorax*, nomen a me huic generi inditum ob habitationem circa aquatica loca.

† ** I. HYDROCORAX.

Hydrocorax superne fuscus, inferne nigricans, griseo mixtus; imo ventre dilute fulvo; capite superius nigricante; genis & gutture nigris; fascia arcuata sub gutture sordide cinereo—alba; occipitio & collo dilute castaneis; remigibus nigris, minoribus exterius griseo marginatis; 12 rectricibus sordide cinereo—albis; rostro gibboso. . . .

LE CALAO. (1)

Corvus Indicus. *Bont. Willugh. Raj.* An Corvus torquatus, pedibus cinereis, rostro arcuato? *Klein.* An Corbeau, ou Corvus torquatus, rostro arcuato, pedibus cinereis? *Feuillée.* Caryocatactes. *Moebr.* Alcatraz Oviedi; sive verius Corvi marini genus. *Clas. Oiseau* peu connu. *Edwards*, avec une figure passable du bec.

Gallum crassitie paululum antecellit. Ipsi longitudo $2\frac{1}{3}$ pedes æquat. Rostrum quod in exortu $2\frac{1}{2}$ pollices crassum, 5 pollices longum est; cauda 8 pollices; digitorum anticorum medius $2\frac{1}{2}$ pollices, extimus $2\frac{1}{2}$ pollices, intimus $1\frac{1}{2}$ pollicem; posticus reliquis omnibus longitudine cedit. Extremitates alarum $2\frac{1}{2}$ pedum & 6 linearum intervallo distant; alæ complicatæ nonnihil ultra tertiam caudæ partem extenduntur. Rostrum ex cinereo nigricat. In mandibulæ superioris parte suprema quoddam extat incrementum corneum, in parte superiore planum, in posteriore rotundatum: quæ rotundata pars supra caput protenditur, & candicat; reliquum autem incrementum, rostri instar, ex cinereo nigricat. Denticuli in mandibula inferiore magis sunt quam in superiore conspicui. Pedes griseo—fusci; ungues vero nigri. Habitat in *Moluccis Insulis.*

** 2. HYDROCORAX PHILIPPENSIS.

Hydrocorax superne niger, inferne albus; remigibus

(1) Calao, nomen quo aves hujus generis designantur in Indiis.

bus nigris, alba macula notatis; ex 12 rectricibus decem intermediis nigris, utrinque extrema alba; rostro bicorni. . . LE CALAO DES PHILIPPINES.

Buceros bicornis. Linn Rhinoceros Avis; prima varietas. *Willughb. capitis & rostri icon accurata*. Calao Avis. *Petiv. rostri icon satis accurata*. Avis Philippensis galea plana. *Petiv. hujus icon minus accurata*. Oiseau peu connu. *Edwards, avec une figure peu exacte du bec*.

Hujus Avis caput, rostrumque solummodo observavi. Corporis crassitie Gallo-Pavonem fœminam circiter æmulatur; sed capite, pro mole corporis, multo crassiori donatur. Rostrum, quod versus exortum $2\frac{2}{7}$ pollices crassum, 9 pollices longum est. Rostrum rubescens, attamen in mandibulæ inferioris exortu nigrum. In suprema parte mandibulæ superioris extat incrementum corneum, valde crassum, eodem imbutum colore ac rostrum ipsum tingitur, in parte superiore nonnihil concavum, cujusque bini partis anterioris anguli, cornuum in modum, antrorsum protenduntur. Hujus posterior pars est rotundata, & supra caput superius versus occipitium usque protensa. Incrementum autem illud corneum sex pollicum longitudinem, trium pollicum latitudinem obtinet. Nares ad exortum rostri, idque infra incrementum corneum, sitæ sunt. Pedes viridescunt. Habitat in *Philippensibus Insulis*.

3. HYDROCORAX AFRICANUS.

Hydrocorax in toto corpore niger; rostro unicorni, cornu recto. . . LE CALAO D'AFRIQUE.

Rhinoceros Avis. *Mus. Besl. capitis & rostri icon accurata*. Rhinoceros Avis, secunda varietas. *Willughb. capitis & rostri icon accurata*. Trompette de Brac, ou Oiseau Trompette. *Nouvelle Relation de l'Afrique Occidentale, &c. par le P. Labat*.

Cum Gallo-Pavone crassitie circiter convenit. Caput & rostrum, simul mensurata, 18 pollices longa sunt. Rostrum est partim rubrum, partim luteum, duarumque mandibularum margines sunt nigræ. In suprema parte mandibulæ superioris extat incrementum corneum, crassissimum, eodem ac rostrum colore imbutum, cujusque anterior pars, cornu subrecti in modum, antrorsum protenditur. Illius posterior pars est rotundata, & supra caput superius versus occipitium usque producta. Nares positæ sunt ad exortum rostri, idque infra incrementum corneum. Habitat in *Africa*.

** 4. HYDROCORAX INDICUS.

Hydrocorax in toto corpore niger; rostro unicorni, cornu recurvo. . . . LE CALAO DES INDES.

Corvus Indicus cornutus, seu Rhinoceros Avis. *Bont. capitis & rostri icon non satis accurata. Willugh. Raj. Rhinoceros Avis. Aldrov. Euf. Nieremb. Gaz. Rup. Best. rostri icon satis accurata. Rhinoceros. Foust. Linn. Rhinoceros, Tragopanda Plinii. Charlet. Nasutus Rhinoceros. Klein. Tragopan. Moebr. Topau, Avis Indica. Mus. Worm. Oiseau peu connu. Edwards, avec une figure exacte du bec. Anglice, HORNED PIE OF ETHIOPIA.*

Hujus Avis caput & rostrum solummodo observavi. Corporis crassitie *Corvum nostratem* multum antecellit. Rostrum, quod versus exortum duos pollices & sex lineas crassum, ab ipsius apice ad oris angulos usque decem pollices longum est. Per universum corpus pennis vestitur nigris. Mandibula superior in exortu rubra, versus apicem albo-flavicans; inferior vero per totam longitudinem ex albo flavicat, atramen in exortu nigro imbuitur splendido. Supra mandibulæ superioris basim extat incrementum corneum, cujus pars anterior, cornu in modum, antrorsum protenditur, & sursum reflectitur. Cornu autem illud octo pollices longum est, & qua-
tuor

tuor in basi pollices latum. Rubro & luteo variegatur, illudque in duas quasi partes dividit linea nigra, in utroque latere secundum ipsius longitudinem extensa. Nares ad exortum rostri, idque infra incrementum corneum, sunt collocatæ. Habitat in *India Orientali*.

[In eadem regione datur alter *Hydrocorax*, qui cum descripto convenit quoad rostri ejusque incrementi cornei dimensiones. Crassitie ad *Gallo-Pavonem* fere accedit. Ipsius longitudo 3 pedes æquat. Cauda 12 pollices est longa; digitorum anteriorum medius 3 pollices, extimus 2½ pollices, intimus huic æqualis; posticus 2 pollices. Extremitatum alarum distantia est 2¾ pedum; alæ complicatæ ad duas tertias caudæ partes extenduntur. Superne, ut & in collo pectore & ventre superiore, splendide niger; venter inferior & uropygium sordide alben. Caudæ testrices inferiores in prima medietate sunt nigræ, in altera sordide albæ. Rectrices in exortu, & in extremitate sordide alben, in medio sunt nigræ. Rostrum flavescit, & paucorubro tingitur; ad basim utriusque mandibulæ est splendide nigrum. Ejus incrementum corneum, modice sursum reflexum, caret linea nigra. Pedes, ut & ungues, obscure grisei.

Tandem & tertia datur species harum avium in *India Orientali*, cujus rostrum tantummodo in *Europa* est cognitum. Hoc paululum minus est modo descriptis; ejus incrementum corneum in utraque extremitate rotundatum, & striaturis lateralibus ac perpendicularibus conspicuum, colore rubro flavescente est imbutum, ut & ipsummet rostrum, ad basim sulcis rubris & nigricantibus exasperatum.]

† ** 5. HYDROCORAX SENEGALENSIS MELANORYNCHOS.

Hydrocorax superne sordide griseus, marginibus pennarum albidis, inferne sordide albus; tænia utrin-

utrinque supra oculos sordide alba; remigibus nigricantibus, sordide griseo marginatis; rectricibus lateralibus in prima medietate candidis, altera nigricantibus, in apice albis; rostro lævi, nigro. . . . LE CALAO A BEC NOIR DU SÉNÉGAL.

Crassitie *Picam* non multum excedit. Ipsius longitudo $1\frac{2}{3}$ pedem & 6 lineas æquat. Rostrum, quod in exortu unum pollicem crassum, $3\frac{2}{3}$ pollices longum est; cauda $7\frac{1}{4}$ pollices; digitorum anticorum medius $1\frac{1}{2}$ pollicem, extimus 15 lineas, intimus 14 lineas: posticus reliquis omnibus longitudine cedit. Extremitatum alarum distantia est $2\frac{1}{2}$ pedum; alæ complicatæ mediam caudam non attingunt. Rostrum totum nigrum, excepta macula longitudinali lutea, in utroque mandibulæ superioris latere infra nares posita. Rostrum satis conspicue denticulatum. Pedes, unguesque nigri. Habitat in *Senegalensi* regione.

† ** 6. HYDROCORAX SENEGALENSIS
ERYTHRORYNCHOS.

Hydrocorax superne sordide griseus, inferne sordide albus; capite, gutture & collo sordide albis, scapis pennarum in capite nigricantibus, collo superiore maculis nigricantibus vario; fascia longitudinali nigricante in vertice; remigibus majoribus nigricantibus, minoribus sordide griseis; rectricibus lateralibus nigricantibus, in apice albis; rostro lævi, rubro. . . . LE CALAO A BEC ROUGE DU SÉNÉGAL.

Cum præcedente crassitie circiter convenit. Ipsius longitudo $1\frac{2}{3}$ pedem explet. Rostrum, quod in exortu $12\frac{1}{2}$ lineas crassum, $3\frac{1}{2}$ pollices longum est; cauda $6\frac{1}{2}$ pollices; digitorum anticorum medius 16 lineas, extimus 14 lineas, intimus 11 lineas: posticus autem omnium brevissimus. Extremitates alarum $1\frac{1}{2}$ pedis intervallo distant; alæ complicatæ ad quar-

quartam circiter caudæ partem protenduntur. Rostrum, pedesque rubri; ungues vero nigricantes. Rostrum minime conspicue denticularum. Habitat in *Senegalensi* regione.

O R D O X V.

AVES digitis membranis destitutis: cruribus in parte inferiore plumis denudatis: alisque, pro mole corporis, exiguis & volatui inutilibus donatæ.

Hujus Ordinis Aves nunquam volant, idque ob alarum brevitatem pro corporis mole.

Aliæ duobus tantum donantur digitis antice positus, postico nullo: aliæ tres habent digitos, antice similiter positos, postico quoque nullo: aliæ tandem quatuor digitis præditæ sunt, tribus scilicet anticis, unico postico. In tres sectiones dividuntur: prima continet eas quæ digitos habent duos anticos, posticum nullum, ut *Struthio*: secunda eas quæ digitis donantur tribus anticis, postico nullo, ut *Rhea*, *Casuaris*: tertia vero illas quæ digitos habent quatuor, tres scilicet anticos & posticum unum, ut *Raphus*.

S E C T I O I.

Eæ quæ digitos habent duos anticos, posticum nullum.

In hac sectione unicum continetur genus, scilicet *Struthionis*.

Avis ista rostro donatur recto, horizontaliter subplano, cujus apex est subrotundus, unguiculatus: capitis ipsius superior pars calva est & callosa.

LXII. Genus *Struthionis*.

Hujus character est

Digiti duo antici, membranis destituti, digitus posterior nullus:

Crura in parte inferiore plumis denudata:

Rostrum rectum, horizontaliter subplanum; hujus apex subrotundus, unguiculatus:

Superior capitis pars calva & callosa:

Alæ, pro corporis mole, exiguæ, & volatui inutiles.

† ** I. STRUTHIO.

Struthio pennis nigris in toto corpore vestitus, albis & griseis quandoque admixtis; remigibus majoribus rectricibusque candidis. . . L'AUTRUCHE.

Struthio pedibus didactylis. *Linn.* Struthio pennis candidissimis, lanuginosis. *Barr.* Struthio. *Klein.* *Moedr.* Struthio; Struthio-Camelus. *Charlet.* Struthio; Strutho-Camelus; Struthio Africa; Struthio Libycus; Struthio-Camelus. *Gesn.* Struthio-Camelus. *Aldrov.* *Schwenck.* *Willugh.* hujus icon satis accurata (exceptis pedibus) *Prosp. Alp. Raj.* Struthio-Camelus Africanus, pullus. *Seb.* hujus icon satis accurata. *Autruche. Bel. Hist. de l'Acad. avec une figure assez exacte.* *Kolbe. Alb.* Germanice, STRUSS. Belgice, STRUIS VOGEL. Anglice, OSTRICH.

Alitum omnium maximus & crassissimus est *Struthio*. Ipsius longitudo $7\frac{1}{2}$ pedes æquat. Rostrum, quod in exortu $2\frac{1}{2}$ pollicum latitudinem obtinet, ab ipsius extremitate ad oris angulos, ultra oculos quidem protensos, $4\frac{1}{2}$ pollices longum est; cauda 13 pollices; major digitus, scilicet interior, $7\frac{1}{2}$ pollices; exterior, qui quidem ungue caret, $4\frac{1}{2}$ pollices. Extremitates alarum $6\frac{1}{2}$ pedum intervallo distant: alæ complicatæ mediam circiter caudam pertingere queunt. Capitis superior pars plumis est omnino destituta & penitus nuda. Reliquum caput, guttur & collum, per mediam ipsius longitudinem

dinem capiti finitimam, cute obteguntur carneo colore livido imbuta, lanugine, rariorum pilorum æmula, alba & splendente obsita. Collum per mediam ipsius longitudinem corpori viciniorem, dorsum, uropygium, pectus & ventrem vestiunt pennæ nigræ, quas inter quandoque immiscentur quædam candidæ & quædam griseæ. Pennæ scapulares & superiores alarum tectrices sunt similiter nigræ, plumis quibusdam albis & griseis interfertis. (Juniore per universum corpus pennis vestiuntur griseo-fuscis). Crura, latera & partes subalares plumis penitus destituuntur; cutis autem iis in locis ex albo rubescit. Supra cutem crura cooperientem rugæ sunt ipsius superficiem nonnihil excedentes, aliæ alias decussantes, & intervalla inter se quadrata efformantes. Omnes hujus Avis pennæ sunt decompositæ, sive, quod idem est, ipsarum pennulæ sunt a se invicem disjunctæ, & nullo modo inter se connectuntur. In infima sterni parte callositas est quædam, cui, humi præcumbens, insidet hæc Avis. Utraque ala binis donatur calcaribus, unum circiter pollicem longis, quorum in basi diameter sesquilineam æquat, substantiæ corneæ æmulis, uno scilicet in alæ apice, altero in alæ nothæ extremitate posito. Oculorum irides avellanæ. Rostrum corneo colore imbutum, attamen in extremitate nigricans. Pedes grisei sunt; unguis autem nigricat. Bini digiti membrana valida, ad primum usque articulum extensa, inter se connectuntur. *Struthio* in arena ova ponit, & per noctem tantum ea incubat; interdiu enim sol ad ipsorum incubationem sufficientem præbet calorem. Habitat in *Africa*.

S E C T I O II.

Ææ quæ digitos habent tres anticos, posticum nullum.

Duo in hac sectione continentur genera Avium, rostri forma a se invicem discrepantium. Aliæ enim
rostre

roftro donantur recto, horizontaliter subplano; hujus apice subrotundo, ut *Rhea*: aliæ vero rostrum habent rectum, subconicum: istæ autem habent quoque caput galea cornea instructum: & palaria bina in juguli medio posita, ut *Casuaris*.

LXIII. Genus *Rheæ* (1).

Hujus character est

Digitus tres antici, membranis destituti; digitus posticus nullus:

Crura in parte inferiore plumis denudata:

Rostrum rectum, horizontaliter subplanum; hujus apex subrotundus:

Alæ, pro corporis mole, exiguæ, & volatui inutilis.

I. R H E A.

Rhea pennis griseis in toto corpore vestita. . .

LE THOUYOU. (2)

Rhea. Moebr. Struthio Americanus. Linn. Struthio. Joan. de Laët. Euf. Nieremb. Struthio-Camelus. Jonst. Struthio-Camelus Americanus. Raj. Struthio nothus. Klein. Grus cinerea ferrivora. Ardea Americana, cinerea, ferrivora, capite calvo. Emeu nigricans. Barr. Avis Eme. Aldrov. Emeu Nierembergii. Jonst. Yandou. Joan de Laët. Iandou. Jonst. Charlet. Nhandu-guacu. Pison. Marcgr. Jonst. Nhandu-guacu Brasiliensibus, Ema Lusitanis, sive Struthio-Camelus Americanus Marcgravio. Willugb. Autruche de Guiane. Des March. Belgice, AMERIKANSE STRUIS.

Magnitudine & crassitie paululum *Struthioni* cedit. Collum ipsius 2 circiter pedes longum est; rostrum $2\frac{1}{2}$ pollices; crus unum pedem. Alæ sunt valde breves. Cauda caret hæc *Avis*; sed ipsius loco pen-
næ

(1) *Rhea* nomen a *Moehringio* huic generi inditum.

(2) *Thouyou*, nomen effectum ex voce *Thouyouyou*, qua Americani in *Guiana* hanc avem designant.

næ uropygium vestientes longæ sunt, deorsum tendunt, & anum obtegunt. Oculos habet aterrimos; digitos unguibus nigris, crassis & obtusis armatos. Digiti pollicis loco callositas extat crassa & rotundata. Fructibus & carne vescitur. Habitat in *Guiana* & *Brasilia*, in *Seregippæ* & *Fluvii magni* præfecturis.

LXIV. Genus *Casuarii*.

Hujus character est

Digiti tres antici, membranis destituti; digitus posticus nullus:

Crura in parte inferiore plumis denudata:

Rostrum rectum, subconicum:

Caput galea cornea instructum:

Palearia bina in juguli medio:

Alæ, pro corporis mole, exiguæ, & volatui inutiles.

† ** I. CASUARIUS.

Casuarius niger; capite & collo supremo nudis. . .
LE CASOAR.

Casuarius. Frisb. bujus icon non satis accurata. Cassearius. Klein. Casuarius. Linn. Cela. Moebr. Avis Eme. Aldrov. Emeu pennis fetosis, nigricantibus, crassa cervice. Barr. Emeu Avis. Clus. bujus icon satis accurata. Emeu. Charlet. Emeu Clusii. Euf. Nieremb. Emeu, seu Eme Clusii. Jonst. Willughb. Raj. Emeu, vulgo Casoar. Bont. Emeu à quibusdam dictus Cassearius. Mus. Worm. Casoar. Hist. de l'Acad. avec une figure pas assez exacte. Casowary. Alb. Germanice, CASUAR. Belgice, KASUARIS. Anglice, CASSOWARY.

Crassitie *Struthionem* fere adæquat; sed non tantam obtinet altitudinem. Ipsius longitudo 4 pedes explet. Rostrum ab ipsius apice ad oris angulos, infra oculos usque protensus, $4\frac{1}{2}$ pollices longum est; trium digitorum anticorum medius $5\frac{1}{2}$ pollices,

extimus 4 pollices, intimus autem $4\frac{1}{2}$ pollices; digiti enim intimi unguis trium pollicum longitudine pollet. In superiore capitis parte incrementum extat osseum, materia cornea coopertum, quodammo- do efficiens galeam ab exortu rostri medium versus capitis verticem protensam. Galea autem 3 pollicum altitudinem, unius pollicis in basi, & 3 tantum linearum in suprema parte latitudinem obtinet. In anteriore parte nigricat: in posteriore vero, sicut & ad latera, cereo colore imbuatur. In tota superficie lævigata est & splendens. Caput, guttur & partem colli capiti viciniorem cooperit cutis nuda, quibusdam tantum & rarioribus plumulis nigris obfita. Quæ cutis est ad latera capitis cœrulea, in parte capitis posteriore, gutture & collo ex violaceo ad cinereum vergens: in colli superioris medio aliquid tamen rubri admiscetur; & eo in loco rugis exaratur cutis. In collo inferiore, versus mediam ipsius longitudinem, palearia extant bina, $1\frac{1}{2}$ pollicem longa, 9 lineas lata, & in extremitate rotundata. Palearia autem ista sunt partim rubra & partim cœrulea. Super sternum callositas est quædam, cui, humi procumbens, insidet hæc Avis. In universo reliquo corpore, pennis vestitur nigris, omnibus decompositis, id est, quarum pennulæ sunt a se invicem disjunctæ, & nullo modo inter se connexæ. Pleræque pennæ sunt in utroque alveolo binæ: ex quibusdam tamen alveolis unica tantum oritur penna. Omnium autem pennarum scapi sunt plani, splendide nigri, in parte inferiore nodis obfiti, ex quibus oritur pennula, vulgo maxima longitudine pollens. In uropygio quædam extant plumæ 14 pollices longæ. Omnes autem hujus Avis pennæ magnopere ad pilorum formam accedunt; & si a longe conspiciatur hæc Avis, pilis potius quam pennis vestita videtur. Ala, quæ quidem plumis denudata trium pollicum longitudinem non attingit, quinque conflatur remigum scapis pen-

nulis destitutis, splendide nigris, paululum arcuatis, & quorum major II pollicum longitudine pollet. Cauda caret hæc Avis. Oculorum irides eleganti imbuuntur Topazii colore. Aurium foramina ampla, plumulis nigris circumdata. Nares in mandibula superiore prope ipsius extremitatem sitæ sunt. Mandibulæ binæ in apice utrinque nonnihil emarginatæ. Rostrum griseo-fuscum. Pedes, qui quidem crassissimi, griseo-flavicantes; ungues vero nigri. Crurum pars inferior plumis denudata valde brevis est. Habitat in *India Orientali*.

S E C T I O III.

Eæ quæ digitos habent quatuor, tres scilicet anticos, posticum unum.

Unico genere, *Raphi* scilicet, constituitur hæc sectio.

Avis illa rostro donatur longo, valido, cujus utriusque mandibulæ apex est aduncus.

LXV. *Genus Raphi* (1).

Hujus character est

Digiti quatuor, membranis destituti; tres scilicet antici, posticus unus:

Crura in parte inferiore plumis denudata:

Rostrum longum, validum:

Utriusque mandibulæ apex aduncus:

Alæ, pro corporis mole, exiguæ, & volatui inutiles.

I. R A P H U S.

Raphus pennis griseis in toto corpore vestitus; remigibus, rectricibusque flavo-cinereis; capite cucullato. . . . LE DRONTE.

Raphus. *Moehr.* *Struthio cucullatus.* *Linn.* Gallinaceus

(1) *Raphus*, nomen a *Moebrius* hæc generi inditum.

naceus Gallus peregrinus. *Clus.* Cignus cucullatus, seu Gallus Gallinaceus peregrinus *Clusii. Euf. Nieremb. Willugb. Jonst.* Cygnus cucullatus Nierembergii. *Raj.* Dronte, aliis Dod-aers. *Bont.* Dodo Lusitanorum, Cygnus cucullatus. *Charlet.* Dodo. *Edwards,* avec une figure exacte. *Belgice,* WALGH-VOGEL, DOD-AARS. *Anglice,* DODO.

Crassitie *Cygnum paululum* antecellit. Rostrum habet longissimum & validum; cujus utriusque mandibulæ apex aduncus. Pes 4 pollicum longitudinem nonnihil excedit; & ipsius circumferentia 4 pollices fere adæquat. Trium digitorum anteriorum medius 3 circiter pollices longus est: laterales paulo sunt breviores; posticus $2\frac{3}{4}$ pollices longus; ungue enim omnium longissimo donatur. Caput habet crassum, deforme, quâdam coopertum membrana cucillum referente. In universo corpore mollibus vestitur plumis griseis. Alæ, quæ quidem valde breves, quibusdam constant remigibus flavo-cinereis. Caudam componunt rectrices concolores & crispæ. (Secundum *Clusium* remiges & crura nigri sunt coloris). Oculi magni sunt & nigri. Oris anguli ultra oculos multum protenduntur; unde fit rictus valde patulus. Rostrum dilute cœruleum sive cœruleo-albicans, attamen in mandibulæ superioris extremitate flavescens, in mandibulæ inferioris apice nigricans. Pedes flavescentes; ungues vero nigri. Habitat in *Mauritia*, *Africæ Insula*.

O R D O X V I.

AVES Digitis tribus anticis, membranis desitutis; digito postico nullo cruribus in parte inferiore plumis denudatis: alisque sat magnis, & volatui idoneis præditæ.

Hujus Ordinis Avium aliæ rostrum habent conico-incurvum: alæ rostrum rectum, in apice

crassius; inter quas aliæ rostro donantur longissimo; aliæ rostro brevi præditæ sunt. Hujus Ordinis Aves in tres sectiones dividimus: in prima continentur illæ quæ rostrum habent conico-incurvum, ut *Otis*; in secunda eæ quæ rostro donantur recto & longissimo, in apice crassiori, ut *Himantopus*, *Ostralega*; in tertia tandem illæ quæ rostrum habent rectum & breve, in apice crassius, ut *Pluvialis*.

S E C T I O I.

Eæ quæ rostro donantur conico-incurvo.

Unicum genus, *Otidis* scilicet, hanc sectionem constituit.

LXVI. Genus *Otidis*.

Hujus character est

Digiti tres antici, membranis destituti; digitus posticus nullus:

Crura in parte inferiore plumis denudata:

Rostrum conico-incurvum.

* * I. O T I S.

Otis superne nigricante, fulvo & rufescente transversim striata, inferne alba, cum levissima fulvi mixtura; (capite, gutture & collo dilute cinereis, *mas*); remigibus decem primoribus nigricantibus, septem sequentibus candidis, in extremitate nigricantibus, duabus proximis albis, versus extremitatem nigricante & rufescente maculatis, reliquis candicante, rufo, nigricante & fusco variegatis; rectricibus 20, tæniis transversis & maculis nigris versus apicem notatis. . . .

L'OUTARDE.

Tarda. Linn. *Otis*. Gesn. Moebr. *Otis* sive *Tarda*.
Fonk. *Otis* seu *Tarda Avis*. Aldrov. Raj. Willugh.
Sibbald. *Otis*, *Tarda* & *Bistarda*. Charlet. *Ous*,
 seu *Tarda Isidori* & *Aldrovandi*; *Bistarda Alberti* mag-
 ni;

ni; Anser Trappa. Rzac. Tarda Pyrenaïca, fulva, maculis nigricantibus, marginibus pennarum roseis. Barr. Tarda. Frisch. *bujus icon accurata*. Linn. Tarda simpliciter. Klein. Tarda Recentiorum. Schwenck. Tarda. Bistarda. Tetrax vel Tarax Nemesiani. Gesn. Tetraon Longolio. Erythron-taon Olai magni. Schwenck. Charlet. Klein. Otarde. Alb. Edwards, *avec des figure exactes, du mâle, & de la femelle*. Otarde. Hist. de l'Acad. *avec une figure exacte*. Otarde, Houtarde, Bistarde. Bel. An *bujus speciei junior*, Oedicromo congener? Aldrov. Charlet. Fost. Germanice, TRAPP. Belgice, TRAPP-GANSS. Anglice, BUSTARD.

Craffitie Gallo-pavonem circiter æmulatur. Ipfius longitudo $3\frac{1}{2}$ pedes æquat. Rostrum $3\frac{1}{4}$ pollices longum est; cauda 9 pollices; pars crurum plumis denudata 15 lineas; digitorum anticorum medius $2\frac{1}{4}$ pollices, extimus $1\frac{1}{4}$ pollicem, intimus 18 lineas. Extremitates alarum $6\frac{1}{2}$ pedum intervallo distant; alæ complicatæ ad duas circiter tertias caudæ partes extenduntur. Ex utroque mandibulæ inferioris latere longæ oriuntur pennæ dilute cinereæ, quarum quædam trium pollicum longitudine pollent, quæque quodammodo barbam constituunt. Oculorum ambitus ex albo rufescit. Universum corpus sub pennis lanugine rosea obducitur. Oculorum irides eleganter aurantiæ. Rostrum griseo-fuscum. Pars crurum plumis denudata, pedesque cinerei; ungues vero, qui quidem sicut superne ita & inferne convexi, sunt grisei.

Fœmina a mare discrepat magnitudine, qua ei multo cedit. Ab illo præterea differt in eo quod in utroque maxillæ inferioris latere longis istis careat pennis barbam in mare constituentibus. Guttur insuper & caput ad latera fusca sunt. Partes capitæ & colli superiores dorso concolores; dorsum autem coloribus imbuitur non ita quam in mare vividis. Collum inferius cinereum. Margines alarum nigræ. In reliquis cum mare perfecte convenit.

Herbis & feminibus vicitant. Habitant in campestribus locis.

† ** 2. OTIS MINOR, ANAS CAMPESTRIS VULGO DICTA.

Otis superne nigro, fulvo, rufescente & albo eleganter variegata, inferne alba, (ad latera nigro transversim striata; pectore albo-rufescente, tæniis nigricantibus vario, *fæmina*); (collo nigro, torque albo cincto, *mas*); alarum marginibus superioribus albis; remigibus pluribus albo, nigro, & fulvo variegatis, quibusdam prorsus candidis; 18 rectricibus tæniis transversis nigricantibus notatis. . . . LA PETITE OUTARDE, APPELLEE VULGAIREMENT CANNE-PETIERE.

Tetrax. Linn. Tarda nana. Klein. Anas campestris. Fonst. Charlet. Anas campestris, Canne petiere Gallorum, seu Tetrax Bellonii. Aldrov. Willugh. Raj. Ortygometra melina, maculis fuscis. Barr. Stella. Charlet. Stella Avis. Fonst. Aldrov. Willugh. Canne petiere. Gesn. Canne petiere, nommée per aucuns, Olive. Bel. Canard de pré de France. Alb. Petite Outarde. Edwards, avec une figure exacte de la femelle. Anglice, FRENCH FIELD DUCK.

Cum *Pbafiano* crassitie circiter convenit. Ipsi longitudo $1\frac{1}{2}$ pedem explet. Rostrum 16 lineas longum est; cauda 4 pollices; pars crurum plumis denudata 11 lineas; digitorum anticorum medius $1\frac{1}{2}$ pollicem, extimus unum pollicem, intimus 11 lineas. Extremitatum alarum distantia est $2\frac{1}{2}$ pedum & 6 linearum; alæ complicatæ nonnihil ultra tres quartas caudæ partes extenduntur. Universum corpus sub pennis lanugine rosea obducitur. Rostrum griseo-fuscum. Pars crurum plumis denudata, pedes, unguesque grisei.

Fæmina coloribus paululum a *mare* differt.

Herbis & feminibus vicitant. Habitant in campestribus locis.

3. OTIS ARABICA.

Otis cristata, superne rufescens, nigricante transversim striata, inferne alba; capitis anteriore parte albicante; crista & tænia supra oculos nigris; gutture & collo inferiore cinereis, fusco transversim striatis; alarum tectricibus inferioribus albis, superioribus rufescentibus, macula alba lunulata terminatis; remigibus majoribus nigris, sequentibus albo & nigro variis, corpori vicinioribus rufescentibus, nigricante transversim striatis; rectricibus tæniis transversis nigris versus apicem notatis. . . . L'OUTARDE D'ARABIE.

Tarda Arabs. Linn. Tarda Mechaensis Arabica. Klein, Outarde d'Arabie. Edwards, avec une figure très-exacte.

Otidem nostratam crassitie circiter æmulatur; sed cruribus & rostro longioribus, colloque graciliori donatur. Rostrum $3\frac{1}{2}$ pollices longum est. Oculorum irides obscure fuscæ. Rostrum dilute corneo colore tinctum, versus rostri apicem nonnihil obscuriore. Nares oblongæ, & versus mandibulæ superioris exortum collocatæ. Pars crurum plumis denudata, pedes, unguesque dilute fusci. Habitat circa Mocham in Arabia felice.

S E C T I O II.

Eæ quæ rostro donantur recto, longissimo, in apice crassiori.

Duo in illa sectione continentur genera Avium, rostri forma a se invicem discrepantium. Aliæ enim rostro donantur cylindræo, ut *Himantopus*: aliæ vero rostro lateraliter plano præditæ sunt, ut *Ostralega*.

LXVII. Genus *Himantopi*.

Hujus character est

Di.

Digiti tres antici, membranis destituti; digitus posticus nullus:

Crura in parte inferiore plumis denudata:

Rostrum rectum, longissimum, cylindraceum, in apice crassius.

† ** I. HIMANTOPUS.

Himantopus candidus; dorso supremo & alis nigro-viridantibus; occipitio nigro; ex 12 rectricibus, decem intermediis cinereo-albis, utrinque extrema fere penitus candida. . . L'ÉCHASSE. (1)

Himantopus castaneus, rostro nigro, tibiis pedibusque sanguineis. *Barr.* Himantopus. *Fonst. Charlet. Sloane, Aldrov. Sibbald. Marfil. Klein. Linn. Willugh. Raj.* Himantopus Maderaspatanus, e nigro albente, cruribus rubris. *Raj.* Hæmatopus. *Gesn.* Grand Chevalier d'Italie. *Bel.* Germanice, FROEMDER VOGEL. *Belgice,* MATHOEN. *Anglice,* LONGLEGS.

Columbæ Livix crassitie cedit. Ipsi longitudo $12\frac{1}{4}$ pollices æquat, & ad extremos unguis $1\frac{1}{2}$ pedem & 6 lineas. Rostrum $2\frac{1}{2}$ pollices longum est; cauda $3\frac{1}{4}$ pollices; pars crurum plumis denudata $3\frac{1}{2}$ pollices; digitorum anticorum medius cum ungue $1\frac{7}{8}$ pollicem, extimus $15\frac{1}{2}$ lineas, intimus 14 lineas. Extimus digitus cum medio membranula, ad primum usque articulum protensa, connectitur. Extremitates alarum $2\frac{1}{4}$ pedum intervallo distant; alæ complicatæ ad $2\frac{1}{2}$ pollicum distantiam ultra caudam extremam protenduntur. Rostrum nigrum. Pars crurum plumis denudata, pedesque rubri; unguis vero nigricantes. Maris littora frequentat.

2. HIMANTOPUS MEXICANUS.

Himantopus candidus; alis albo & nigro variis; capite

(1) *Ecbasse*, nomen a me speciebus hujusce generis inditum, propter crurum longitudinem.

pite superiore nigro; rectricibus 12 candidis. . . .
L'ÉCHASSE DU MEXIQUE.

Comaltecatl. Fern. Raj.

Crassitie præcedentem antecellit. Ipsius longitudo 15 pollices æquat, & ad extremos unguis $1\frac{2}{3}$ pedem & 3 lineas. Rostrum 4 pollices longum est; cauda $3\frac{1}{2}$ pollices; pars crurum plumis denudata $3\frac{1}{2}$ pollices; digitorum anticorum medius $1\frac{2}{3}$ pollicem: laterales paulo sunt breviores. Rostrum nigrum. Pars crurum plumis denudata & pedes rubescentes; unguis vero nigricantes. Hyeme habitat in Mexico.

LXVIII. Genus *Ostralega*.

Hujus character est

Digiti tres antichi, membranis destituti; digitus posticus nullus:

Crura in parte inferiore plumis denudata:

Rostrum rectum, longissimum, lateraliter planum, in apice crassius.

† ** I. OSTRALEGA, PICA MARINA VULGO DICTA.

Ostralega superne nigra, inferne & in uropygio alba; capite & collo nigris; torque albo & nigro variegato; minuta macula infra oculos candida; remigibus nigro & albo variis; rectricibus in exitu albis, in apice nigris, . . . L'HUITRIER, APPELLÉ VULGAIREMENT PIE DE MER.

Ostralega. Klein. Hæmatopus. Ostralegus. Linn. Hæmatopus. Gefn. Bell. Charlet. Sibbald. Moebr. Hæmatopus Bellonii. Aldrov. Jonst. Raj. Hæmatopus Bellonii; Pica marina Gallorum & Anglorum. Willughb. Himantopus corpore gracili & adducto, rostro pedibusque rubentibus. Barr. Pica marina. Charlet. Linn. Preneur d'Huitres. Catesb. avec une figure assez exacte. Pie de mer. Alb. Pie de mer, Beccasse de mer. Bel. Oiseau appelé Hæmatopus marinus. Feuillée. Anglice, SEA-PIE, OYSTER CATCHER.

Cras.

Crassitie *Cornicem* adæquat, superatve. Ipsi-
 gitudo $16\frac{1}{2}$ pollices explet, & ad extremos unguis
 $15\frac{1}{2}$ pollices. Rostrum 3 pollices & $1\frac{1}{2}$ lineam lon-
 gum est; cauda $4\frac{1}{2}$ pollices; pars crurum plumis
 denudata 3 lineas; digitorum anticorum medius $1\frac{1}{2}$
 pollicem, extimus 15 lineas, intimus 13 lineas. Ex-
 timus digitus cum medio connectitur membranula
 ad primum usque articulum, & etiam nonnihil ul-
 tra, producta. Extremitatum alarum distantia est
 $2\frac{7}{7}$ pedum & 6 linearum; alæ complicatæ ad tres
 circiter quartas caudæ partes protenduntur. Ocu-
 lorum irides luteæ: palpebræ rubræ. Rostrum pa-
 riter rubrum. Pars crurum plumis denudata, pe-
 desque sanguinei coloris; unguis vero nigricantes.
 Maris littora frequentat, ibique maximam *Ostrearum*
 copiam devorat; unde *Ostralegæ* nomen.

S E C T I O III.

*Eæ quæ rostro donantur recto, brevi, in apice
 crassiori.*

In hac sectione unicum continetur genus, scilicet
Pluvialis.

LXIX. Genus *Pluvialis.*

Hujus character est

Digitus tres antici, membranis destituti; digitus
 posticus nullus:

Crura in parte inferiore plumis denudata:

Rostrum rectum, breve, in apice crassius.

† ** I. PLUVIALIS AUREA.

Pluvialis superne nigricans, maculis flavescens
 varia, inferne alba; collo inferiore & pectore
 griseis, maculis flavescens variegatis; remi-
 gibus subtus dilute cinereis, majoribus superne
 aureo-fuscis, minoribus quibusdam albo in apice
 marginatis, aliis nigricantibus maculis flavescen-
 tibus

tibus ad margines variis; rectricibus 12 nigricantibus, albo-flavicante transversim striatis. . . .
LE PLUVIER DORÉ.

Pluvialis cinereus, luteis & albis maculis. *Barr.* Pluvialis. *Gesn. Aldrov.* Pluvialis viridis. *Willugh. Raj. Sloane. Sibbald. Linn.* Pluvialis viridis, seu Pardalis. *Marfil.* Pluvialis viridis *Gesneri*; *Pardalus tertius Schwenckfeldii*; *Vivago Bodini*; *Gallina novalis media. Rzac.* Pluvialis flavescens. *Fonst.* Pluvialis flavovirescens. *Charlet.* Pluvialis, s. *Pardela. Frisch. bujus icon satis accurata.* *Pardalus tertius. Schwenck. Gavia viridis. Klein.* *Charadrius. Moebr.* *Goriones* o *Pardales* de *Oviedo. Raj.* *Pluvier Bel. Pluvier verd. Alb.* *Germanice, BRACH-VOGEL. Belgice, PLEVIER. Anglice, GREEN PLOVER.*

Cum *Turture* crassitie convenit. Ipsius longitudo $10\frac{1}{4}$ pollices æquat. Rostrum 13 lineas longum est; cauda 3 pollices; pars crurum plumis denudata 7 lineas; digitorum anticorum medius $13\frac{1}{2}$ lineas, extimus $10\frac{1}{2}$ lineas, intimus $9\frac{1}{2}$ lineas. Extimus digitus cum medio connectitur membranula ad primum usque articulum extensa. Extremitates alarum $1\frac{1}{2}$ pedis & 8 linearum intervallo distant; alæ complicatæ caudam extremam attingunt. Oculorum pupilla nigra: ipsorum irides obscure rubræ. Rostrum, pars crurum plumis denudata, pedes, unguesque nigricantes. In campestribus locis habitat, & juxta aquas quoque versatur.

2. PLUVIALIS AUREA MINOR.

Pluvialis superne nigricans, maculis flavescens varia, inferne alba; remigibus fuscis, majoribus mediotenus secundum longitudinem candidis; rectricibus 12 nigricantibus, albo-flavicante ad margines maculatis. . . . LE PETIT PLUVIER DORÉ.

Pluvialis altera species. *Gesn.* Pluvialis, seu *Pardalus minor*; *Gallina novalis minor. Rzac.* *Pardalus quartus. Schwenck.* *Germanice, KLEINER BRACH-VOGEL.*

Magni-

Magnitudine & crassitie nonnihil præcedenti cedit. Rostrum habet unum pollicem longum. Alæ longæ sunt. Rostrum nigrum. Pars crurum plumis denudata, pedesque obscure lutescentes; ungues vero nigri. In campestribus locis & juxta aquas degit.

† ** 3. PLUVIALIS DOMINICENSIS AUREA.

Pluvialis superne nigricans, maculis flavescensibus varia, inferne alba; plumulis ad basim rostri & gutture albo-rufescentibus; collo inferiore & pectore dilute griseis, marginibus pennarum flavescensibus; remigibus superne fuscis, scapis versus extremitatem candidis; rectricibus 12 fuscis, albo-flavicante ad margines maculatis. . . . LE PLUVIER DORÉ DE S. DOMINGUE.

Pluvialem auream nostratam crassitie circiter æmularatur. Ipsius longitudo $9\frac{1}{2}$ pollices explet. Rostrum unum pollicem longum est; cauda $2\frac{1}{2}$ pollices; pars crurum plumis denudata 11 lineas; digitorum anteriorum medius 13 lineas, extimus 10 lineas, intimus $8\frac{1}{2}$ lineas. Extimus digitus cum medio connectitur membranula ad primum usque articulum extensa. Extremitatum alarum distantia est $1\frac{2}{3}$ pedis & 6 linearum; alæ complicatæ ad 10 linearum distantiam ultra caudam extremam protenduntur. Rostrum nigrum. Pars crurum plumis denudata, pedesque sunt grisei; ungues vero nigricantes. Habitat in *Dominicensi Insula*.

4. PLUVIALIS AUREA FRETII HUDSONIS.

Pluvialis superne nigricans, maculis flavo-aurantiis varia, inferne nigra; plumulis ad basim mandibulæ superioris nigris; tænia in sincipite alba, supra oculos & secundum colli latera protensa, collum inferius ambiente; remigibus majoribus obscure nigris, minoribus & 12 rectricibus fusco &

& nigro transversim striatis. . . . LE PLUVIER
DORÉ DE LA BAYE DE HUDSON.

Charadrius apicarius. Linn. Pluvier moucheté. Ed-
wards, avec une figure exacte. Anglice, SPOTTED-
PLOVER.

Cum præcedente crassitie circiter convenit. Ipsi-
us longitudo 11 pollices æquat. Rostrum unum polli-
cem longum est; cauda $2\frac{1}{2}$ pollices; pars crurum
plumis denudata 6 lineas; digitorum anticorum me-
dius cum ungue unum pollicem, extimus 10 lineas,
intimus 9 lineas. Extimus digitus cum medio con-
nectitur membranula ad primum usque articulum ex-
tensa. Alæ complicatæ nonnihil ultra caudam ex-
tremam protenduntur. Rostrum, pars crurum plu-
mis denudata, pedes, unguesque nigri. Habitat
in *Freto Hudsonis*, & in Septentrionali *Sueciæ* re-
gione.

† ** 5. PLUVIALIS MINOR SIVE MORINELLUS.

Pluvialis superne griseo-fusca, marginibus penna-
rum rufescentibus, inferne rufescens; capite su-
periore fuliginoso, rufescente vario; tænia pone
oculos, albo-rufescente; (ventre supremo fuli-
ginoso *mas*); imo ventre albo; remigibus pleris-
que subtus cinereo-albis, superne griseo-rufes-
centibus, vel griseis albo-fimbriatis; rectricibus
12 griseis, in apice fuscis, quatuor utrinque exti-
mis albo terminatis. . . . LE PETIT PLUVIER OU
LE GUIGNARD.

Morinellus. Charlet. Sibbald. Linn. Morinellus An-
glorum. Gesn. Aldrov. Willugh. Raj. Charadrius
Lapponicus. Linn. (*Fœmina*). Gavia Morinellus
simpliciter. Klein. Dottralle des Anglois. Alb. avec
des figures passables. Anglice, DOTTERELL.

Pluviali aureæ crassitie cedit. Ipsi-
us longitudo $8\frac{1}{2}$ pollices æquat. Rostrum $9\frac{1}{2}$ lineas longum est; cau-
da $2\frac{1}{2}$ pollices; pars crurum plumis denudata $5\frac{1}{2}$ li-
neas;

neas; digitorum anticorum medius 10 lineas, extimus 8 lineas, intimus 7 lineas. Extimus digitus cum medio connectitur membranula ad primum usque articulum extensa. Extremitates alarum 16 $\frac{1}{2}$ pollicum intervallo distant; aë complicatæ caudam fere extremam attingunt. Rostrum, unguesque nigri; pars crurum plumis denudata & pedes fusci.

Fœmina a mare discrepat ventre supremo nequam fuliginoso.

In campestribus locis habitant, & juxta aquas quandoque degunt.

6. MORINELLUS ANGLICANUS.

Pluvialis superne griseo-fusca, marginibus pennarum flavescens, inferne albo-fulvescens; capite superiore albo, flavescens & griseo-fusco vario; tænia supra oculos candida; remigibus majoribus nigris, prima exterius alba; ex 12 rectricibus binis intermediis griseo-fuscis, lateraliibus albis. . . . LE GUIGNARD D'ANGLETERRE.

Gavia Morinella altera. Klein. Dotralle de la Province de Lincoln. *Alb.* Anglice, DOTTREL.

Cum præcedente crassitie fere convenit. Ipsi longitudo 9 circiter pollices æquat. Rostrum habet unum fere pollicem longum. Extremitates alarum 1 $\frac{1}{2}$ pedis intervallo distant; aë complicatæ caudam fere extremam attingunt. Oculorum pupilla nigra; ipsorum irides candicantes. Rostrum nigrum. Pars crurum plumis denudata, pedesque virescentes; ungues vero nigricantes. Extimus digitus cum medio connectitur membranula ad primum usque articulum extensa. Habitat in Anglia in Comitatu Lincolnie.

† ** 7. PLUVIALIS TORQUATA.

Pluvialis superne griseo-fusca, inferne alba; tænia supra oculos albo-rufescente; torque duplici,

supremo albo, infimo nigricante; remigibus fusco nigricantibus, interius albis, minoribus candidis, fusco-nigricante oblique terminatis; ex 12 rectricibus octo intermediis griseo-fuscis, versus apicem nigricantibus, in apice albis, binis utrinque extimis candidis, extima exterius griseo-fusco, proxime sequenti interius nigricante maculata. . . . LE PLUVIER A COLLIER.

AN Charadrius Alexandrinus? Charadrius Ægyptius? Linn.
Cinclus s. Vanellus minimus. *Frisch. bujus icon accurata.*

Craffitie *Turdum Iliacum* paululum antecellit. Ipsi-
us longitudo $7\frac{1}{2}$ pollices æquat. Rostrum $7\frac{1}{2}$ lineas
longum est; cauda $2\frac{1}{2}$ pollices; pars crurum plumis
denudata $6\frac{1}{2}$ lineas; digitorum anticorum medius 10
lineas, extimus 8 lineas, intimus $6\frac{1}{2}$ lineas. Exti-
mus digitus cum medio connectitur membranula ad
primum usque articulum extensa. Extremitatum
alarum distantia est $14\frac{1}{2}$ pollicum; alæ complicatæ
ad caudæ extremitatem pertingunt. Rostrum, un-
guesque nigri sunt coloris; pars crurum plumis denu-
data, pedesque rubri. Maris littora frequentat.

† ** 8. PLUVIALIS TORQUATA MINOR.

Pluvialis superne griseo-fusca, inferne alba; tænia
in syncipite transversa candida, nigro circumda-
ta; fascia per oculos nigra; torque duplici, su-
premo albo, infimo nigro; remigibus fuscis, al-
bo variis; ex 12 rectricibus octo intermediis gri-
seo-fuscis, versus apicem nigricantibus, tribus
utrinque lateralibus in apice albis, sequenti in
exortu & apice alba, in medio fusco-nigricante,
utrinque extima candida, interius fusco-nigri-
cante maculata. . . . LE PETIT PLUVIER A COL-
LIER.

Cinclus seu Vanellus minimus. *Frisch. bujus icon accurata.*
Charadrius. *Charlet. Sibbald.* Charadrius, sive Hia-
ticula.



ticula. *Aldrov. Jonst. Willughb. Raj. Sloane.* Charadrius, seu Hiaticula Willughby; Icterus; Galgulus aliorum. *Rzac.* Hiaticula. *Linn.* Gavia littoralis. *Klein.* Matuitui Brasiliensibus. *Marcgr. Jonst.* Alouette de mer. *Alb. avec une figure passable.* An Pluvier, ou Pluvialis miniatis cruribus? *Feuillée. Anglice,* SEA-LARK.

Præcedenti nonnihil crassitie cedit. Ipsi longitudo $6\frac{1}{2}$ pollices explet. Rostrum 7 lineas longum est; cauda 2 pollices; pars crurum plumis denudata 5 lineas; digitorum anticorum medius $9\frac{1}{2}$ lineas, extimus $7\frac{1}{2}$ lineas, intimus 6 lineas. Extremitatum alarum distantia est 14 pollicum; alæ complicatæ caudam fere extremam attingunt. Oculorum irides avellanæ. Rostrum ab ipsius exortu versus extremitatem usque eleganter aurantium, ad apicem nigrum. Pars crurum plumis denudata & pedes similiter eleganter aurantii; unguis vero nigri. Trium digitorum anticorum medius cum extimo digito connectitur membranula ab ipsius exortu ad primum usque articulum extensa. Maris littora frequentat; ibique in rupibus nidificat. Ova ponit viridescentia, fusco maculata, extremitate quidem obtusa penitus fusca.

9. PLUVIALIS VIRGINIANA TORQUATA.

Pluvialis superne griseo-fusca, inferne alba; tænia in sincipite candida, per oculos protensa; macula in vertice & tænia infra oculos nigris; torque duplici, supremo albo, infimo nigro; uropygio rufo; remigibus fuscis; rectricibus 12 in exortu rufis, versus apicem nigris, in apice rufescentibus. . . . LE PLUVIER A COLLIER DE VIRGINIE.

Charadrius vociferus. *Linn.* Gavia brachyptera, vocifera. *Klein.* Pluvier criard. *Catesb. avec une figure très-exacte.* *Anglice,* CHATTERING PLOVER.

Morinellum nonnihil crassitie superat. Ipsi longitudo $9\frac{1}{2}$ pollices circiter explet. Rostrum 13 lineas lon-

longum est; cauda 4 pollices; pars crurum plumis denudata 4 lineas; digitorum medius 11 lineas, extimus 9 lineas, intimus 8 lineas. Extimus digitus cum medio connectitur membranula ad primum usque articulum extensa. Alæ complicatæ nonnihil ultra tres quartas caudæ partes extenduntur. Palpebræ rubræ sunt. Rostrum nigrum. Pars crurum plumis denudata, pedesque dilutissime lutei, ungues vero nigricantes. Habitat in *Virginia & Carolina*.

† ** 10. PLUVIALIS DOMINICENSIS TORQUATA.

Pluvialis superne griseo-fusca, marginibus pennarum rufescentibus, inferne alba; tænia in synipite candida, supra oculos protensa; macula in vertice nigra; torque duplici, supremo albo, infimo nigro; tænia transversa in pectore nigro & albo varia; uropygio rufo; remigibus plerisque nigris, albo variis, una prorsus candida, reliquis griseo-fuscis; ex 12 rectricibus binis intermediis griseo-fuscis, in apice rufescentibus, binis utrinque proximis griseo-fuscis, versus apicem nigris, in apice rufescentibus, tribus utrinque extimis rufis, versus apicem nigris, in apice albis, extrema in exortu alba, nigricante transversim striata. . . . LE PLUVIER A COLLIER DE S. DOMINGUE.

Craffitie *Pluvialem torquatam nostratem* circiter æmulatur. Ipsius longitudo $8\frac{1}{2}$ pollices explet. Rostrum 10 lineas longum est; cauda $3\frac{1}{2}$ pollices; pars crurum plumis denudata $8\frac{1}{2}$ lineas; digitorum medius 11 lineas, extimus 9 lineas, intimus 8 lineas. Extimus digitus cum medio connectitur membranula ad primum usque articulum extensa. Extremitates alarum $1\frac{1}{2}$ pedis intervallo distant; alæ complicatæ ad caudæ extremitatem pertingunt. Rostrum cinereo-cærulescens, excepto apice nigro. Pars crurum plumis denudata & pedes quoque cinereo-cærulescentes; ungues vero nigri. Habitat in *Dominicensi Insula*.

II. PLUVIALIS JAMAÏCENSIS TORQUATA.

Pluvialis superne obscure fusca, inferne alba; pectore nigris maculis vario; torque albo; remigibus obscure fuscis; 12 rectricibus albidis, rufo & nigricante variegatis. . . . LE PLUVIER A COLLIER DE LA JAMAÏQUE.

Pluvialis viridis ex fusco & albo varia, cauda longiore. *Sloane.* Pluvialis ex fusco & albo varia, cauda longiore. *Raj.* Tringa subcinerea ventre albido, collo annulo albo nigro marginato cincto. *Browne.* *Anglice,* GREATEST SNIPE.

Præcedenti paululum crassitie cedit. Ipsi longitudine 8 circiter pollices explet. Rostrum unum pollicem longum est; cauda $3\frac{1}{2}$ pollices; pars crurum plumis denudata 6 lineas; digitorum medius 13 lineas, extimus $10\frac{1}{2}$ lineas, intimus 9 lineas. Extimus digitus cum medio connectitur membranula ad primum usque articulum extensa. Extremitates alarum 16 pollicum intervallo distant; alæ complicitate ad caudam fere extremam pertingunt. Palpebræ aurantiæ. Rostrum nigrum. Pars crurum plumis denudata & pedes albicantes, omnibus tamen articulis nigricantibus; unguis vero nigri. Habitat in *Jamaïca*, ibique juxta flumina degit.

† ** 12. PLUVIALIS MAJOR, OEDICNEMUS VULGO DICTA.

Pluvialis superne griseo-fulva, pennis in medio fuscis, circa margines fulvis, inferne fulva, medio pennarum in collo inferiore & supremo pectore fusco; tænia supra & infra oculos albo-fulvescente; lineola infra oculos fusca; remigibus plerisque nigricantibus & albo variis, quibusdam griseis albo marginatis; ex 12 rectricibus sex intermediis griseis, fasciis fuscis circumferentiæ parallelis, tribus utrinque extimis candidis, binis utrinque extimæ proximis nigricante transversim

striatis, lateralibus nigricante terminatis. . . .
 LE GRAND PLOUVIER, APPELLÉ VULGAIREMENT
 COURLY DE TERRE.

Oedicnemus Bellonii. *Aldrov. Jonst. Willugh. Raj. Char-*
let. Charadrius. *Gesn.* Charadrius brevicaudus,
 rufescens, maculatus. *Barr.* Charadrius, f. Plu-
 vialis maximus. *Frisch. bujus icon accurata satis.* Oe-
 dicnemus. *Linn.* Gavia rostro virescente, conico,
 acuto. *Klein.* Arquatae congener, seu minor. *Char-*
let. Fedoæ tertia species. *Willugh.* Fedoæ nostra
 tertia. *Raj.* Ostardeau ou Oedicnemus. *Bel.* Ou-
 tarde ou Ostarde & Bitarde. *Alb.* Germanice, TRIEL
 ou GRIEL. *Anglice,* STONE CURLEW.

Craffitie *Columbam Romanam* antecellit. Ipsi-
 us longitudo $15\frac{3}{4}$ pollices æquat. Rostrum unum pol-
 licem & $10\frac{1}{2}$ lineas longum est; cauda $5\frac{1}{2}$ pollices;
 pars crurum plumis denudata $1\frac{1}{2}$ pollicem: digitorum
 medius 16 lineas, extimus unum pollicem, intimus
 11 lineas. Extimus digitus cum medio connecti-
 tur membranula ad primum usque articulum exten-
 sa. Extremitatum alarum distantia est $2\frac{1}{2}$ pedum to-
 tidem pollicum & 6 linearum; alæ complicatæ ad
 duas tertias caudæ partes protenduntur. Oculorum
 irides & palpebræ sunt luteæ. Infra utrumque o-
 culum spatium extat plumis denudatum, luteo-vi-
 ridescente colore tinctum. Rostrum quoque ab ip-
 sius exortu ultra nares usque luteo-viridescens, a
 naribus ad apicem usque nigrum. Pars crurum plu-
 mis denudata, pedesque luteo-viridescens; un-
 gues vero nigri. In campestribus locis habitat.

13. PLUVIALIS BENGALENSIS MAJOR.

Pluvialis superne splendide fusca, nigro respersa,
 inferne nigra; capite superiore, gutture & collo
 nigris; genis dilute castaneis; remigibus majori-
 bus exterius albis, in apice cinereis, reliquis vel
 candidis vel griseis, nigro maculatis; 12 rectrici-
 bus splendide fuscis, punctulis & tæniis transver-

sis nigris notatis. . . LE GRAND PLUVIER DE BENGALÉ.

Outarde des Indes. *Edwards*, avec une figure exacte. *Anglice*, INDIAN BUSTARD.

Pro ratione magnitudinis corpore gracili donatur. Ipsi longitudo $1\frac{1}{2}$ pedem circiter explet. Rostrum $2\frac{1}{2}$ pollices circiter longum est; cauda 5, pollices; pars crurum plumis denudata 2 circiter pollices; pes $5\frac{1}{2}$ pollices; digitorum medius $1\frac{1}{2}$ pollicem: laterales multo sunt breviores. Alæ complicatæ ad duas circiter tertias caudæ partes protendantur. Oculi sunt magni: ipsorum irides avellaneæ, palpebræ vero cineræ. Pars crurum plumis denudata, pedesque candicantes; unguis vero fuscus. Habitat in *Bengalensi* Regno.

14. PLUVIALIS PERSICA CRISTATA.

Pluvialis cristata, superne castaneo-fusca, inferne nigra; pectore ad violaceum inclinante; imo ventre albo; capite superiore & crista nigro-viridantibus; genis, occipitio & collo ad latera candidis; alarum marginibus albo & nigro variegatis; remigibus majoribus nigris, minoribus castaneis; 12 rectricibus albis, in apice nigris. . . LE PLUVIER HUPÉ DE PERSE.

Charadrius cristatus. *Linn.* Gavia, s. Vanellus Indicus. *Klein.* Pluvier des Indes à la gorge noire. *Edwards*, avec une figure exacte. Pluvier à ailes éperonnées. *Edwards*, avec une figure exacte de la femelle. *Anglice*, SPUR-WINGED PLOVER.

Crassitie *Vanellum* paululum antecellit. Ipsi longitudo 10 circiter pollices æquat. Rostrum 13 lineas longum est; cauda 3 pollices; pars crurum plumis denudata 8 lineas; digitorum anticorum medius 16 lineas, extimus 13 lineas, intimus 11 lineas. Alæ complicatæ caudæ extremitatem pertingunt. Rostrum quoque nigrum. Pars crurum plumis de-

nudata, pedes, unguesque faturate fusci. Habitat in *Persia* Regno.

Fœmina, ab *Edwardo* descripta, discrepat a *mare*, toto collo candido, nigro colore guttur tingente pectoris nigredini non coadunato, colore nigro ad violaceum non vergente, & caudæ rectrice utrinque extima albo terminata.

In hac specie, supra cujuslibet alæ partem supremam, calcar extat acutissimum, substantia cornu æmula conflatum. Illud non indicavit *Edwardus* in icone maris ab ipso depicta.

† ** 15. PLUVIALIS SENEGALENSIS ARMATA.

Pluvialis cristata, superne grisea, inferne albo-fulva; capite, crista, gutture & macula ferri equini æmula in medio ventre nigris; remigibus novem primoribus nigris, decem proxime sequentibus in exortu albo-fulvis, in extremitate nigris, reliquis albo fulvis, & griseis; 12 rectricibus albo-fulvis, nigro terminatis, binis utrinque extimis albo-fulvo in apice marginatis; alis armatis. . . . LE PLUVIER ARMÉ DU SÉNÉGAL.

Charadrius spinosus. *Linn.*

Cum *Pluviale aurea* crassitie circiter convenit. Ipsius longitudo $11\frac{1}{4}$ pollices æquat. Rostrum $13\frac{1}{2}$ lineas longum est; cauda $3\frac{7}{8}$ pollices; pars crurum plumis denudata unum pollicem; digitorum medius 13 lineas, extimus 11 lineas, intimus 9 lineas. Extimus digitus cum medio connectitur membrana ad primum usque articulum protensa. Extremitates alarum $1\frac{1}{2}$ pedis & 6 linearum intervallo distant; alæ complicatæ ad 4 linearum distantiam ultra caudam extremam protenduntur. In utriusque alæ summitate, calcar extat substantiæ cornu æmulæ, $6\frac{1}{2}$ lineas longum, acutissimum & nigrum. Rostrum, pars crurum plumis denudata, pedes, unguesque nigri. Habitat in *Senegalensi* regione.

** 16. PLUVIALIS MINIMA INDICA.

Pluvialis superne fusca, inferne sordide alba; summo pectore duabus tæniis transversis fuscis distincto; primoribus remigibus fuscis, cæteris nigricantibus; rectricibus in exortu albis, versus extremitatem fuscis. . . . LE PETIT PLUVIER DES INDES.

Cum *Alauda* crassitie fere convenit. Ipsi longitudo 6 pollices æquat. Rostrum 9 lineas longum est; cauda 2½ pollices; pars crurum plumis denudata 11 lineas; digitorum medius 9 lineas, extimus 7 lineas, intimus omnium brevissimus. Extremitates alarum 5½ pollicum intervallo distant; alæ complicatæ ad extremam caudam extenduntur. Rostrum pedesque nigricant. Habitat in *India Orientali*.

O R D O XVII.

AVES Digitis quatuor, membranis destitutis, tribus scilicet anticis, uno postico: cruribus in parte inferiore plumis denudatis: alisque sat magnis, & volatui idoneis prædita.

Inter hujus Ordinis Aves aliæ rostro donantur recto, apice crassiori: aliæ rostro subrecto, sursum modice tendente, & horizontaliter paululum compresso: aliæ rostro superne convexo, & apice lateraliter compresso: aliæ rostro recto, lateraliter compresso: aliæ rostro gracili: aliæ rostro deorsum arcuato: aliæ rostro recto, horizontaliter plano; apice ampliato, subrotundo, spathæformi: aliæ rostro crasso & longo: aliæ rostro crasso, brevi; mandibula superiore cochleariformi, in apice unguiculata: aliæ rostro brevi, recto, apice conico: aliæ rostro

conico-incurvo: aliæ tandem rostro conico, lateraliter compresso. Hujus Ordinis Aves in duodecim sectiones dividuntur: prima continet eas quæ rostro donantur recto, apice crassiori, ut *Vanellus*, *Jacana*: secunda eas quæ rostrum habent subrectum, sursum modice tendens, & horizontaliter paululum compressum, ut *Arenaria*: tertia illas quæ rostrum habent superne convexum, in apice lateraliter compressum, ut *Glareola*: quarta eas quæ rostrum habent rectum, lateraliter compressum; quæ omnes corpore donantur quoque lateraliter compresso, ut *Rallus*: quinta illas quæ rostrum habent gracile, ut *Tringa*, *Limosa*, *Scolopax*: sexta illas quæ rostrum habent deorsum arcuatum, ut *Numenius*: septima eas quæ rostrum habent rectum, horizontaliter planum; ipsius apice ampliato, subrotundo, spathæformi, ut *Platea*: octava illas quæ rostro donantur crasso & longo, ut *Ciconia*, *Ardea*, *Scopus*: nona eas quæ rostrum habent crassum & breve; ipsius mandibula superiore cochleariformi, in apice unguiculata, ut *Cochlearius*: decima illas quæ rostrum habent breve & rectum; ipsius apice conico; istæ autem in capite ornantur corolla plumis, Graminis radicum æmulis, conflata, ut *Balearica*: undecima eas quæ rostrum habent conico-incurvum, ut *Cariama*, *Anhima*: duodecima tandem illas quæ rostro donantur conico, lateraliter compresso; quæ omnes calvitio in fronte præditæ sunt, ut *Porphyrio*.

S E C T I O I.

Eæ quæ rostrum habent rectum, in apice crassius.

Sectio ista duobus constat generibus Avium, unguiculorum longitudine a se invicem discrepantium. Aliæ enim unguiculis donantur brevissimis, ut *Vanellus*: aliæ unguiculis gaudent longissimis, ut *Jacana*.

LXX. Genus Vanelli.

Hujus character est

Digiti quatuor, membranis deslituti; tres scilicet
antici, posticus unus:

Crura in parte inferiore plumis denudata:

Rostrum rectum, in apice crassius:

Unguiculi brevissimi.

† ** I. VANELLUS.

Vanellus cristatus, superne viridi-aureus, inferne
albus; capite superiore nigro-viridante; crista
nigra; tænia infra oculos nigricante; gutture
albo; collo inferiore nigro-viridante, pennis in
apice albo fimbriatis; remigibus plerisque vel
prorsus nigris, vel nigro & albo variis, quibus-
dam in exortu candidis, in reliqua longitudine
viridi-aureis; rectricibus decem intermediis in
prima medietate candidis, altera nigris, in apice
albido marginatis, utrinque extrema candida, ma-
cula nigra interius insignita. . . . LE VANNEAU.

Vanellus torquatus, pectore albo, dorso & alis virescen-
tibus. *Barr.* Vanellus. *Gesn. bujus icon satis accu-
rata. Schwenck. Fonst. Charlet. Linn. Moebr. Frisch.
bujus icon satis accurata.* Vanellus Aldrovandi;
Gavia cinerea; Capella Gazæ; Pavo agrestis. *Rzac.*
Capella. *Charlet.* Capella Avis. *Gesn.* Capella,
seu Vanellus. *Aldrov. bujus icon satis accurata. Wil-
lugh. bujus icon satis accurata. Raj. Sibbald.* Gavia
vulgaris. *Klein.* Parcus; Parra Plinii. *Schwenck.*
Kyvitta, *Schwenckfeldii.* Vaneau, nommé par au-
cuns Dixhuit, & par d'autres Papechieu. *Bel.* Va-
neau. *Alb.* Germanice, GXVIT. *Belgice, KIE-
VIT.* Anglice, LAP-WING.

Columbam crassitie circiter æmulatur. Ipsius lon-
gitudò 12½ pollices æquat. Rostrum 13½ lineas
longum est; cauda 4½ pollices; pars crurum plumis
denudata 6½ lineas; digitorum anticorum medius 15
lineas, extimus unum pollicem, intimus 11 lineas;
posti-

posticus $3\frac{1}{2}$ tantum lineas. Trium digitorum anteriorum medius cum extimo digito connectitur membranula ad primum usque articulum extensa. Extremitates alarum $2\frac{1}{2}$ pedum intervallo distant; alæ complicatæ ad caudam fere extremam pertingunt. Ab occipitio pennæ oriuntur nigræ, longissimæ, strictæ, elegantem cristam efficientes: ex istis autem pennis quædam $3\frac{1}{2}$ pollicum longitudinem obtinent. Oculorum irides avellanæ. Rostrum, unguesque nigri. Pars crurum plumis denudata & pedes fusco-rubescens.

Fœmina a mare differt magnitudine qua ei paululum cedit, & coloribus in parte corporis superiore non ita vividis. Ab illo quoque discrepat crista multo breviori. in reliquis cum illo perfecte convenit.

Insectis victitant. In campestribus locis & juxta aquas degunt.

† ** 2. VANELLUS GRISEUS.

Vanellus superne griseo-fuscus, marginibus pennarum albidis, inferne albo & fusco-nigricante varius; gutture & imo ventre albis; remigibus plerisque fusco-nigricantibus, interius pro parte candidis, & exterius macula similiter candida insignitis, tribus corpori vicinioribus prorsus griseo-fuscis; 12 rectricibus candidis, fusco transversim striatis. . . . LE VANNEAU GRIS.

Pardalus. *Gesn.* Pardalus secundus. *Schwenck.* Pluvialis cinerea, seu Pardalus Aristotelis. *Aldrov.* Pluvialis cinerea. *Fonst. Raj. Charlet. Rzac.* Pluvialis cinerea flavescens. *Sibbald.* Pluvialis cinerea, Squatarola Venetiis dicta. *Willughb. Marfil. Danub.* Pluvialis totus cinereus. *Barr.* Gavia, f. Pluvialis cinerea. *Klein.* Squatarola. *Linn.* Numenius pullus subtus albidus. *Browne.* Vanellus fuscus: Kyvitta fusca. Merula novalium. *Schwenckfeldii.* Pluvier gris. *Bel. Alb.* Germanice, BRACH-VOGEL. *Anglice,* GREY PLOVER.

Crassitie Pluvialem auream circiter æmulatur. *Ipsius*

fius longitudo $10\frac{1}{2}$ pollices æquat. Rostrum 15 lineas longum est; cauda $2\frac{1}{2}$ pollices; pars crurum plumis denudata $10\frac{1}{2}$ lineas; pes $1\frac{1}{2}$ pollicem, digitorum anticorum medius $13\frac{1}{2}$ lineas, extimus $11\frac{1}{2}$ lineas, intimus 10 lineas; posticus autem solummodo sesquilineam. Trium digitorum anticorum medius cum extimo digito connectitur membranula ad primum usque articulum extensa. Extremitates alarum $1\frac{1}{2}$ pedis intervallo distant; alæ complicatæ ad quatuor usque lineas ultra caudam extremam protenduntur. Rostrum, pars crurum plumis denudata, pedes, unguesque nigricant. Juxta maris littora degit.

† ** 3. VANELLUS VARIUS.

Vanellus superne fuscus, albido variegatus, inferne albus; collo inferiore maculis longitudinalibus griseo-fuscis vario; remigibus plerisque majoribus nigricantibus, interius pro parte candidis, quibusdam albo in apice marginatis, aliis fusco & albo variis; rectricibus decem intermediis albis, fusco transversim striatis, utrinque extrema alba, tænia longitudinali fusca exterius notata. . . .
LE VANNEAU VARIÉ.

Pardali Bellonii congener. *Aldrov.*

Præcedentem crassitie paululum antecellit. Ipfius longitudo 11 pollices explet. Rostrum 15 lineas longum est; cauda $2\frac{1}{4}$ pollices; pars crurum plumis denudata 10 lineas; digitorum anticorum medius cum ungue 14 lineas, extimus 11 lineas, intimus 10 lineas; posticus autem sesquilineam tantum. Trium digitorum anticorum medius cum extimo digito connectitur membranula ad primum usque articulum extensa. Extremitatum alarum distantia est $1\frac{1}{2}$ pedis & 8 linearum; alæ complicatæ ad 6 usque lineas ultra caudam extremam protenduntur. Rostrum, pars crurum plumis denudata, pedes, unguesque nigri. Juxta maris littora versatur.

† ** 4. VANELLUS HELVETICUS.

Vanellus nigricans, superne maculis transversis albis varius; syncipite albido; capite & collo superioribus fuscis, marginibus pennarum albidis; imo ventre albo; remigibus fusco-nigricantibus, vel fuscis, pro parte interius albis, & in extremitate albo notatis; 12 rectricibus candidis, fusco-nigricante transversim striatis, utrinque extrema interius penitus candida.... LE VANNEAU DE SUISSE.

Cum *Vanello nostrate* crassitie circiter convenit. Ipfius longitudo $10\frac{1}{2}$ pollices æquat. Rostrum 15 lineas longum est; cauda 3 pollices; pars crurum plumis denudata 10 lineas; digitorum anticorum medius 15 lineas, extimus $11\frac{1}{2}$ lineas; intimus $10\frac{1}{2}$ lineas; posticus autem solummodo sesquilineam. Trium digitorum anticorum medius cum extimo digito connectitur membranula ad primum usque articulum extensa. Extremitatum alarum distantia est $1\frac{1}{2}$ pedis; alæ complicatæ ad caudæ extremitatem pertingunt. Rostrum, pars crurum plumis denudata, pedes, unguesque nigri. Habitat in *Helvetia*.

5. VANELLUS BONONIENSIS MAJOR.

Vanellus superne niger, inferne candicans; capite & collo superiore castaneis; collo inferiore & pectore maculis ferrugineis vario; remigibus & 12 rectricibus nigris.... LE GRAND VANNEAU DE BOLOGNE.

Ginocchiella vulgo. *Aldrov.*

Magnitudine & crassitie *Vanellum nostratem* multum antecellit. Rostrum in exortu flavicans, in extremitate nigrum. Pars crurum plumis denudata, pedesque ex flavo ad ochræ colorem vergentes; ungues vero nigri. Habitat in *Italia* circa *Bononiam*.

† ** 6.

† ** 6. VANELLUS SENEGALENSIS ARMATUS.

Vanellus griseo-fuscus, superne saturatius, inferne dilutius; syncipite candido; gutture nigro; imo ventre sordide albo; remigibus decem primoribus nigris, interius versus exortum sordide albis, decem sequentibus in exortu sordide albis, in extremitate nigris; proxime sequente grisea, nigricante terminata, reliquis griseo-fuscis; 12 rectricibus in prima medietate sordide albis, in altera nigris, sordide albo-rufescente terminatis; membrana utrinque rostrum inter & oculum lutea, deorsum dependentē; alis armatis. . . LE VANNEAU ARMÉ DU SÉNÉGAL.

Cum *Vanello nostrate* crassitie circiter convenit. Ipsi longitudo unum pedem æquat. Rostrum $1\frac{1}{4}$ pollicem longum est; cauda $3\frac{1}{2}$ pollices; pars crurum plumis denudata $1\frac{1}{2}$ pollicem; pes $3\frac{1}{2}$ pollices; digitorum anticorum medius $14\frac{1}{2}$ lineas, extimus $12\frac{1}{2}$ lineas, intimus 11 lineas; pollicis autem 2 solummodo lineas. Trium digitorum anticorum medius cum extimo digito connectitur membranula ad primum usque articulum extensa. Extremitatum alarum distantia est $2\frac{1}{4}$ pedum; alæ complicatæ ad 15 lineas ultra caudam extremam protenduntur. In utroque capitis latere, rostrum inter & oculum, membrana extat gracilis, eleganter lutea, undecim lineas longa, quatuor lata, in uno tantum latere capiti adnexa, deorsum dependens, & in acumen desinens. In parte alarum anteriore, scilicet versus articulum carpo humano respondentem, calcar extat binas cum semi lineas longum, in aciem acutissimum desinens, nigrum, substantiæ corneæ æmulum. Rostrum viridi-flavicans, atamen in extremitate nigricans. Pars crurum plumis denudata & pedes sunt quoque viridi-flavicantes; ungues vero nigricant. Habitat in *Senegalesi* regione.

† ** 7. VANELLUS LUDOVICIANUS ARMATUS.

Vanellus superne griseo-fuscus, inferne albo-fulvescens; capite superiore nigro; remigibus fusco & nigro variis; 12 rectricibus albo-fulvescentibus, nigro terminatis, albo-fulvescente in apice marginatis; membrana utrinque rostrum inter & oculum luteo-aurantia, supra oculum ducta, & deorsum dependente; alis armatis. . . LE VANEAU ARME DE LA LOUISIANE.

Præcedentem crassitie circiter æmulatur. Ipsi longitudo $11\frac{1}{2}$ pollices æquat. Rostrum $14\frac{1}{4}$ lineas longum est; cauda $3\frac{1}{2}$ pollices; pars crurum plumis denudata $1\frac{1}{2}$ pollicem; digitorum anticorum medius $14\frac{1}{2}$ lineas, extimus $12\frac{1}{2}$ lineas, intimus 11 lineas; pollicis $2\frac{1}{2}$ tantum lineas. Trium digitorum anticorum medius cum extimo digito connectitur membranula ad primum usque articulum extensa. Extremitates alarum $2\frac{1}{2}$ pedum & 6 linearum intervallo distant; alæ complicatæ ad 6 lineas ultra caudam extremam protenduntur. In utroque capitis latere, rostrum inter & oculum, membrana extat gracilis, luteo-aurantia, quatuordecim lineas longa, undecim lata, cujus pars una supra oculum protenditur, dum altera deorsum dependet, & in acumen desinit. In parte alarum anteriore; calcar extat $4\frac{1}{2}$ lineas longum, in basi $2\frac{1}{2}$ linearum latitudinem obtinens, in aciem acutissimum desinens, flavum, substantiæ corneæ æmulum. Rostrum aurantio imbuatur colore. Pars crurum plumis denudata, pedesque sunt saturate rubri; ungues vero nigricantes. Habitat in *Ludovicia*.

** 8. VANELLUS DOMINICENSIS ARMATUS.

Vanellus dilute fulvus, inferne ad roseum colorem inclinans; remigibus fulvis; 12 rectricibus dilute fulvis, lateralibus interius ad roseum colorem vergentibus; membrana utrinque rostrum inter

& oculum lutea, supra oculum ducta & deorsum dependente; alis armatis. . . LE VANNEAU ARME DE S. DOMINGUE.

Vanellum nostratem crassitie circiter æquat. Ipsi-
us longitudo 11 pollices explet. Rostrum 14 lineas
longum est; cauda $2\frac{1}{2}$ pollices; pars crurum plumis
denudata $1\frac{1}{2}$ pollicem; digitorum anticorum medius
cum ungue 14 lineas, extimus unum pollicem, inti-
mus $10\frac{1}{2}$ lineas, posticus sesquilineam tantum. Trium
digitorum anticorum medius cum extimo digito
connectitur membranula ad primum usque articulum
extensa. Extremitates alarum $1\frac{1}{2}$ pedis & 6 linea-
rum intervallo distant; alæ complicatæ caudam fere
extremam attingunt. In utroque capitis latere, ros-
trum inter & oculum, membrana extat gracilis,
elegantè lutea, tredecim lineas longa, undecim
circiter lata, cujus pars una supra oculum proten-
ditur, dum altera deorsum dependet, & in acumen
desinit. In parte alarum anteriore, calcar extat
tres cum semi lineas longum, in aciem acutissimum
desinens, flavum, substantiæ corneæ æmulum.
Rostrum, pars crurum plumis denudata, pedes, un-
guesque flavi. Habitat in variis *Americæ* regioni-
bus.

LXXI. Genus *Jacana*.

Hujus character est

Digiti quatuor, membranis destituti; tres scilicet
antici, posticus unus:

Crura in parte inferiore plumis denudata:

Rostrum rectum, in apice crassius:

Unguiculi longissimi.

I. J A C A N A.

Jacana nigro-viridans; capite anteriore membrana
dilute cærulea obducto; capite, collo & pectore
splendide violaceo colore variantibus; tectricibus
caudæ

caudæ inferioribus albis; remigibus & 12 rectricibus nigro-viridantibus. . . . LE JACANA.

Jacana Brasiliensibus. *Marcgr. Pison. Jonst.* Gallinula
 Brasiliensis, Jacana dicta. *Willughb. Raj.* Belgice,
 WATER-HOEN.

Crassitie *Columbam* adæquat; sed collo & pedibus donatur multo longioribus. Rostrum habet unum pollicem & amplius longum. Pars crurum plumis denudata 18 circiter lineas longa est; digitorum anticorum medius $2\frac{1}{2}$ pollices: laterales paulo sunt breviores; posticus longissimus. Ungues autem omnes digitorum anticorum semi pollicis longitudinem obtinent. Caput anterius membrana quadam obducitur rotunda dilute cœrulea sive Turcoïdis colore imbuta. Rostrum ab ipsius exortu ad medium usque egregii est miniati coloris, a medio ad apicem flavi, cui aliquid viriditatis admixtum est. Pars crurum plumis denudata, pedesque flavo-viridescentes; ungues vero lutei. Habitat in palustribus *Brasiliæ* locis.

2. J A C A N A A R M A T A.

Jacana nigro-viridans; alis ad fuscum vergentibus; armatis: 12 rectricibus nigro-viridantibus. . . .
 LE JACANA ARME OU LE CHIRURGIEN.

Jacanae alia species, Brasiliensibus *Aguapecaca* dicta.
Marcgr. Jonst. Gallinula Brasiliensis *Aguapecaca*
 dicta. *Willughb. Raj.* Gallina aquatica, minor, alticrura, alis cornutis. *Porphyrio Americanus*, alticrus; alis cornutis. *Barr.*

Magnitudine & crassitie cum præcedente convenit. In parte alarum anteriore, calcar extat rectum, acutissimum, flavum, substantiæ cornæ æmulum, quo se defendit. Habitat in palustribus *Brasiliæ* locis.

3. J A C A N A A R M A T A N I G R A.

Jacana superne nigra, inferne fusca; capite anteriore

riore membrana rufa obducto; remigibus viridibus, in apice fuscis; rectricibus 12 nigris; alis armatis. . . . LE CHIRURGIEN NOIR.

Jacanae tertia species. *Marcgr. Jonst.* Gallinula Brasiliensis tertia *Marcgravii. Willughb. Raj.*

Magnitudine & crassitie præcedentes æmulatur. In parte alarum anteriore, calcar extat rectum, acutissimum, flavum, substantiæ corneæ æmulum. Rostrum croceo colore imbutum. Pars crurum plumis denudata, pedes, unquesque cinerei. Habitat in palustribus *Brasilie* locis.

† ** 4. JACANA ARMATA FUSCA.

Jacana superne castaneo—purpurea, inferne ex nigro ad violaceum inclinans; syncipite membrana bipartita rubro—aurantia obducto; capite, gutture & collo ex nigro ad violaceum vergentibus; remigibus viridi—olivaceis, in extremitate fusco marginatis; 12 rectricibus, binis intermediis fuscis, castaneo—purpureo mixtis, lateralibus castaneo—purpureis, omnibus in apice nigro—violaceis; alis armatis. . . . LE CHIRURGIEN BRUN.

Jacanae quarta species. *Marcgr. Jonst.* Gallinula Brasiliensis quarta *Marcgravii. Willughb. Raj.* Avis cornuta. *Euf. Nieremb.* Anser Chilensis, seu Caput nocturnum. *Cbarlet.* Yohualcuachili, seu Caput Chilli nocturnum. *Fern. Raj. Jonst.* *Anglice, SPURWING'D GOOSE OF AMERICA.*

Morinello paululum crassitie cedit. Ipsius longitudo $9\frac{1}{4}$ pollices æquat. Rostrum 14 lineas longum est; cauda $1\frac{1}{2}$ pollicem; pars crurum plumis denudata $1\frac{2}{3}$ pollicem; digitorum medius $2\frac{2}{3}$ pollices, extimus $2\frac{1}{2}$ pollices, intimus $2\frac{1}{2}$ pollices; posticus $2\frac{1}{4}$ pollices; ungue enim armatur $16\frac{1}{2}$ lineas longo, & plane recto. Extremitates alarum $16\frac{1}{2}$ pollicum intervallo distant; alæ complicatæ extremitatem caudæ pertingunt. Synciput membrana quadam ob-

obducitur rubro—aurantia, 5 linearum latitudinem & 6 linearum altitudinem obtinente, in parte suprema rotundata & bipartita. In utroque capitis latere altera extat membranula concolor, rotundata, binas circiter lineas lata, & prope oris angulum dependens. Alarum margines, vestiunt plumulæ castaneo—purpureo & nigricante variæ. In parte alarum anteriore, calcar extat $2\frac{1}{2}$ lineas in basi latum, $4\frac{1}{2}$ lineas longum, in aciem acutissimum desinens, flavum, paululum introrsum versum, substantiæ corneæ æmulum. Rostrum eleganter aurantium. Pars crurum plumis denudata, pedes, unguesque cinereo—viridescentes. Habitat in *Brasilia*, *Mexico* & *Dominicensi Insula*.

5. JACANA ARMATA VARIA.

Jacana superne castaneo—purpurea, inferne alba, rubescente maculata; capite superiore fusco; syncipite membrana tripartita rubro—aurantia obducto; tænia supra oculos candida; fascia nigra a rostro per oculos & secundum colli latera producta; remigibus viridibus, in extremitate nigro marginatis; 12 rectricibus castaneo purpureis; alis armatis.... LE CHIRURGIEN VARIÉ.

Fulica spinosa. *Linn.* Rallus digitis triuncialibus, calcaneo biunciali, aculeiformi, anomalo. *Klein.* Poulle-d'eau aux ailes épronnées. *Edwards*, avec une figure exacte.

Cum præcedente crassitie circiter convenit. Ipfius longitudo 9 circiter pollices explet. Rostrum 14 lineas longum est; cauda $1\frac{1}{2}$ pollicem; pars crurum plumis denudata 15 lineas; digitorum anticorum medius $2\frac{1}{2}$ pollices, extimus $2\frac{1}{2}$ lineas, intimus $2\frac{1}{2}$ pollices; posticus $1\frac{1}{2}$ pollicem; ungue enim donatur $14\frac{1}{2}$ lineas longo, & plane recto. Alæ complicatæ ad caudam extremam pertingunt. Synciput membrana quadam obducitur rubro—aurantia, 5 linearum latitudine & 6 linearum altitudine pol-

lente, in parte suprema rotundata & tripartita. In parte alarum anteriore, calcar quoddam extat crassiusculum, in aciem acutissimum desinens, flavum, paululum introrsum versum, substantiæ corneæ æmulum. Rostrum flavo-aurantium. Pars crurum plumis denudata, pedes, unguesque cinereo-cærulescentes. Habitat circa *Carthagenam novam* in *America Meridionali*.

S E C T I O II.

Eæ quæ rostrum habent subrectum, sursum modice tendens, & horizontaliter paululum compressum.

Unico genere, *Arenariæ* scilicet, constituitur hæc sectio.

LXXII. Genus *Arenariæ*.

Hujus character est

Digiti quatuor, membranis destituti; tres scilicet anticæ, posticus unus:

Crura in parte inferiore plumis denudata:

Rostrum subrectum, sursum modice tendens, horizontaliter paululum compressum.

** I. A R E N A R I A.

Arenaria superne nigro, fusco & ferrugineo varia, inferne alba; tænia exigua nigra a rostro ad oculos ducta, spatio infra posito, albicante; genis & collo inferiore nigris; collo superiore & uropygio candidis; remigibus fuscis, plerisque albo variis; 12 rectricibus, binis intermediis in exortu albis, in reliqua longitudine fuscis, in apice albo marginatis, quatuor utrinque proximis in prima medietate candidis, altera fuscis, albo terminatis, utrinque extrema candida, macula fusca interius notata. . . . LE COULON-CHAUD.

Interpres. *Linn.* *Morinellus marinus* D. Brown. *Willughb. Raj.* *Cinclus.* *Moedr.* *Gavia*, quæ *Pluvialis*

lis *Arenaria nostra*, Raji. *Klein.* Tourne pierre de la Baye de Hudſon. *Edwards*, avec une figure exacte. *Anglice*, TURN-STONE.

Craſſitie *Merulam* circiter æmulatur. Ipfius longitudo $8\frac{1}{2}$ pollices æquat. Roſtrum $11\frac{1}{2}$ lineas longum eſt; cauda $2\frac{2}{3}$ pollices; pars crurum plumis denudata 4 lineas; digitorum anticorum medius $11\frac{1}{2}$ lineas, extimus 10 lineas, intimus 9 lineas; poſticus 4 lineas. Digitorum anticorum medius cum extimo digito connectitur membranula ad primum uſque articulum extenſa. Extremitatum alarum diſtantia eſt $15\frac{1}{2}$ pollicum; alæ complicatæ caudam extremam attingunt. Roſtrum nigrum. Pars crurum plumis denudata, pedesque aurantii; unguis vero nigricantes. Juxta maris littora degit.

† ** 2. ARENARIA CINEREA.

Arenaria ſuperne cinereo-fuſca, marginibus penarum albidis, inferne alba; collo inferiore & pectore ſaturate fuſcis; uropygio candido; remigibus ſuperne fuſcis, plerisque albo in apice marginatis, ſex candidis, macula fuſca notatis; 12 rectricibus, binis intermediis in exortu albis, in reliqua longitudine fuſcis, in apice albo marginatis, quatuor utrinque proximis in prima medieta- te candidis, altera fuſcis, albo terminatis, utrinque extrema candida, macula fuſca interius notata. . . . LE COULON-CHAUD CENDRE.

Allouette de mer. *Catesb.* avec une figure exacte. *Anglice*, TURN-STONE.

Præcedentem craſſitie nonnihil antecellit. Ipfius longitudo $9\frac{1}{2}$ pollices explet. Roſtrum $11\frac{1}{2}$ lineas longum eſt; cauda $2\frac{2}{3}$ pollices; pars crurum plumis denudata 3 lineas; digitorum anticorum medius cum ungue $11\frac{1}{2}$ lineas, extimus 10 lineas, intimus $8\frac{1}{2}$ lineas; poſticus $3\frac{1}{2}$ lineas. Trium digitorum anticorum medius cum extimo digito connectitur mem-

branula ad primum usque articulum extensa. Extremitates alarum $1\frac{1}{2}$ pedis & 3 linearum intervallo distant; alæ complicatæ ad extremitatem caudæ pertingunt. Rostrum fuscum. Pars crurum plumis denudata, pedesque rubri; ungues vero nigricantes. Circa maris littora versatur.

S E C T I O III.

Eæ quæ rostrum habent superne convexum & in apice lateraliter compressum.

In hac sectione unicum continetur genus, scilicet *Glareolæ*.

LXXIII. Genus *Glareolæ*.

Hujus character est

Digiti quatuor, membranis destituti; tres scilicet antiqui, posticus unus:

Crura in parte inferiore plumis denudata:

Rostrum superne convexum, in apice lateraliter compressum.

† ** I. GLAREOLA.

Glareola superne splendide griseo-fusca, inferne ex albo nonnihil rufescens; gutture & collo inferiore albo-rufescentibus, linea nigra circumdatis; pectore griseo-rufescente; lateribus dilute castaneis; remigibus primoribus fusco nigricantibus, sequentibus griseo-fuscis, quibusdam interius saturate fuscis, albo oblique terminatis; 12 rectricibus, quatuor utrinque extimis in exortu albis, versus apicem fusco-nigricantibus, tribus extimæ proximis exterius griseo-fusco marginatis... LA PERDRIX-DE-MER.

Glareola secunda. *Schwenck.* Gallinulæ aquaticæ undecimum genus, quod *Erythropodem* minorem appello, vulgus *Koppriegerle.* *Gesn.* Gallinula *Erythropos* minor. *Aldrov. Fonth.* Hirundo marina. *Fonth. Char.*

Charlet. Aldrov. Willughb. Raj. Hirundinis ripariæ species. Marsil. Pratincola. Kramer. cum icone satis accurata. Germanice, KOBEL REGERLIN.

Merulam crassitie circiter æquat. Ipsi longitudo $9\frac{1}{4}$ pollices explet. Rostrum $10\frac{1}{2}$ lineas longum est; cauda $4\frac{1}{2}$ pollices; pars crurum plumis denudata $3\frac{1}{2}$ lineas; digitorum anticorum medius cum ungue $11\frac{1}{2}$ lineas, extimus $7\frac{1}{2}$ lineas, intimus 7 lineas; posticus 4 lineas. Trium digitorum anticorum medius cum extimo digito connectitur membranula ad primum usque articulum extensa. Extremitates alarum $1\frac{5}{8}$ pedis & 3 linearum intervallo distant; alæ complicatæ ad 4 lineas ultra caudam extremam protenduntur. Cauda maxime bifurca. Rostrum in basi rubrum, in reliqua longitudine nigrum. Pars crurum plumis denudata, pedes, unguesque saturatissime sanguinei. Maris, fluviorum & stagnorum littora frequentat.

2. GLAREOLA TORQUATA.

Glareola superne griseo-fusca, inferne subalbida; macula in fyncipite nigra; macula utrinque circa oculos, gutture & collo candidis; torque fusco; remigibus majoribus nigricantibus, minoribus, & 12 rectricibus griseo-fuscis. . . LA PERDRIX-DE-MER A COLLIER.

Glareola quinta. *Schwenck. Klein. Ochropus minor. Gesn. Aldrov. Gallinulæ aquaticæ duodecimum genus, quod Ochropodem minorem nomino, vulgus Riegerle. Gesn. Gallinula Ochropus minor. Jonst. Germanice, RIEGERLE.*

Præcedenti multum crassitie cedit. Rostrum nigricat. Pars crurum plumis denudata, pedesque sunt sublutei; ungues vero nigricantes. In arenis ad littora fluviorum nidificat; quæ littora nunquam deserit. Ova parit ut plurimum septem oblonga.

3. GLAREOLA NÆVIA.

Glareola superne fusca, maculis obscurioribus varia, inferne rufa, maculis fuscis & albicantibus variegata, ut & in capite ac collo; imo ventre rufo-candicante, nigris maculis vario; remigibus majoribus nigris, minoribus cinereo & nigro distinctis; 12 rectricibus candicantibus, in apice nigris. . . . LA PERDRIX-DE-MER TACHÉE.

Melampus. *Gesn.* Gallinula Melampus. *Aldrov. Raj. Rzac.* Glareola, Gallinula Melampus. *Klein.* Rot-Knuffell Leonardi Baltneri; Gallinula Melampus Gesnero. *Willugb.* Germanice, ROT-KNILLIS.

Magnitudine & crassitie præcedentem antecellit. Rostrum, pars crurum plumis denudata, pedes, unguesque nigri. Circa maris & fluminum littora versatur.

** 4. GLAREOLA SENEGALENSIS.

Glareola in toto corpore fusca; remigibus majoribus saturate fuscis, interius pro parte cinereo fuscis; 12 rectricibus interius & subtus cinereo-fuscis, binis intermediis superne fuscis. . . . LA PERDRIX-DE-MER DU SÉNÉGAL.

Glareolam nostratam crassitie circiter æmular. Ipsi longitudo $9\frac{1}{2}$ pollices æquat. Rostrum 11 lineas longum est, cauda $4\frac{1}{2}$ pollices; pars crurum plumis denudata quatuor lineas; digitorum anticorum medius 11 lineas, extimus 7 lineas, intimus $6\frac{1}{2}$ lineas; posticus $3\frac{1}{2}$ lineas. Trium digitorum anticorum medius cum extimo digito connectitur membranula ad primum usque articulum extensa. Extremitatum alarum distantia est $1\frac{1}{2}$ pedis & 3 linearum; alæ complicatæ ad 9 usque lineas ultra caudam extremam protenduntur. Cauda valde bifurca. Rostrum, pars crurum plumis denudata, pedes,

des, unguesque fusci. Habitat in *Senegalensi* regione.

S E C T I O I V.

Eæ quæ rostrum habent rectum & lateraliter compressum.

Unicum genus, *Ralli* scilicet, hanc sectionem constituit.

Omnes hujus sectionis Aves corpore donantur lateraliter compresso.

LXXIV. Genus *Ralli*.

Hujus character est

Digiti quatuor, membranis destituti; tres scilicet antici, posticus unus:

Crura in parte inferiore plumis denudata:

Rostrum rectum, lateraliter compressum:

Corpus lateraliter compressum.

† ** I. RALLUS AQUATICUS.

Rallus pennis in medio nigricantibus, ad margines fusco-rufescente-olivaceis superne vestitus, inferne cinereus, aliquando pennis colli inferioris in marginem candicantem desinentibus, pennis in imo ventre in apice dilute fulvo marginatis; lateribus nigricantibus, albo transversim striatis; remigibus fuscis, fusco-rufescente exterius, & 12 rectricibus nigricantibus, utrinque fusco-rufescente-olivaceo, fimbriatis. . . . LE RASLE D'EAU.

Rallus aquaticus. *Linn.* *Rallus aquaticus* *Aldrovandi*.
Willughb. Raj. Sloane. Klein. *Ralla* *Anglorum* &
Gallorum ex *Gallinularum* genere *Aldrov.* *Ralla*
Anglorum *aquatica*. *Fonst.* *Ortygometra* *subtus* *albescens*,
 tergore fulvo, maculis castaneis. *Barr.* *Ortygometra*
Bellonii. *Aldrov.* *Gallinula* *longirostra*.
Frisch. hujus icon satis accurata. *Gallinula* *serica*.
Gesn. Fonst. Charlet. Willughb. Raj. *Gallinula*, seu
Gallinago serica dicta. *Aldrov.* *Gallinaginis*, vel
 Gal-

Gallinulæ genus nomine ignoto, quod Samethounle nomino. *Gesn.* Gallinula Holofericea. *Charlet.* Gallinula chloropus, rarior species. *Marfil.* Gallinæ aquaticæ species prima de novo adjecta. *Gesn. bujus icon satis accurata (excepto rostro).* Glareola sexta. Glareola septima. *Schwenck.* Glareola septima Schwenckfeldii. *Klein.* Gallinago cinerea; Glareola septima Schwenckfeldii. *Rzac.* Râle d'eau, *Alb. avec une figure passable (excepté le bec).* Raste noir. Raste, Ralle, Roy & Mere des Cailles. *Bel. Germanice, SAMETHOUNLE. Anglice, WATER-RAIL.*

Crassitie Rallum Genistarum sive Ortygometram circiter æquat. Ipsi longitudo $9\frac{1}{2}$ pollices explet. Rostrum $1\frac{1}{2}$ pollicem longum est; cauda $1\frac{1}{2}$ pollicem; pars crurum plumis denudata $6\frac{1}{2}$ lineas; digitorum anticorum medius $1\frac{1}{2}$ pollicem, extimus $1\frac{1}{2}$ pollicem, intimus 16 lineas; posticus $5\frac{1}{2}$ lineas. Omnes digiti sunt a se invicem ad exortum usque discreti. Extremitates alarum $12\frac{1}{2}$ pollicum intervallo distant; alæ complicatæ mediam caudæ longitudinem attingunt. Mandibula superior in exortu rubescens, in extremitate nigricans; inferior vero per totam longitudinem nigricans. Pars crurum plumis denudata, pedes, unguesque fusco-virescentes. Juxta aquas degit.

† ** 2. RALLUS AQUATICUS MINOR SIVE MARUETTA. Rallus pennis in medio nigricantibus, ad margines fusco-olivaceis, maculis candidis variegatis, superne vestitus, inferne cinereus, albedo varius; sincipite, gutture & collo inferiore cinereis; collo superiore saturate cinereo, maculis albis vario; collo ad latera & pectore cinereo-olivaceis, maculis albis variegatis; lateribus cinereo-olivaceis, albo transversim striatis; alarum marginibus superioribus candidis; remigibus plerisque exterius fusco-olivaceis, interius cinereo-fuscis, prima exterius candida, quinque corpori vicinioribus in medio nigricantibus, albo transversim

variegatis; 12 rectricibus in medio nigricantibus, ad margines fusco-olivaceis, binis intermediis linea candida utrinque notatis. . . LE PETIT RASLE D'EAU OU LA MAROQUETTE.

Ochra. Gallinulae aquaticae decimum genus, cui Ochrae nomen fecimus, vulgo Wynkernell appellant. *Gesn.* Gallinula Ochra. *Fonst. Aldrov. Willug. Raj.* Gallinula aquatica maculosa. *Frisch. bujus icon accurata.* Porzana minor. *Aldrov. Fonst. Charlet.* Germanice, WYNKERNELL. Anglice, GIRARDIN.

Præcedenti multum crassitie cedit. Ipsius longitudo $7\frac{1}{2}$ pollices æquat. Rostrum 9 lineas longum est; cauda $1\frac{1}{2}$ pollicem; pars crurum plumis denudata $4\frac{1}{2}$ lineas; digitorum anticorum medius 16 lineas, extimus 13 lineas, intimus $12\frac{1}{2}$ lineas; posticus $5\frac{1}{2}$ lineas. Extremitatum alarum distantia est $12\frac{1}{2}$ pollicum; alæ complicatæ ad duas circiter tertias caudæ partes extenduntur. Rostrum, unguesque flavo-olivacei. Pars crurum plumis denudata & pedes fusco-olivaceo imbuti. Juxta stagnorum & fluviorum ripas versatur.

† ** 3. RALLUS GENISTARUM SIVE ORTYGOMETRA.

Rallus pennis in medio nigricantibus, ad margines griseo-rufescentibus superne vestitus, inferne albo-rufescens; genis, collo inferiore & pectore dilute cinereis; lateribus rufis, albo transversim striatis; alarum marginibus albo-rufescentibus; remigibus subtus dilute cinereis, superne plerisque fuscis, quibusdam interius griseo-fuscis; 12 rectricibus in medio nigricantibus, ad margines griseo-rufescentibus. . . LE RASLE DE GENET OU ROI DE CAILLES.

Ortygometra, Dux Coturnicum. *Frisch. bujus icon satis accurata.* Rallus alis rufo-ferrugineis. *Crex. Linn.* Rallus terrestris. *Klein.* *Crex. Gesn. Aldrov. Charlet.* Ortygometra tota rufa, plerumque in Genistis degens. *Barr.* Ortygometra. *Gesn. Aldrov. Schwenck. Bell.*

Bell. Jonst. Charlet. Sibbald. Moebr. Willugh. Raj.
Ortygometra; Cenchramus Plinii; Coturnix magna;
Rex Coturnicum; Rallus terrestris. Rzac. Cotur-
nico-mater Scaligero. Charlet. Rasle rouge, ou de
Genet. Bel. Roy, ou Mere des Cailles. Alb. Ger-
manice, SCHRUCK. Belgice, KWARTEL KONING.
Anglice, DAKER-HEN.

Magnitudine & crassitie *Coturnicem* paululum antecellit. Ipsi^{us} longitudo $9\frac{1}{2}$ pollices æquat. Rostrum $12\frac{1}{2}$ lineas longum est; cauda 2 pollices; pars crurum plumis denudata 5 lineas; digitorum anticorum medius $1\frac{1}{2}$ pollicem, extimus 14 lineas longus, intimus $12\frac{1}{2}$ lineas; posticus solummodo 5 lineas. Antici digiti rudimento membranæ in exortu inter se connectuntur. Extremitates alarum 16 pollicum intervallo distant; alæ complicatæ caudæ extremitatem attingunt. Mandibula superior griseo-fusca, inferior grisea. Pars crurum plumis denudata, pedesque similiter grisei; ungues vero colore saturatiore imbuti sive griseo-fusci. Inter Ericas humi nidificat; & sexdecim aut octodecim ova ponit. Pullos recenter exclusos vestit penitus nigra lanugo.

† ** 4. RALLUS PHILIPPENSIS.

Rallus pennis in medio nigricantibus, ad margines griseo-rufescentibus superne vestitus, inferne fusco & griseo transversim striatus; tænia supra oculos albida, per oculos castaneo-fusca; collo inferiore griseo-rufescente, griseo-fusco transversim striato; remigibus plerisque fuscis, spadiceo transversim striatis, quibusdam in medio nigricantibus, griseo-rufescente marginatis, spadiceo & candido maculatis; 12 rectricibus in medio nigricantibus, ad margines griseo-rufescentibus, lateralibus interioribus spadiceo maculatis. . . .
 LE RASLE DES PHILIPPINES.

Cum præcedente crassitie circiter convenit. *Sp.*
fius

sius longitudo 11 pollices æquat. Rostrum $13\frac{1}{2}$ lineas longum est; cauda $2\frac{7}{8}$ pollices; pars crurum plumis denudata 9 lineas; digitorum anticorum medius $1\frac{7}{8}$ pollicem, extimus 15 lineas, intimus 14 lineas; posticus $6\frac{1}{2}$ lineas. Omnes digiti sunt a se invicem ad exortum usque discreti. Extremitatum alarum distantia est $14\frac{2}{3}$ pollicum; alæ complicatæ ad duas tertias caudæ partes protendantur. Rostrum, pars crurum plumis denudata, pedes unguesque grisei. Habitat in *Philippensibus Insulis*.

† ** 5. RALLUS PHILIPPENSIS STRIATUS.

Rallus superne fusco-nigricans, pennis maculis transversis albidis utrinque notatis, inferne cinereo-olivaceus; capite superiore castaneo & nigricante variegato; colli superioris parte suprema castanea; gutture albo-rufescente; imo ventre, lateribus & 12 rectricibus fusco-nigricantibus, albedo transversim striatis; remigibus, quibusdam fusco-fulvis, aliis fusco-nigricantibus, tæniis transversis albo-rufescentibus & candidis, insignitis. . . . LE RASLE RAYÉ DES PHILIPPINES.

Præcedenti multum crassitie cedit. Ipsius longitudo $8\frac{1}{2}$ pollices explet. Rostrum $16\frac{1}{2}$ lineas longum est; cauda $1\frac{1}{2}$ pollicem; pars crurum plumis denudata 6 lineas; digitorum anticorum medius $16\frac{1}{2}$ lineas, extimus $14\frac{1}{2}$ lineas, intimus 13 lineas; posticus 6 lineas. Extremitatum alarum distantia est $13\frac{1}{2}$ pollicum; alæ complicatæ caudam extremam attingunt. Rostrum dilute corneo colore imbutum. Pars crurum plumis denudata, pedesque griseo-fusci; ungues vero grisei. Habitat in *Philippensibus Insulis*.

† ** 6. RALLUS PHILIPPENSIS TORQUATUS.

Rallus superne fuscus, ad olivaceum obscurum inclinans, inferne fuliginosus, albo transversim striatus; tænia infra oculos candida; fascia supra pectus

pectus transversa castanea; remigibus fuscis, albo, & castaneo-rufescente interius transversim striatis; 12 rectricibus fuscis, oris exterioribus ad olivaceum obscurum vergentibus. . . . LE RASLE A COLLIER DES PHILIPPINES.

Crassitie *Rallum Genistarum* paululum excedit. Ipsi-
us longitudo unum pedem explet. Rostrum $1\frac{3}{4}$
pollicem longum est; cauda $1\frac{1}{2}$ pollicem; pars crurum
plumis denudata 10 lineas; digitorum antico-
rum medius $1\frac{1}{4}$ pollicem, extimus 18 lineas, inti-
mus $1\frac{1}{2}$ pollicem; posticus 8 lineas. Extremitates
alarum $1\frac{1}{2}$ pedis & 3 linearum intervallo distant; a-
læ complicatæ caudam extremam attingunt. Ros-
trum, pars crurum plumis denudata, pedesque sunt
griseo-fusci; ungues vero grisei. Habitat in *Phi-
lippensibus Insulis*.

† ** 7. RALLUS PHILIPPENSIS FUSCUS.

Rallus superne fuscus, inferne fusco-vinaceus, gut-
ture dilutiore; imo ventre griseo-fusco; rectri-
cibus caudæ inferioribus nigris, albo transversim
striatis; remigibus majoribus exterius griseo-
fuscis, interius fuscis; minoribus & 12 rectrici-
bus fuscis. . . . LE RASLE BRUN DES PHILIPPINES.

Rallo aquatico minori sive Maruettæ paululum cras-
sitie cedit. Ipsi- longitudo 7 pollices æquat. Ros-
trum 9 lineas longum est; cauda $1\frac{1}{4}$ pollicem; pars
crurum plumis denudata $6\frac{1}{2}$ lineas; digitorum anti-
corum medius 14 lineas, extimus $11\frac{1}{2}$ lineas, inti-
mus 11 lineas; posticus solummodo 5 lineas. Omnes
digni sunt ad exortum usque a se invicem discreti.
Extremitatum alarum distantia est $10\frac{1}{2}$ pollicum;
alæ complicatæ ad tres quartas caudæ partes pro-
tenduntur. Rostrum fuscum. Pars crurum plumis
denudata, pedes, unguesque flavi. Habitat in
Philippensibus Insulis.

8. RALLUS VIRGINIANUS.

Rallus superne fuscus, inferne fusco-rufescens; remigibus & 12 reſtricibus fuscis. . . LE RASLE DE VIRGINIE.

Rallus terreſtris Americanus. *Klein.* Râle de l'Amérique. *Catesb.* avec une figure exacte. *Anglice,* SOREË.

Rallo aquatico nonnihil craſſitie cedit. Ipfius longitudo $7\frac{1}{2}$ pollices circiter explet. Roſtrum unum pollicem longum eſt; cauda 18 lineas; pars crurum plumis denudata 3 lineas; digitorum anticorum medius 14 lineas, extimus unum pollicem, intimus 11 lineas; & poſticus 7 lineas. Alæ complicatæ caudam fere extremam attingunt. Roſtrum, pars crurum plumis denudata, pedes, unguesque fuſci. Per Autumnum maxime pingueſcit, & tunc cibus eſt delicatiſſimus. Habitat in *Virginia*.

9. RALLUS PENNSILVANICUS.

Rallus superne nigricans, marginibus pennarum ruſcentibus, inferne obſcure fulvus; genis cinereis; tænia utrinque ſupra oculos, ſummo gutture & marginibus alarum candidis; macula in alis caſtanea; lateribus & imo ventre ſaturate fuſcis, albo tranſverſim ſtriatis; remigibus ſuperne nigricantibus, minoribus ruſcente ſimbriatis; 12 reſtricibus nigricantibus, ruſcente terminatis. . . LE RASLE DE PENNSILVANIE.

Râle d'eau d'Amérique. *Edwards,* avec une figure exacte. *Anglice,* AMERICAN WATER-RAIL.

Magnitudine & craſſitie *Rallum aquaticum noſtatem* circiter æmulatur. Roſtrum fuſcum, excepto mandibulæ inferioris exortu ruſcente. Pars crurum plumis denudata, pedes & digiti carneo colore ſaturato imbuti. Habitat in *Penſilvania*.

10. RALLUS JAMAÏCENSIS.

Rallus superne fusco-rufescens, tæniis nigricantibus transversis variegatus, inferne obscure fuscus, cinereo-albo transversim striatus; capite & gutture nigris; collo inferiore & pectore cinereo-cærulescentibus; alis maculis rotundis albis aspersis; remigibus, & 12 rectricibus superne fusco-rufescentibus, nigricante transversim striatis, & maculis rotundis albis insignitis.... LE RASLE DE LA JAMAÏQUE.

Fulica minima miscella, fronte plumata, pectore sub-plumbeo, membrana digitorum angustissima. *Browne*. Petite Poule d'eau. *Edwards*, avec une figure exacte. *Anglice*, LEAST WATER-HEN.

Maruettæ crassitie cedit. Rostrum nigrum, attamen in mandibulæ superioris exortu rubescens. Pars crurum plumis denudata, pedes, digiti, unguesque fusci. Habitat in *Jamaïca*.

S E C T I O V.

Eæ quæ rostrum habent gracile.

In hac sectione tria continentur Avium genera, longitudine rostri & ipsius apice sive lævi sive rugoso a se invicem discrepantia. Aliæ enim rostro donantur mediæ longitudinis, recto, ipsius apice obtuso & lævi, ut *Tringa*: aliæ rostro longissimo præditæ sunt. Inter has aliæ rostrum habent sub-rectum, sursum modice tendens, ipsius apice obtuso & lævi, ut *Limosa*: aliæ rostrum plane rectum, ipsius apice obtuso & rugoso, ut *Scolopax*.

LXXV. Genus *Tringæ*.

Hujus character est

Digiti quatuor, membranis destituti; tres scilicet antici, posticus unus:

Crura in parte inferiore plumis denudata:
 Rostrum gracile, mediæ longitudinis, rectum; ip-
 sius apice obtuso & lævi.

† ** I. T R I N G A.

Tringa superne splendide fusca, maculis candican-
 tibus varia, inferne alba; tænia supra oculos can-
 dida, & altera cinereo-fusca, infra posita; col-
 lo inferiore cinereo-fusco maculato; lateribus ci-
 nereo-fuscis, albo transversim striatis; remigib-
 us 19 primoribus fusco-nigricantibus, reliquis
 splendide fuscis, exterius candicante maculatis;
 12 rectricibus; binis intermediis in exortu albis;
 in apice fusco-nigricantibus, albo transversim stri-
 atis, lateralibus candidis, ad apicem fusco-nigri-
 cante transversim striatis. . . . LE BECCASSEAU,
 APPELLE VULGAIREMENT CUL-BLANC.

Tringa rostro lævi, pedibus virescentibus, corpore albo
 punctato. Ochropus. Glareola. Linn. Tryngas.
 Gesn. Trynga. Trynga alia, seu secunda. Tringa
 tertia. Aldrov. Tringa. Willugh. Raj. Tringa
 prima. Tringa tertia. Jonst. Aldrov. Raj. Tringa
 tertia Aldrovandi, Giaroncello, & Pinirolo Italis dicta.
 Willugh. Cinclus Bellonii. Cinclus tertius. Aldrov.
 Cinclus tertius. Willugh. Raj. Cincli congener al-
 tera. Jonst. Gallinulæ aquaticæ quintum genus,
 quod Rhodopodem appellamus; vulgus Germanicum
 Steingaellyl. Gesn. Gallinula Rhodopus. Jonst.
 Gallinula Rhodopus, sive phœnicopos. Aldrov. Wil-
 lugh. Gallinæ aquaticæ species secunda de novo
 adjecta. Gesn. Glareola octava. Schwenck. Klein.
 Glareola quarta. Schwenck. Klein. Ochropus medius.
 Gesn. Aldrov. Gallinulæ aquaticæ octavum genus,
 vulgo dictum Matcknillis: nobis Ochropus medius.
 Gesn. Gallinula aquatica octava Gesneri: Ochro-
 pus medius ejusdem. Rzac. Gallinula Ochropus s.
 Ochra. Charlet. Gallinula Ochropus medius. Jonst.
 Porphyrio nigricans, pedibus & rostro roseis. Barr.
 Steingallell Leopardi Baltneri. Willugh. Autre Bec-
 cassine. Bel. Germanice, STEINGAELLYL.

Pluviali aureæ paululum crassitie cedit. Ipfius longitudo $8\frac{1}{2}$ pollices æquat. Rostrum $1\frac{7}{8}$ pollicem longum est; cauda $2\frac{1}{8}$ pollices; pars crurum plumis denudata $8\frac{1}{2}$ lineas; digitorum anticorum medius 14 lineas, extimus $11\frac{1}{2}$ lineas, intimus $10\frac{1}{2}$ lineas; posticus 4 solummodo lineas. Trium digitorum anticorum medius cum extimo digito connectitur membranula ad primum usque articulum extensa, & digito intimo rudimento membranæ coadunatur. Extremitates alarum $15\frac{1}{2}$ pollicum intervallo distant; alæ complicatæ caudam fere extremam attingunt. Oculorum irides avellaneæ. Rostrum obscure viride, attamen in apice nigrum. Pars crurum plumis denudata, pedesque plumbeo-viridescentes; ungues vero nigri. Solitaria est; attamen quo pariunt tempore simul volant, mas & fœmina. Piscinarum, lacuum, fluviorumque ripas frequentat.

Exquisite sapit hæc Avis; ideoque illam venantur aucupes: quam ob causam ad ripas aquarum, quas frequentat, virgulas apponunt glutine imbutas, quibus capitur.

† ** 2. GUINETTA.

Tringa superne splendide griseo-fusca, lineis longitudinalibus & transversis undatisque fusco-nigricantibus varia, inferne alba; gutture, collo inferiore & pectore supremo cinereo-albis, pennis linea longitudinali fusca in medio notatis; remigibus majoribus fuscis, interius partim candidis, minoribus candidis versus extremitatem macula fusca insignitis, corpori vicinioribus griseo-fuscis, transversim fusco-nigricante striatis; ex 12 rectricibus, decem intermediis griseo-fuscis, viridescente adumbratis, fusco-nigricante transversim & undatim striatis, utrinque extima candida, interius griseo-fusco transversim striata, binis extimæ proximis in apice albis. . . .

GUINETTE.

Hypoleucos. *Linn.* Tringa minor. *Willugh. Raj.*
Cbarlet. Tringa quinta. *Fonst.* Hypoleucos.
 Motacillæ genus. *Gesn.* Motacillæ, seu Cincli ge-
 nus. *Aldrov.* Gallinula Hypoleucos. *Fonst. Aldrov.*
 An Pluvialis fusco-cinerea, rarior species? *Marfil.*
 Pfisterlein Leonardi Baltneri. *Willugh. Germanice,*
 FySTERLIN.

Craffitie *Cinclum* nonnihil superat. Ipsi-
 tudo $7\frac{1}{2}$ pollices explet. Rostrum 13 lineas longum
 est; cauda $2\frac{1}{2}$ pollices; pars crurum plumis denu-
 data $4\frac{1}{2}$ lineas; digitorum anticorum medius 11 li-
 neas, extimus 9 lineas, intimus 8 lineas; posticus
 3 solummodo lineas. Trium digitorum anticorum
 medius cum extimo digito connectitur membranula
 ad primum usque articulum extensa. Extremitates
 alarum $12\frac{1}{2}$ pollicum intervallo distant; alæ compli-
 catae ad duas circiter tertias caudæ partes exten-
 duntur. Oculorum irides avellanææ. Rostrum fus-
 cum. Pars crurum plumis denudata, pedes, un-
 guesque fusco-viridescentes. Juxta stagnorum,
 lacuum & fluviorum ripas versatur.

† ** 3. T O T A N U S.

Tringa pennis in medio fuscis, ad margines griseis,
 superne vestita, inferne alba; collo inferiore gri-
 seo, marginibus pennarum albidis; remigibus
 majoribus superne nigricantibus candicante in
 extremitate fimbriatis, minoribus exterius fusco-
 nigricantibus interius candidis & griseis, albo
 marginatis, corpori vicinioribus griseo-fuscis,
 nigricante maculatis; 12 rectricibus griseo-fus-
 cis, albido in apice marginatis, quatuor interme-
 diis & binis utrinque extimis nigricante transver-
 sim striatis; pedibus dilute rubris. . . LE CHE-
 VALIER.

Erythropus major. Gallinulæ aquaticæ primum genus.
Gesn. Gallinula Erythropus major Ornithologi.
Aldrov. Gallinula Erythropus. *Cbarlet.* Galli-
 nula Erythropus major, *Fonst. Raj. Sibbald. Marfil.*
 R 3 *Wit.*

Willugh. Calidris Bellonii. *Aldrov.* *Jonst.* Cha-
lidris Bellonii, Fedoa. *Charlet.* Totanus. *Charlet.*
Linn. Raj. Glareola prima. *Schwenck.* *Klein.* Gla-
reola prima; Erythropus primus *Gesneri*; Redshanca
Turneri *Rzac.* Chevalier rouge. *Bel.* avec une figu-
re passable. *Becassine* d'étang. *Alb.* *Germanice,*
ROT-BEIN. *Anglice,* RED-SHANK.

Cum *Pluviali aurea* crassitie circiter convenit. Ip-
sius longitudo $11\frac{1}{2}$ pollices æquat. Rostrum $1\frac{1}{2}$
pollicem longum est; cauda $2\frac{1}{2}$ pollices; pars cru-
rum plumis denudata 14 lineas; digitorum antico-
rum medius unum pollicem & $5\frac{1}{2}$ lineas, extimus
 $14\frac{1}{2}$ lineas, intimus 13 lineas; posticus $4\frac{1}{2}$ tantum
lineas. Trium digitorum anticorum medius cum
extimo digito connectitur membranula ad primum
usque articulum extensa, & ad digitum intimum
rudimento membranæ adnectitur. Extremitatum
alarum distantia est $1\frac{1}{2}$ pedis & 3 linearum; alæ
complicatæ caudam extremam attingunt. Oculo-
rum irides avellanæ. Rostrum dilute rubrum, ex-
cepto apice nigricante. Pars crurum plumis denu-
data, pedesque pariter dilute rubri; unguis vero
nigricantes. Juxta maris littora degit.

** 4. T O T A N U S R U B E R.

Tringa pennis in medio fuscis, ad margines griseis,
superne vestita, inferne alba, maculis griseo-
fuscis varia; uropygio candido; remigibus pri-
moribus superne nigricantibus, albido in apice
marginatis, sequentibus fusco-nigricantibus ex-
terius, interius fuscis, albo fimbriatis, corpori vi-
cinitioribus fuscis late griseo marginatis; 12 rectri-
cibus griseo-fuscis, nigricante transversim stria-
tis, albo in apice marginatis; pedibus rubris. . .
LE CHEVALIER ROUGE.

Gambetta. *Linn.* Calidris nigra, quæ *Gambetta.* *Aldrov.*
Gambetta Italis dicta. *Jonst.* *Willugh.* *Raj.*
Totanus alter. *Willugh.* *Raj.* Glareola alia primæ
similis, pedibus ex luteo rubentibus. *Klein.* An Ya-
CALO.

catopil, seu Rostrum Sudis? *Fern. Raj.* Chevalier. *Gesn.* Chevalier aux pieds rouges. *Alb.* Anglice, RED LEGGED HORSEMAN.

Cum præcedente crassitie circiter convenit. Ipsi-
us longitudo 11 pollices æquat. Rostrum $1\frac{1}{2}$ pollicem
longum est; cauda $2\frac{2}{3}$ pollices; pars crurum plumis
denudata, 14 lineas; digitorum anticorum medius
15 lineas, extimus $12\frac{1}{2}$ lineas, intimus 11 lineas; pos-
ticus 4 solummodo lineas. Trium digitorum anti-
corum medius cum extimo digito connectitur mem-
branula ad primum usque articulum extensa, & di-
gito intimo rudimento membranæ coadunatur. Ex-
trematum alarum distantia est $1\frac{7}{8}$ pedis; alæ com-
plicatæ caudam extremam attingunt. Oculorum
irides sunt flavo-viridescentes, easque ambit circu-
lus niger. Rostrum ab ipsius exortu mediam versus
longitudinem usque rubrum, a medietate ad apicem
nigrum. Pars crurum plumis denudata, pedesque
rubri; ungues vero nigri. Juxta maris & fluvio-
rum littora degit.

† ** 5. TOTANUS STRIATUS.

Tringa pennis griseo-fuscis, fusco-nigricante trans-
versim striatis, superne vestita, inferne alba, ræ-
niis aliis transversis, aliis longitudinalibus fuscis,
varia; collo fusco, marginibus pennarum in collo
superiore albo rufescentibus, in collo inferiore
albis; uropygio candido; remigibus primoribus
superne fusco nigricantibus, interius cinereo-albis,
sequentibus in exortu fuscis, inde candidis, corpori
vicinioribus griseo, fusco & albo variis; 12 rec-
tricibus albis, fusco-nigricante transversim stri-
tis, binis intermediis in albo colore griseo-fusco
maculatis; pedibus pallide rubris. . . . LE CHE-
VALIER RAYÉ.

Præcedenti paululum crassitie cedit. Ipsi-
us longitudo $9\frac{1}{2}$ pollices explet. Rostrum 18 lineas lon-
R 4 gum

gum est; cauda $2\frac{1}{2}$ pollices; pars crurum plumis denudata 13 lineas; digitorum anticorum medius $13\frac{1}{2}$ lineas, extimus unum pollicem, intimus 11 lineas; posticus 4 lineas tantum. Trium digitorum anticorum medius cum extimo digito connectitur membranula ad primum usque articulum extensa, & ad digitum intimum rudimento membranæ adnectitur. Extremitates alarum $1\frac{1}{2}$ pedis intervallo distant; alæ complicatæ ad 6 linearum distantiam ultra caudam extremam protenduntur. Rostrum ab ipsius exortu mediam versus longitudinem usque rubescens, a medietate ad apicem nigrum. Pars crurum plumis denudata, pedesque pallide rubri; ungues vero nigricantes. Circa maris littora versatur.

† ** 6. TOTANUS NÆVIUS.

Tringa pennis in medio nigricantibus, ad margines griseo-rufescentibus superne vestita, inferne alba, maculis nigricantibus varia; uropygio & imo ventre candidis; remigibus majoribus nigricantibus, inferius pro parte cinereo-albis, minoribus griseo-fuscis, versus apicem candidis, corpori vicinioribus in medio griseo-fuscis, ad latera nigricante, & griseo rufescente transversim striatis; lateribus, rectricibusque albo & nigricante transversim striatis; pedibus rubris. . . . LE CHEVALIER TACHETÉ.

An Pluvialis flavo-cinerea? *Marsil.*

A præcedente paululum crassitie superatur. Ipsius longitudo 9 pollices æquat. Rostrum $1\frac{1}{2}$ pollicem longum est; cauda $2\frac{1}{2}$ pollices; pars crurum plumis denudata $10\frac{1}{2}$ lineas; digitorum anticorum medius 13 lineas, extimus unum pollicem, intimus 11 lineas; posticus autem $3\frac{1}{2}$ tantum lineas. Trium digitorum anticorum medius cum extimo digito connectitur membranula ad primum usque articulum extensa, & ad digitum intimum rudimento membranæ

branæ adnectitur. Extremitatum alarum distantia est $1\frac{1}{2}$ pedis & 4 linearum; alæ complicatæ non-nihil ultra caudam extremam protenduntur. Rostrum rubrum, attamen in extremitate nigricans. Pars crurum plumis denudata, pedesque similiter rubri; unguis vero nigricans. Juxta maris littora degit.

† ** 7. TOTANUS CINEREUS.

Tringa pennis in medio nigricantibus, ad margines rufis, superne vestita, inferne albo-rufescens; vertice nigricante; collo inferiore & pectore griseo-rufescentibus; uropygio cinereo-fusco, maculis nigricantibus vario; remigibus primoribus fusco-nigricantibus, in apice albido marginatis, sequentibus cinereo-fuscis, albo fimbriatis, corpori vicinioribus nigricantibus, rufescente marginatis; 12 rectricibus splendide griseo-fuscis, versus apicem tænia nigricante circumferentiæ parallela notatis, in apice rufescente marginatis, octo intermediis versus apicem exterius rufescente maculatis; pedibus saturate cinereis. . . . LE CHEVALIER CENDRE.

Tringa littorea. *Lin.* Chalidris nigra. *Jonst. Charlet.*
Aldrov. Charadrius nigricans. *Barr.* Chevalier
 noir. *Bel.* Héron blanc de M. Oldham. *Alb.*

Cum *Totano rubro* crassitie circiter convenit. Ipsius longitudo $10\frac{1}{2}$ pollices explet. Rostrum 16 lineas longum est; cauda $2\frac{1}{2}$ pollices; pars crurum plumis denudata 15 lineas; digitorum anticorum medius $16\frac{1}{2}$ lineas, extimus 13 lineas, intimus $12\frac{1}{2}$ lineas; posticus 4 lineas. Trium digitorum anticorum medius extimo digito coadunatur membranula ad primum usque articulum extensa, & cum intimo digito rudimento membranæ connectitur. Extremitates alarum $1\frac{1}{2}$ pedis intervallo distant; alæ complicatæ ad 3 usque linearum distantiam

tiam ultra caudæ extremitatem protenduntur. Rostrum, unguisque plumbeo-nigricante colore imbuti. Pars crurum plumis denudata & pedes saturate cinerei. Circa maris littora versatur.

8. TOTANUS CANDIDUS.

Tringa candida, maculis transversis griseo-rufescentibus superne variegata; remigibus majoribus griseis; rectricibus 12 candidis, griseo-rufescente transversim striatis; pedibus aurantiis. . . .
LE CHEVALIER BLANC.

Beccaffine blanche. *Edwards, avec une figure exacte. Anglice, WHITE RED-SHANK.*

Craffitie præcedentem paululum antecellit. Ipfius longitudo 11 circiter pollices æquat. Rostrum 2 fere pollices longum est; cauda 2½ pollices; pars crurum plumis denudata 15 lineas; digitorum anticorum medius 14 lineas, extimus 11 lineas, intimus 10 lineas; posticus 3½ tantum lineas. Trium digitorum anticorum medius cum extimo digito connectitur membranula ad primum usque articulum extensa, & digito intimo rudimento membranæ coadunatur. Alæ complicatæ ad 3 usque lineas ultra caudam extremam protenduntur. Rostrum aurantium, attamen in extremitate nigrum. Pars crurum plumis denudata, pedesque aurantii; ungues vero nigricantes. Habitat in *Freto Hudsonis*.

9. TOTANUS BENGALENSIS.

Tringa superne viridis, inferne alba; capite ad latera, gutture & collo saturate fuscis; vertice, oculorum ambitu & uropygio candidis; remigibus majoribus & 12 rectricibus purpureis, maculis aurantiis variegatis; pedibus luteo-viridescentibus. . . . LE CHEVALIER DE BENGALE.

Rallus Bengalensis *Linn.* Rallus aquaticus Bengalensis. *Klein.* Râle d'eau de Bengale. *Alb. Anglice, BENGALL WATER RAIL.*

Trin-

Tringam crassitie circiter æmulatur. Ipfius longitudo $8\frac{1}{2}$ pollices circiter explet. Rostrum $1\frac{2}{3}$ pollicem longum est; cauda $1\frac{1}{2}$ pollicem; pars crurum plumis denudata 6 lineas; digitorum anticorum medius 13 lineas, extimus 10 lineas, intimus $9\frac{1}{2}$ lineas; posticus 5 circiter lineas. Alæ complicatæ ad caudam fere extremam pertingunt. Oculorum irides luteæ. Rostrum quoque luteum. Pars crurum plumis denudata, pedesque luteo-viridescentes; unguis vero nigri. Habitat in *Bengalensi* Regno.

† ** IO. C I N C L U S.

Tringa pennis in medio secundum scapum fuscis, ad margines griseis, superne vestita, inferne alba; tænia utrinque a rostro ad oculos candicante; gutture & collo inferiore albidis, maculis fuscis variegatis; remigibus primoribus fuscis, quibusdam exterius albo marginatis, reliquis griseo-fuscis, albo fimbriatis; 12 rectricibus griseis, binis intermediis exterius saturate fuscis. . . . L'ALOUETTE-DE-MER.

Tringa pulla maculis minoribus rotundis albis variegata, ventre albicante. *Browne.* *Trynga* quarta. *Fonst.* *Cinclus.* *Gesn.* *Aldrov.* *Fonst.* *Cinclus*, seu *Motacilla* maritima. *Gesn.* *Cinclus* prior *Aldrovandi.* *Raj.* *Gallinago* minima ex fusco & albo varia. *Sloane.* *Raj.* *Schœniclus.* *Moebr.* *Schœniclos*, sive *Junco* *Bellonii.* *Aldrov.* *Junco.* *Charlet.* *Fonst.* *Avis* *The Stint* dicta. *Sibbald.* *The Stint.* *Willughb.* *Alouette* de mér. *Bel.* *Bergeronette.* *Kolbe.* *Sanderling* d'Arbres. *Alb.* *Germanice*, *STEIN-BICKER.* *Belgice*, *STRAND-LOOPER.* *Anglice*, *STINT.*

Alaudam cristatam nonnihil crassitie superat. Ipfius longitudo $7\frac{1}{2}$ pollices explet. Rostrum $14\frac{1}{2}$ lineas longum est; cauda $1\frac{1}{2}$ pollicem; pars crurum plumis denudata 6 lineas; digitorum anticorum medius $9\frac{1}{2}$ lineas, extimus 8 lineas, intimus $7\frac{1}{2}$ lineas; posticus 2 lineas. Omnes digiti sunt a se invicem ad exortum usque discreti. Extremitates alarum

13 $\frac{1}{2}$ pollicum intervallo distant; alæ complicatæ ad 2 lineas ultra caudam extremam protenduntur. Rostrum nigrum. Pars crurum plumis denudata, pedes, unguesque fusco-nigricantes. Maris, fluviorumque littora frequentat. Gregatim volat hæc species.

A. CINCLUS MINOR.

LA PETITE ALOUETTE-DE-MER.

Cinclus minor. *Aldrov.* Cincli congener prior. *Fonst.*

Coloribus & corporis figura præcedenti omnino respondet; ab illo tantum differt magnitudine, qua ei cedit. Iisdem in locis habitat.

† ** II. CINCLUS TORQUATUS.

Tringa pennis in medio nigricantibus, ad margines rufis, superne vestita, inferne alba; uropygio griseo-fusco, pennis in medio obscurioribus; gutture & collo inferiore maculis fuscis variegatis; pectore fusco, marginibus pennarum candidis; remigibus primoribus fuscis, quibusdam exterius albo marginatis, sequentibus griseo-fuscis, albo fimbriatis, reliquis griseo fuscis, in medio obscure fuscis; 12 rectricibus griseis, binis intermediis interius saturate fuscis, lateralibus interius albo marginatis, scapo albo præditis. . . . L'ALOUETTE-DE-MER A COLLIER.

Præcedenti crassitie cedit. Ipsi longitudo 6 $\frac{1}{2}$ pollices æquat. Rostrum 13 lineas longum est; cauda 1 $\frac{1}{2}$ pollicem; pars crurum plumis denudata 6 lineas; digitorum anticorum medius 10 lineas, extimus 9 lineas; intimus 8 lineas; posticus 2 lineas. Extremitates alarum 12 $\frac{1}{2}$ pollicum intervallo distant; alæ complicatæ caudæ extremitatem pertingunt. Rostrum nigrum. Pars crurum plumis denudata, pedesque fusci; ungues vero nigricantes. Juxta maris & fluviorum littora versatur.

† ** 12. CINCLUS DOMINICENSIS.

Tringa pennis in medio nigricantibus, ad margines rufis, superne vestita, inferne albo-rufescens; uropygio griseo-fusco, pennis in medio obscurioribus; genis, gutture & collo inferiore maculis fuscis variegatis; remigibus primoribus superne fuscis, interius pro parte griseo-fuscis, sequentibus griseo-fuscis, exterius albo-rufescente fimbriatis, reliquis nigricantibus, rufo marginatis; 12 rectricibus, binis intermediis nigricantibus, rufo fimbriatis, lateralibus griseis, albo-rufescente marginatis. . . . L'ALOUETTE-DÉMER DE S. DOMINGUE.

Craffitie *Cinclum nostratem* paululum antecellit. Ipsi longitudo 8 pollices explet. Rostrum 13 lineas longum est; cauda $2\frac{1}{2}$ pollices; pars crurum plumis denudata 9 lineas; digitorum anticorum medius unum pollicem longus; extimus $10\frac{1}{2}$ lineas; intimus 10 lineas; posticus 3 lineas. Omnes digiti sunt ad exortum usque a se invicem discreti. Extremitatum alarum distantia est $15\frac{1}{2}$ pollicum; alæ complicatæ ad 2 lineas ultra caudam extremam protruduntur. Rostrum fuscum, attamen in extremitate nigrum. Pars crurum plumis denudata, pedesque fusci; ungues vero nigricantes. Habitat in *Dominicensi Insula*.

† ** 13. CINCLUS DOMINICENSIS MINOR.

Tringa pennis in medio nigricantibus, ad margines rufescentibus superne vestita, inferne albo-rufescens; uropygio griseo-fusco, pennis in medio obscurioribus; remigibus primoribus nigricantibus, interius pro parte griseis, sequentibus in exortu candicantibus, versus extremitatem fuscis, interius griseo marginatis, reliquis nigricantibus rufescente marginatis; 12 rectricibus, binis intermediis exterius griseo-fuscis, interius nigri-

nigricantibus, lateralibus griseis, tribus utrinque
extimis scapo albido præditis, binis proximis al-
bo-rufescente in apice marginatis. . . . LA PE-
TITE ALOUETTE—DE—MER DE S. DOMINGUE.

Crassitie *Passerem domesticum* non excedit. Ipsius
longitudo $5\frac{2}{3}$ pollices æquat. Rostrium $9\frac{1}{2}$ lineas lon-
gum est; cauda $1\frac{2}{3}$ pollicem; pars crurum plumis
denudata $6\frac{1}{2}$ lineas; digitorum anticorum medius
9 lineas, extimus 8 lineas, intimus $7\frac{1}{2}$ lineas; pos-
ticus $2\frac{1}{2}$ lineas. Trium digitorum anticorum me-
dius cum extimo digito connectitur membranula
ad primum usque articulum extensa, & digito in-
timo rudimento membranæ coadunatur. Extremi-
tates alarum $10\frac{2}{3}$ pollicum intervallo distant; alæ
complicatæ ad duas lineas ultra caudæ extremi-
tatem protenduntur. Rostrium fuscum, excepta ta-
men extremitate nigra. Pars crurum plumis denu-
data, pedesque fusci; ungues vero nigri.

Fœmina a mare discrepat coloribus nonnihil dila-
tioribus.

Habitant in *Dominicensi Insula*.

† ** 14. CALIDRIS.

Tringa superne fusco-nigricans, marginibus penna-
rum dilute castaneis, inferne castanea; uropygio
cinereo-fusco, nigricante transversim striato;
marginibus pennarum albidis; lateribus in parte
infima fusco-nigricante, albo & dilute castaneo
transversim striatis; remigibus primoribus super-
ne faturate fuscis, interius pro parte griseis, qui-
busdam exterius paucis candido marginatis, se-
quentibus griseo-fuscis, albo marginatis, reli-
quis fuscis; 12 rectricibus griseo-fuscis, late-
ralibus exterius albo marginatis. . . . LA MAU-
BECHÉ.

Rusticula sylvatica. *Gesn. Aldrov. Forst.* Germanice,
WALD-SCHNEPF.

Cum

Cum *Totano* crassitie circiter convenit. Ipsi-
 gitudo $9\frac{1}{4}$ pollices æquat. Rostrum 15 lineas longum
 est; cauda 2 pollices; pars crurum plumis denudata
 7 lineas; digitorum anticorum medius unum polli-
 cem longus; extimus 10 lineas, intimus $9\frac{1}{2}$ lineas;
 posticus autem tres solummodo lineas. Trium digi-
 torum anticorum medius ad digitum extimum ad-
 nectitur membranula ad primum usque articulum
 extensa. Extremitates alarum $1\frac{1}{2}$; pedis & 9 linea-
 rum intervallo distant; alæ complicatæ ad tres li-
 neas ultra caudam extremam protenduntur. Ros-
 trum, unguesque nigricant. Pars crurum plumis
 denudata, pedesque fusci sunt. Digiti autem lati
 sunt & crassi. Juxta maris littora degit.

† ** 15. CALIDRIS NÆVIA.

Tringa superne cinereo—fusca, maculis nigricante-
 violaceis rufisque varia, inferne dilute castaneâ;
 collo inferiore albo—rufescente, maculis fuscis
 castaneisque variegato; uropygio cinereo—fusco,
 nigricante transversim striato, marginibus pen-
 narum candidis; lateribus nigricante maculatis;
 remigibus majoribus fusco—nigricantibus, inte-
 rius pro parte cinereis, minoribus cinereo—fus-
 cis, exterius albo marginatis; 12 rectricibus, bi-
 nis intermediis cinereis, albo marginatis, latera-
 libus cinereo—fuscis, scapo albo præditis, utrin-
 que extrema linea longitudinali candida exterius
 notata. . . . LA MAUBÉCHE TACHETÉE.

An Glareola castanea? *Klein.*

Præcedenti paululum crassitie cedit. Ipsi-
 gitudo $8\frac{1}{4}$ pollices explet. Rostrum 15 lineas lon-
 gum est; cauda $2\frac{1}{2}$ pollices; pars crurum plumis
 denudata 8 lineas; digitorum anticorum medius 13
 lineas, extimus 10 lineas, intimus 9 lineas; post-
 icus 3 lineas. Trium digitorum anticorum medius
 extremo digito coadunatur membranula ad primum
 usque

usque articulum extensa. Extremitatum alarum distantia est $1\frac{1}{2}$ pedis; alæ complicatæ ad extremitatem caudæ pertingunt. Rostrum nigricans. Pars crurum plumis denudata, pedesque viridescentes; ungues vero nigri. Maris littora frequentat.

† ** 16. CALIDRIS GRISEA.

Tringa superne grisea, inferne alba, pennis in collo inferiore, pectore & lateribus tænia fusca undata circumferentiæ parallela notatis, in ventre lineola longitudinali fusca versus apicem insignitis; uropygio dilute griseo, pennis duplici tænia fusca circumferentiæ parallela notatis, albo marginatis; remigibus primoribus fuscis, quibusdam albo exterius marginatis, sequentibus griseis, albo fimbriatis, corpori vicinioribus tænia fusca, circumferentiæ parallela, notatis, & in apice albo marginatis; 12 rectricibus griseis, tænia saturatius grisea margini parallela insignitis, margine candida. . . . LA MAUBÉCHE GRISE.

Cum præcedente crassitie circiter convenit. Ipsius longitudo $9\frac{1}{2}$ pollices æquat. Rostrum $14\frac{1}{2}$ lineas longum est; cauda 2 pollices; pars crurum plumis denudata 6 lineas; digitorum anticorum medius 11 lineas, extimus $9\frac{1}{2}$ lineas, intimus $8\frac{1}{2}$ lineas; posticus 3 lineas. Trium digitorum anticorum medius cum extimo digito connectitur membranula ad primum usque articulum extensa. Extremitatum alarum distantia est $1\frac{1}{2}$ pedis & 4 linearum; alæ complicatæ ad 3 lineas ultra caudam extremam protenduntur. Rostrum, pars crurum plumis denudata, pedes, unguesque nigri. Juxta maris littora degit.

† ** 17. CALIDRIS GRISEA MINOR.

Tringa superne grisea, scapis pennarum nigris, inferne nivea; capite anteriore albo; tænia utrinque à rostro ad oculos grisea; uropygio dilute griseo; rectricibus alarum superioribus minimis nigricantibus;

tibus; remigibus primoribus nigricantibus, sequentibus in exortu candidis, versus extremitatem nigricantibus, quibusdam albo terminatis, corpori vicinioribus fuscis, albo marginatis; 12 rectricibus, binis intermediis fuscis, lateralibus griseis, omnibus candicante marginatis. . . . LA PETITE MAUBÉCHE GRISE.

Arenaria, i. e. Sanderling alias etiam Curwilet Pensantiæ in Cornubia dicta. Willughb. Raj. Sanderling de Cornouaille. Alb.

Præcedenti multum crassitie cedit. Ipsius longitudo $7\frac{1}{2}$ pollices explet. Rostrum unum pollicem longum est; cauda $1\frac{1}{2}$ pollicem; pars crurum plumis denudata 3 lineas; digitorum anticorum medius 9 lineas, extimus 8 lineas, & intimus $7\frac{1}{2}$ lineas: digito postico caret; quod maxime singulare. Trium digitorum anticorum medius ad extimum digitum adnectitur membranula ad primum usque articulum extensa. Extremitates alarum $13\frac{1}{2}$ pollicum intervallo distant; alæ complicatæ ad tres lineas ultra caudam extremam protenduntur. Rostrum, pars crurum plumis denudata, pedes, unguesque nigri.

Fœmina a mare discrepat superioribus alarum tectricibus minimis, & remigibus majoribus fuscis, dum istæ pennæ in mare nigricant.

In arenosis locis circa maris littora versantur; & gregatim volant.

† ** 18. P U G N A X.

Tringa versicolor; (capite anteriore papilloso; pen- nis in collo inferiore longissimis, *mas*); capite & collo superiore splendide violaceis; pennis dorsi supremi, nigricantibus, griseo fimbriatis, & violaceo maculatis; dorso infimo griseo-fusco; basi rostri fordide albo-rufescente; pectore albo & nigro variegato; ventre albo; remigibus majoribus rufescentibus, minoribus griseo-fuscis, corpori vicinioribus fuscis, nigricante transversim in

apice maculatis; 12 rectricibus, lateralibus griseo-fuscis. . . LE COMBATTANT OU PAON-DE-MER.

Pugnax. Linn. Avis quædam, quam in Belgio Kemperken, id est, Pugnacem vocant. Aldrov. ejus icones satis accuratæ. Avis pugnax. Jonst. Charlet. Marfil. maris icon satis accurata. Willugh. bujus icones satis accuratæ. Raj. Rzæ. Glareola pugnax. Klein. Philomachus. Moebr. An Ardea Americana, subcastanea, cucullata? Barr. Héron étoilé ou blanc. Alb. Germanice, HAUS-TEUFREL. Belgice, KEMPERKEN, Anglice, RUFFE.

Totanium crassitie circiter æmulatur. Ipsi longitududo $10\frac{1}{2}$ pollices æquat. Rostrum $1\frac{1}{4}$ pollicem longum est; cauda $2\frac{1}{2}$ pollices; pars crurum plumis denudata 13 lineas; digitorum anticorum medius $1\frac{1}{2}$ pollicem, extimus 14 lineas, intimus 13 lineas; posticus 4 lineas. Trium digitorum anticorum medius extimo digito coadunatur membranula ad primum usque articulum extensa. Extremitates alarum $1\frac{1}{2}$ pedis & 6 linearum intervallo distant; alæ complicatæ caudam fere extremam attingunt. Caput anterius exiguis obsitum est papillis carnosis, carneo colore imbutis: quæ papillæ in variis individuis multum numero variant; alia enim magna istarum papillarum copia, alia parva donantur. Partem colli inferiorem cooperiunt pennæ longæ, saturate violaceæ, splendentes, rufo transversim striatæ. Oculorum irides avellanæ. Rostrum, pars crurum plumis denudata, pedesque grisei; ungues vero nigricantes.

Femina a mare differt parte capitis anteriore papillis carnosis nequaquam obsita, & pennis collum inferius vestientibus pennarum collum superius obtegentium longitudinem non excedentibus. Ab illo quoque coloribus discrepat. In capite & inferne albet, superne candido fusco & rufescente est variegata. Caudæ rectrices rectricibus maris concolores. Rostrum rubrum, attamen in extremitate nigrum.

Pars

Pars crurum plumis denudata, pedesque rubri; ungues vero nigri.

Aves istæ multum colore variant: raro occurrunt duæ perfecte inter se similes. Ideo singulas ab *Aldrovanda*, & aliis descriptas, recensere supervacaneum foret. Juxta maris litora versantur.

** 19. MERULA AQUATICA.

Tringa superne fusco-nigricans; genis, gutture; collo inferiore & pectore niveis; ventre supremo fusco-rufescente; imo ventre nigricante; remigibus fusco-nigricantibus; 12 rectricibus nigricantibus. . . . LE MERLE-D'EAU.

Trynga. Charlet. Merula aquatica. Gesn. Aldrov. Schwencck. Fonst. Willugh. Raj. Charlet. Linn. Turdus aquaticus. Gesn. Aldrov. Klein. An Gallinulæ aquaticæ species? Aldrov. Cornix aquatica. Gesn. Cinclus. Linn. Merle d'eau. Alb. Germanice, WASSER-AMSEL. Anglice, WATER-OUZEL.

Merula vulgari paululum crassitie cedit. Ipsi-
us longitudo $7\frac{1}{2}$ pollices æquat. Rostrum 10 lineas longum est; cauda $2\frac{1}{4}$ pollices; pars crurum plumis denudata 4 lineas; digitorum anticorum medius 10 lineas, extimus $8\frac{1}{2}$ lineas, intimus 7 lineas; & posticus 4 lineas. Trium digitorum anticorum medius cum extimo connectitur membranula fere ad primum usque articulum extensa. Extremitatum alarum distantia est $11\frac{1}{4}$ pollicum; alæ complicatæ ad mediam circiter caudæ longitudinem pertingunt. Palpebræ sunt candidæ. Oculorum irides avellanæ. Rostrum, pars crurum plumis denudata, pedes, unguesque nigri. Juxta fluviorum ripas versatur, ibique *Pisciculis* & *Insectis aquaticis* victitat. Sub aquis quandoque se mergit. Solitaria est, & parienti tantum tempore cum fœmina volat.

20. TURDUS AQUATICUS.

Tringa superne rufescente-olivacea, inferne alba;

superne & inferne maculis nigricantibus varia; tænia supra oculos candida; fascia duplici in alis transversa alba; remigibus nigricantibus albo terminatis; 12 rectricibus, binis intermediis rufescente-olivaceis, tænia transversa fusca in apice notatis, lateralibus albis, nigricante transversim striatis. . . . LA GRIVE—D'EAU.

Tringa tacheté. Edwards, avec une figure exacte. Anglice, SPOTTED TRINGA.

Cum *Turdo minori* crassitie circiter convenit. Ipsi longitudo $7\frac{1}{2}$ pollices circiter æquat. Rostrum $12\frac{1}{2}$ lineas longum est; cauda $1\frac{1}{2}$ polliceni; pars crurum plumis denudata 4 lineas; digitorum anticorum medius $9\frac{1}{2}$ lineas, extimus 8 lineas, intimus 7 lineas; posticus $3\frac{1}{2}$ lineas. Trium digitorum anticorum medius ad digitum extimum adnectitur membranula ad primum usque articulum extensa. Alæ complicatæ ad duas circiter tertias caudæ partes protenduntur. Rostrum ab ipsius exortu ad duas circiter tertias longitudinis partes usque carneo colore imbutum, inde ad extremitatem fuscum. Pars crurum plumis denudata, pedesque obscure carneo colore tincti; unguis vero nigri. Habitat in *Europæ & Americæ* Septentrionali regione.

21. CANUTUS.

Tringa superne cinereo-fusca, marginibus pennarum dilutioribus, inferne alba, maculis nigricantibus varia; tænia supra oculos candida, altera infra saturate fusca; fascia in alis transversa alba; uropygio albo & cinereo-fusco lunulatum variegato; remigibus primoribus nigricantibus, quibusdam exterius albo marginatis, sequentibus cinereo-fuscis, in apice albo, aut griseo, fimbriatis; ex 12 rectricibus decem intermediis cinereo-fuscis, utrinque extrema candida. . . . LE CANUT.

Canutus. Linn. Chalidris cinerea. Charlet. Canuti Avis,

Avis, id est, Knot Lincolnienſibus. *Raj.* Knot agri Lincolnienſis. *Willugh.* Canut. *Edwards,* avec une figure exacte. *Anglice,* KNOT.

Calidrim cineream crassitie circiter æmulatur. Ipfius longitudo $9\frac{1}{2}$ pollices circiter explet. Rostrum $12\frac{1}{2}$ lineas longum est; cauda 2 pollices; pars crurum plumis denudata $6\frac{1}{2}$ lineas; digitorum anticorum medius cum ungue 11 lineas, extimus 9 lineas, intimus 8 lineas; posticus $2\frac{1}{2}$ lineas. Digni omnes sunt ad exortum usque a se invicem discreti. Alæ complicatæ ad extremitatem caudæ fere pertingunt. Oculorum irides avellaneæ. Rostrum saturatissimo fusco imbutum. Pars crurum plumis denudata, pedes, unguesque fusco-viridescentes. Facile pinguescit hæc Avis, & comestum est delicatissima. Habitat in *Angliæ* Septentrionalibus Provinciis.

LXXVI. Genus *Limosæ.*

Hujus character est

Digni quatuor, membranis destituti; tres scilicet antici, posticus unus:

Crura in parte inferiore plumis denudata:

Rostrum gracile, longissimum, subrectum, sursum modice tendens; ipsius apice obtuso & lævi.

** I. L I M O S A.

Limosa superne griseo-fusca, pennis nigricantibus, ad margines maculis rufis variegatis, intersertis, inferne alba; gutture albo-rufescente; collo griseo & rufescente vario, lineolis longitudinalibus fuscis in ima parte notato; pectore griseo-candicante, tæniis transversis fuscis variegato; uropygio fusco; remigibus plerisque pro parte nigricantibus, pro parte candidis, reliquis candidis fusca macula notatis, aut griseo-fuscis; 12 rectricibus in exortu albis, in extremitate nigris, octo intermediis in apice griseis, tribus utrinque

lateralibus albo in apice marginatis. . . LA BARGE.

Limosa. *Linn.* Scolopax, Rusticola Aldrovandi. *Klein.*
An Elaphis? *Gesn.* Totanus cinereus, rostro præ-
longo. *Barr.* Totanus. *Aldrov. Jonst. Moebr.* Fe-
doa secunda, quæ eadem esse videtur cum Totano
Aldrovandi. *Willugh. Raj.* Gallinago cinerea major.
Marfil. Barge Gallorum. *Aldrov. Jonst. Charlet.*
Barge. *Bel.* Anglice, GOAT-HEAD.

Crassitie Totanum multum antecellit. Ipsius lon-
gitudinis $15\frac{1}{2}$ pollices æquat. Rostrum $3\frac{1}{2}$ pollices lon-
gum est; cauda $2\frac{1}{2}$ pollices; pars crurum plumis
denudata $1\frac{3}{4}$ pollicem; digitorum anticorum medius
 $1\frac{3}{4}$ pollicem, extimus 16 lineas, intimus 15 lineas;
posticus 5 lineas. Trium digitorum anticorum me-
dius extimo digito coadunatur membranula ad pri-
mum usque articulum extensa. Extremitates ala-
rum 2 pedum intervallo distant; alæ complicatæ ad
6 lineas ultra caudam extremam protenduntur. Ba-
sim rostri ambiunt plumulæ fordide albo-rufescen-
tes. Cauda nonnihil bifurca. Oculorum pupilla
nigra: ipsorum irides candicantes. Rostrum ab ip-
sius exortu versus duas tertias longitudinis partes
usque rubro-flavicans, in reliqua longitudine nigri-
cans. Pars crurum plumis denudata, pedes, un-
guesque nigri. Juxta maris littora degit.

† ** 2. LIMOSA GRISEA.

Limosa superne griseo-fusca, maculis nigricantibus
varia, inferne alba; capite & collo superioribus
fusco-nigricantibus, marginibus pennarum albi-
dis; collo inferiore & pectore lineis longitudina-
libus fusco-nigricantibus variegatis; tænia su-
pra oculos & uropygio candidis; remigibus pri-
moribus superne nigricantibus, inferius pro parte
griseis, fusco maculatis, sequentibus griseo-fus-
cis, interius candido & griseo-fusco notatis;
12 rectricibus albis, fusco transversim striatis,
la-

lateralibus interius versus exortum penitus candidis. . . . LA BARGE GRISE.

Totanus. *Gesn. Aldrov.* Gallinulæ maritimæ genus aliud, Venetis Totanus. *Gesn.* Glareola, Barker, Albin. *Klein.* Crex. *Bell. Jonst. Aldrov. Willughb. Raj. Charlet.* Oiseau nommé Crex. *Bel.* Petit Corlieu ou Aboyeur des Anglois. *Alb.* Germanice, MEER-HOUN. *Anglice,* BARKER.

Cum *Totano* crassitie circiter convenit. Ipsi longitudo $11\frac{1}{2}$ pollices explet. Rostrum $2\frac{1}{2}$ pollices longum est; cauda $2\frac{3}{4}$ pollices; pars crurum plumis denudata $1\frac{5}{8}$ pollicem; digitorum anticorum medius $1\frac{1}{2}$ pollicem, extimus 14 lineas, intimus $12\frac{1}{2}$ lineas; posticus $3\frac{1}{2}$ lineas. Trium digitorum anticorum medius cum extimo digito connectitur membranula ad primum usque articulum extensa, & ad digitum intimum rudimento membranæ adnectitur. Extremitatum alarum distantia est $1\frac{3}{4}$ pedis & 6 linearum; alæ complicatæ caudam extremam attingunt. Rostrum fuscum. Pars crurum plumis denudata, pedesque grisei; ungues vero nigricantes. Circa maris littora versatur.

† ** 3. LIMOSA GRISEA MAJOR.

Limosa superne saturate fusca, marginibus pennarum albidis, inferne alba; gutture albo-rufescente; collo albido, maculis longitudinalibus fuscis vario; uropygio fusco, marginibus pennarum candidis; remigibus majoribus exterius in extremitate nigricantibus, interius cinereo-fuscis candido maculatis, minoribus dilute cinereo-fuscis, albo maculatis, corpori vicinioribus tæniis nigricantibus, griseis & albidis, transversim insignitis; 12 rectricibus albis, nigricante transversim striatis. . . . LA GRANDE BARGE GRISE.

Limosa. *Gesn. Aldrov. Jonst. Charlet.* Glottis. *Linn.* Glottis; Lingulaca *Gazæ. Gesn.* Glottis, seu Pluvialis major *Aldrovandi. Sloane.* Pluvialis major. *Aldrov.*

Aldrov. Jonst. Willughb. Raj. Charlet. Pluvialis
 major; *Limosa Venetorum; Glottis. Rzac.* Pluvialis
 major; *Glottis, Venetis Totano. Marfil.* Femelle
 du Chevalier aux pieds rouges. *Alb.* Germanice,
 MEER-HOUN. *Anglice,* GREEN LEGGED HORSEMAN.

Limosa vulgari nonnihil crassitie cedit. Ipsi-
 us longitudo $13\frac{1}{2}$ pollices æquat. Rostrum $3\frac{1}{2}$ pollices
 longum est; cauda $2\frac{1}{2}$ pollices; pars crurum plumis
 denudata 13 lineas; digitorum anticorum medius
 $14\frac{1}{2}$ lineas, extimus 13 lineas, intimus $12\frac{1}{2}$ lineas;
 posticus 5 lineas. Trium digitorum anticorum me-
 dius digito intimo coadunatur membranula ad pri-
 mum usque articulum extensa. Extremitates ala-
 rum $2\frac{1}{2}$ pedum intervallo distant; alæ complicatæ
 ad 6 usque lineas ultra caudam extremam proten-
 duntur. Rostrum in exortu fusco imbuitur; qui co-
 lor, versus apicem procedendo, sensim atque sensim
 fit saturatior; apex autem nigricat. Pars crurum
 plumis denudata, pedesque nigro-viridescentes;
 unguis vero nigri. Juxta maris & fluviorum litto-
 ra versatur.

† * * 4. LIMOSA FUSCA.

Limosa superne fusco-nigricans, marginibus pen-
 narum albidis, inferne saturate cinerea, albo va-
 riegata; vertice cinereo-nigricante; uropygio
 candido; remigibus primoribus superne fuscis,
 interius pro parte candicantibus, griseo-fusco
 maculatis, sequentibus fusco & albo transversim
 striatis, corpori vicinioribus fusco-nigricantibus
 ad margines albido maculatis; 12 rectricibus, bi-
 nis intermediis fusco-nigricantibus, candicante
 transversim striatis, lateralibus fuscis, albo trans-
 versim striatis. . . . LA BARGE BRUNE.

Crassitie *Limosam griseam* paululum antecellit. Ip-
 sius longitudo $11\frac{1}{2}$ pollices æquat. Rostrum $2\frac{1}{2}$ pol-
 lices longum est; cauda $2\frac{2}{3}$ pollices; pars crurum
 plumis denudata $18\frac{1}{2}$ lineas; digitorum anticorum

medius $1\frac{1}{2}$ pollicem, extimus 15 lineas, intimus 14 lineas; posticus autem $3\frac{1}{2}$ lineas. Trium digitorum anticorum medius cum extremo digito connectitur membranula ad primum usque articulum extensa, & ad digitum intimum rudimento membranæ adnectitur. Extremitatum alarum distantia est $1\frac{1}{2}$ pedis & 3 linearum; alæ complicatæ caudæ extremitatem attingunt. Rostrum nigrum, excepto tamen mandibulæ inferioris exortu albido. Rostrum autem extremitas paululum deorsum incurvatur. Pars crurum plumis denudata, pedes, unguesque fuscii. Juxta maris littora degit.

† ** 5. LIMOSA RUF A.

Limosa superne nigricans, marginibus pennarum rufescentibus, inferne ferruginea; tænia supra oculos rufescente; uropygio albo-rufescente, maculis longitudinalibus nigricantibus vario; remigibus primoribus fusco-nigricantibus, interius pro parte griseis, quibusdam albo marginatis, sequentibus griseo-fuscis albo fimbriatis, corpori vicinioribus fusco-nigricantibus, rufescente ad margines maculatis; 12 rectricibus fuscis albo transversim striatis. . . . LA BARGE ROUSSE.

Scolopax Lapponica. Hæmastica. Linn. Totanus fulvus, maculis fuscis. Barr. Francolin à poitrine rouge. Edwards, avec une figure assez exacte. Anglice, RED-BREADED GODWIT.

Cum præcedente crassitie circiter convenit. Ipsius longitudo $13\frac{1}{2}$ pollices explet. Rostrum $3\frac{1}{2}$ pollices longum est; cauda $3\frac{1}{2}$ pollices; pars crurum plumis denudata 15 lineas; digitorum anticorum medius 15 lineas, extimus $12\frac{1}{2}$ lineas, intimus unum pollicem; posticus 4 lineas. Trium digitorum anticorum medius ad extremum digitum adnectitur membranula ad primum usque articulum extensa. Extremitatum alarum distantia est $1\frac{1}{2}$ pedis & 4 linearum; alæ complicatæ caudam extremam attingunt. Rostrum

ab ipsius exortu mediam versus longitudinem usque ex luteo rubescit, a medietate ad apicem nigricat. Pars crurum plumis denudata, pedesque similiter nigricantes, unguis vero nigri. Circa maris litora versatur.

6. LIMOSA RUF A MAJOR.

Limosa superne nigricans, marginibus pennarum rufescentibus, inferne fordide alba, maculis transversis nigricantibus varia; tænia supra oculos alborufescente; collo rufo, inferne nigricante transversim striato; uropygio candido, maculis nigricantibus vario; remigibus nigricantibus, majoribus quibusdam alba macula insignitis, minoribus rufescente fimbriatis; 12 rectricibus nigricantibus, albo transversim striatis. . . . LA GRANDE BARGE ROUSSE.

Ægocephala. Linn. Barge seu *Ægocephalus* Bellonii. Willugh. *Raj. Marfil.* Glareola *Ægocephalus*. Klein. Francolin. *Alb.* Anglice, GODWIT.

Præcedentem multum crassitie superat. Ipsi longitudo 15 circiter pollices explet. Rostrum $3\frac{1}{2}$ pollices longum est; cauda 3 pollices; pars crurum plumis denudata 13 lineas; digitorum anticorum medius 15 lineas, extimus $12\frac{1}{2}$ lineas, intimus unum pollicem; posticus 4 lineas. Trium digitorum anticorum medius cum extimo digito connectitur membranula ad primum usque articulum extensa. Extremitates alarum $2\frac{1}{2}$ pedum intervallo distant; alæ complicatæ caudam extremam fere pertingunt. Rostrum in exortu ex albo rubescens, versus extremitatem nigrum. Pars crurum plumis denudata, pedesque fusco-viridescentes; unguis vero nigri. Maris arenosa litora frequentat.

** 7. LIMOSA AMERICANA RUF A.

Limosa superne fusco-rufescens, nigro transversim striata, inferne albo-rufescens; tænia supra oculos,

los, genis & gutture candidis; uropygio rufo, nigricante transversim striato; collo inferiore & pectore rufescentibus, collo inferiore maculis longitudinalibus nigris, pectore maculis transversis fuscis vario; remigibus majoribus nigricantibus, sequentibus spadiceis, nigro punctulatis, corpori vicinioribus fusco-rufescentibus, nigro transversim striatis; 12 rectricibus rufis, nigro transversim striatis. . . . LA BARGE ROUSSE D'AMERIQUE.

Fedoa. Linn. Grand Francolin de l'Amérique. *Edwards, avec une figure exacte.* Anglice, GREATER AMERICAN GODWIT.

Crassitie præcedentem nonnihil excedit. Ipsi-
us longitudo $16\frac{1}{2}$ pollices æquat. Rostrum $3\frac{1}{4}$ pollices
longum est; cauda $2\frac{2}{3}$ pollices; pars crurum plumis
denudata $1\frac{5}{7}$ pollicem; digitorum anticorum me-
dius $1\frac{2}{3}$ pollicem, extimus 16 lineas, intimus 14
lineas; posticus autem 6 lineas. Trium digitorum
anticorum medius digito extimo coadunatur mem-
branula ad primum usque articulum extensa. Ex-
tremitates alarum $2\frac{1}{4}$ pedum intervallo distant; alæ
complicatæ ad 6 usque lineas ultra caudam extremam
protenduntur. Rostrum ab ipsius exortu mediam
versus longitudinem usque eleganter luteum, deinde
fuscum; qui color, versus apicem procedendo, sen-
sim atque sensim fit saturior; in extremitate autem
nigrum. Pars crurum plumis denudata, pedes, un-
guesque nigricant. Habitat in variis *Americæ* re-
gionibus.

8. LIMOSA CANDIDA.

Limosa candida; marginibus alarum, remigibus
majoribus, rectricibusque 12 albo-flavicantibus.
. . . . LA BARGE BLANCHE.

Francolin blanc de la Baye de Hudson. *Edwards, avec
une figure exacte.* Anglice, WHITE-GODWIT FROM
HUDSON'S-BAY.

Cum *Limosa rufa* crassitie circiter convenit. Ipsi-
 us longitudo $14\frac{1}{2}$ pollices circiter explet. Rostrum
 $3\frac{1}{2}$ pollices longum est; cauda $2\frac{1}{2}$ pollices; pars
 crurum plumis denudata 16 lineas; digitorum anti-
 corum medius $1\frac{1}{2}$ pollicem, extimus 13 lineas, in-
 timus unum pollicem; posticus 3 lineas. Trium
 digitorum anticorum medius cum extimo digito
 connectitur membranula ad primum usque articulum
 extensa, & digito intimo rudimento membranæ coa-
 dunatur. Alæ complicatæ ad 6 lineas ultra caudam
 extremam protenduntur. Rostrum aurantium, at-
 tamen in extremitate nigrum. Pars crurum plumis
 denudata, pedes, unguesque saturate fusci. Habitat
 in *Freto Hudsonis*.

LXXVII. Genus *Scolopacis*.

Hujus character est

Digiti quatuor, membranis destituti; tres scilicet
 antici, posticus unus:

Crura in parte inferiore plumis denudata:

Rostrum gracile, longissimam, rectum; ipsius apice
 obtuso & rugoso.

** I. S C O L O P A X.

Scolopax superne castaneo, nigro & griseo variega-
 ta, inferne griseo-rufescens, nigricante trans-
 versim striata; tænia utrinque rostrum inter &
 oculum nigra; gutture candicante; collo supe-
 riore tæniis quatuor transversis nigris insignito;
 uropygio castaneo, nigricante transversim stria-
 to; remigibus primoribus fuscis, prima candican-
 te & castaneo maculata, reliquis triangularibus
 maculis castaneis insignitis, corpori vicinioribus
 griseo-fusco, & castaneo transversim striatis; 12
 rectricibus nigris, in apice griseis, maculis trian-
 gularibus castaneis in margine exteriori notatis.

. . . . LA BECCASSE.

Scolopax

Scolopax subtus fulva, superne cinerea. *Barr.* Scolopax. *Fonst.* Willugh. *Sibbald.* Klein. Scolopax, Gallinago maxima. *Raj.* Scolopax, sive Perdix rustica. *Aldrov.* Scolopax, Rusticula major. *Charlet.* Ascolopax. *Bell.* Rusticula. *Moabr.* Rusticula, vel Perdix rustica major. *Gesn.* Perdix rustica major. *Schwenck.* Perdix rustica major; Ascolopax; Scolopax; Gallinago Gazæ. *Rzac.* Gallina rustica. *Gesn.* Ruricola. *Linn.* Wood-Cock. *Borl.* Bécasse, Bécasse grande, Béquasse, Videcocq. *Bel.* Bécasse. *Alb.* Germanice, SCHNEPFF. *Belgice,* SNEPPE. *Anglice,* WOOD-COCK.

Perdicem cineream crassitie circiter æmulatur. Ipsius longitudo 13 pollices explet. Rostrum $2\frac{7}{8}$ pollices longum est; cauda 3 pollices; pars crurum plumis denudata 2 lineas; digitorum anticorum medius $1\frac{7}{8}$ pollicem, extimus 13 lineas, intimus unum pollicem; posticus $5\frac{1}{2}$ lineas. Digiti tres antici in ipsorum exortu rudimento membranæ valde exiguo inter se connectuntur. Extremitates alarum $1\frac{2}{3}$ pedis intervallo distant; alæ complicatæ caudam extremam fere pertingunt. Rostrum in exortu ex griseo ad carneum colorem vergit, in extremitate nigricat. Pars crurum plumis denudata, pedes, unguesque griseo-fusci. Sylvas humidas & rivulos juxta sepes frequentat.

** A. SCOLOPAX CANDIDA.

LA BECCASSE BLANCHE.

Scolopax alba. *Klein.* Bécasse blanche. *Alb.* avec une figure passable. *Anglice,* WHITE WOOD-COCK.

A præcedente differt colore in universo corpore candido. (Illa cujus descriptionem dedit *Albinus*, paucò variegatur castaneo). Rostrum ex albo flavicat. Pars crurum plumis denudata, pedesque sunt pallide lutei; ungues vero candidi.

† ** 2. GALLINAGO.

Scolopax superne nigricante & fulvo diluto variegata,

gata, inferne alba; gutture fulvo; capite superiore triplici tænia longitudinali dilute fulva notato; dorso fasciis quatuor longitudinalibus dilute fulvis insignito; uropygio fusco-nigricante, albo-fulvescente transversim striato; remigibus primoribus fuscis, albo variis, corpori vicinioribus tæniis, alternatim nigricantibus & fulvis, oblique striatis; 12 rectricibus in exortu nigricantibus, in extremitate fulvis, nigricante transversim striatis. . . LA BECCASSINE.

Scolopax cinerea minor, rostro nigro. *Barr.* Scolopax media. Scolopax, quæ Capella cœlestis authorum. *Klein.* Scolopax, seu Gallinago minor. *Aldrov. Jonst.* Gallinago. *Linn.* Gallinago, vel Scolopax minor, sive Rusticula minor. *Gesn. Cbarlet.* Gallinago minor. *Raj. Sibbald. Aldrov. Willugh.* Gallinago vulgaris minor. *Marfil.* Perdix rustica minor. *Schwenck.* Perdix rustica minor; Scolopax minor; Rusticula minor; Gallinago minor; Capella cœlestis. *Rzac.* Molliceps Aristotelis. *Jonst.* Bécassine. *Alb.* Bécassine, Bécasseau, Bécasson, Bécasse petite. *Bel.* Germanice, SCHNEPFLE. *Anglice,* SNIFE.

Crassitie *Coturnicem* paululum antecellit. Ipsi longitudo 10 pollices explet. Rostrum $2\frac{1}{2}$ pollices longum est; cauda $2\frac{1}{2}$ pollices; pars crurum plumis denudata 5 lineas; digitorum anticorum medius $1\frac{1}{2}$ pollicem, extimus 13 lineas, intimus $12\frac{1}{2}$ lineas; posticus 4 lineas. Omnes digiti sunt ad exortum usque a se invicem penitus discreti. Extremitatum alarum distantia est $15\frac{1}{2}$ pollicum; alæ complicatæ nonnihil ultra tres quartas longitudinis caudæ partes extenduntur. Oculorum irides avellanæ. Rostrum ab ipsius exortu versus duas tertias longitudinis partes usque fuscum, inde ad apicem nigricans. Pars crurum plumis denudata, pedesque fusco-viridescentes; ungues vero nigricantes. Loca paludosa frequentat, & juxta rivulorum ripas versatur.

† ** 3. GALLINAGO MINOR.

Scolopax superne nigro & fulvo variegata, nigro-violaceo & viridi-aureo colore variante, inferne fusco, fulvo obscuro & albido varia; ventre albo; gutture albo-fulvescente; capite superiore duplici tænia longitudinali dilute fulva notato; dorso fasciis quatuor longitudinalibus dilute fulvis insignito; uropygio splendide violaceo, pennis albido in apice marginatis; remigibus fuscis, plerisque albido in apice terminatis, corpori vicinioribus exterius fulvis, nigricante transversim striatis; 12 rectricibus, binis intermediis nigricantibus, fulvo marginatis, lateralibus fuscis, fulvo variegatis. . . . LA PETITE BECCASSINE.

Scolopax minima, ex fulvo & castaneo colore maculata. *Barr.* Scolopax minima. *Klein.* *Willugh.* *Raf.* Cinclus. *Cbarlet.* Cinclus quartus, Gallinago minima Bellonii. *Aldrov.* *Fonst.* Plus petite espèce de Bécassine. *Bel.* Mâle de la Beccassine. *Alb.* *Belgique,* HALF-SCHNEPP. *Anglice,* JUD COCK.

Crassitie præcedenti media parte cedit. Ipsiꝯ longitudo 8½ pollices æquat. Rostrum 1½ pollicem longum est; cauda 1¼ pollicem; pars crurum plumis denudata 4 lineas; digitorum anticorum medius 13 lineas, extimus 11 lineas, intimus 10 lineas; posticus 3 lineas. Digni omnes sunt ad exortum usque a se invicem penitus discreti. Extremitates alarum 13½ pollicum intervallo distant; alæ complicatæ ad tres circiter quartas longitudinis caudæ partes usque protenduntur. Rostrum ab ipsius exortu ad duas circiter tertias longitudinis partes usque fuscum, in reliqua longitudine nigricans. Pars crurum plumis denudata, pedesque fusco-viridescentes; ungues vero nigricantes. In paludosis locis & juncetis habitat.

4. GALLINAGO MADERASPATANA.

Scolopax superne nigricante & fulvo variegata, inferne

ferne alba; gutture & collo inferiore fulvis, maculis nigricantibus variis; capite superiore triplici tænia longitudinali fusco-nigricante notato; dorso fasciis duabus longitudinalibus fusco-nigricantibus insignito; tænia transversa in pectore nigra; remigibus & 12 rectricibus nigro, fulvo & griseo variegatis. . . . LA BECCASSINE DE MADRAST.

Gallinago Maderaspatana, Perdici colore. *Raj. Anglice, PARTRIDGE-SNIPE.*

Qua magnitudine polleat prorsus ignoro. Rostrum rufescit. Hoc habet singulare hæc species, quod digitus posticus anticos digitos longitudine adæquet. Habitat circa *Maderaspatanum*.

5. GALLINAGO ANGLICANA.

Scolopax superne rufa, maculis nigris & paucis albo variegata, inferne alba; gutture, collo inferiore & pectore maculis nigricantibus variis; medio ventre nigricante, albo undulato; remigibus excavatio ad fuscum vergentibus; 12 rectricibus, binis intermediis fuscis, rufo maculatis, lateralibus fusco albicantibus. . . . LA BECCASSINE D'ANGLETERRE.

Dunlin Septentrionalium Anglorum D. Johnson. *Willughb. Raj. Anglice, DUNLIN.*

Cum *Gallinagine minori* crassitie & magnitudine convenit. Rostrum, pars crurum plumis denudata, pedes, unguesque nigri. Digitus posticus valde brevis. Habitat in *Angliæ* Septentrionali regione.

† ** 6. GALLINAGO CAPITIS BONÆ SPEI.

Scolopax superne saturate cinerea, nigricante transversim striata & violaceo adumbrata, inferne alba; fascia longitudinali in capite superiore alborufescente maculata; oculorum ambitu & tænia pone oculos candidis; genis, gutture & collo inferiore rufis; tænia in summo pectore transversa nigri-

nigricante; fascia utrinque a scapulis versus uropygium albo-flavicante, maculis nigricantibus prædita; remigibus & 12 rectricibus cinereis; nigricante transversim striatis & flavicante maculatis. . . . LA BECCASSINE DU CAP DE BONNE ESPÉANCE.

Cum *Gallinagine nostrate* crassitie circiter convenit. Ipsi longitudo 10 pollices explet. Rostrum unum pollicem & $10\frac{1}{2}$ lineas longum est; cauda $1\frac{2}{3}$ pollicem; pars crurum plumis denudata 10 lineas; digitorum anticorum medius $1\frac{2}{3}$ pollicem, extimus 16 lineas, intimus 14 lineas; posticus $5\frac{1}{2}$ lineas. Extremitates alarum $18\frac{1}{4}$ pollicum intervallo distant; aë complicatæ caudam extremam attingunt. Rostrum ex fusco rubescit. Pars crurum plumis denudata, pedes unguesque nigricant. Habitat in *Capite Bonæ Spei*.

S E C T I O V I.

Eæ quæ rostrum habent deorsum arcuatum.

Unico genere, *Numenii* scilicet, constituitur hæc sectio.

LXXVIII. Genus *Numenii*.

Hujus character est

Digiti quatuor, membranis destituti; tres scilicet antici, posticus unus:

Crura in parte inferiore plumis denudata:

Rostrum deorsum arcuatum.

Omnes hujus generis Alites rostro donantur apice obtuso.

** I. N U M E N I U S.

Numenius pennis in medio fusco-nigricantibus, in utraque margine fulvis superne vestitus, inferne
 Tom. II. T albus;

albus; gutture albido, maculis griseis vario; pectore & lateribus ad fulvum vergentibus, maculis transversis fuscis insignitis; uropygio candido maculis longitudinalibus fuscis notato; remigibus primoribus nigricantibus albo aut griseo insignitis, sequentibus fuscis, albo aut griseo variegatis; 12 rectricibus, binis intermediis griseis, lateribus albis, omnibus fusco transversim striatis...
LE COURLY.

Numenius. *Moedr.* Numenius veterum, vel ei cognatus. *Arquata major. Gesn.* Numenius, *Arquata. Klein. Sibbald. Willugh. Marfil.* Numenius sive *Arcuata major. Raj.* *Arquata albicans, maculis subcastaneis. Barr.* *Arquata. Foust. Linn. Mus. Worm.* *Arquata, Arcuata, Numenius veterum, Curlius. Charlet.* *Arquata; Arcuata; Numenius; Pardalus primus Schwenckfeldii. Rzac.* *Pardalus primus. Schwenck.* *Corlis & Corlieu. Bel.* *Corlieu. Alb. Germanice, BRACH-VOGEL. Belgice, HANIKENS. Anglice, CURLEW.*

Cum *Capone* crassitie circiter convenit. Ipsi longitududo $2\frac{1}{2}$ pedes æquat. Rostrum $5\frac{2}{3}$ pollices longum est; cauda $4\frac{2}{3}$ pollices; pars crurum plumis denudata 18 lineas; digitorum anticorum medius $1\frac{1}{2}$ pollicem, extimus $1\frac{1}{2}$ pollicem, intimus 18 lineas; posticus autem 7 lineas. Trium digitorum anticorum medius cum extimo digito connectitur membrana nonnihil ultra primum articulum extensa, & digito intimo membrana altera, solummodo ad primum usque articulum protensa, coadunatur. Extremitatum alarum distantia est $3\frac{1}{2}$ pedum; alæ complicatæ ad tres quartas longitudinis caudæ partes protenduntur. Mandibula superior fusco imbuatur, qui color, versus ipsius extremitatem procedendo, sensim atque sensim fit saturatior; extremitas autem nigricat: mandibula inferior ab ipsius exortu mediam versus longitudinem usque candicans, in reliqua longitudine fusca, qui color fuscus versus apicem nigricat. Pars crurum

rum plumis denudata, pedes, unguesque fuscis. Juxta maris, fluminum & stagnorum littora versatur.

** A. NUMENIUS CANDIDUS.

LE COURLY BLANC.

A præcedente discrepat tantum colore in universo corpore albo. Rostrum dilute griseum. Pars crurum plumis denudata, pedes, unguesque ex albo flavicant.

† ** 2. NUMENIUS MINOR.

Numenius pennis in medio saturate fuscis, ad margines griseis, superne vestitus, inferne albus; capite superiore fusco, tænia in medio longitudinali, maculis cinereo-albis varia, insignito; macula rostrum inter & oculos candida; pectore & lateribus ad fulvum vergentibus, maculis in pectore longitudinalibus, in lateribus transversis fuscis; uropygio candido; remigibus primoribus superne nigricantibus, sequentibus griseo-fuscis, tæniis candidantibus ad margines interius insignitis, exceptis corpori vicinioribus; 12 rectricibus, sex intermediis griseo-fuscis, tribus utrinque extimis albis, exterius ad fulvum vergentibus, omnibus fusco transversim striatis. . . . LE PETIT COURLY OU LE CORLIEU.

Arquata minor. *Rzac.* Arquata minor nostras. *Willughb. Raj.* Phæopus. *Linn.* Phæopus altera; vel Arquata minor. *Gesn. Willughb.* Gallinula Phæopus altera, seu Arquata minor. *Aldrov.* Wimbrel ou petit Corlieu. *Edwards,* avec une figure assez exacte. *Germanice,* REGEN-VOGEL. *Anglice,* WHIMBRELL.

Præcedenti multum crassitie cedit. Ipsius longitudo 15½ pollices explet. Rostrum 3½ pollices longum est; cauda 4 pollices; pars crurum plumis denudata 14 lineas; digitorum anticorum medius 1½ pollicem, extimus 14 lineas; intimus 13 lineas; post-

posticus 6 lineas. Trium digitorum anticorum medius cum extimo digito connectitur membrana nonnihil ultra primum articulum extensa, & digito intimo membrana altera, solummodo ad primum articulum usque producta, coadunatur. Extremitatum alarum extensarum distantia est $2\frac{1}{2}$ pedum & 6 linearum; alæ complicatæ fere ad extremitatem caudæ pertingunt. Rostrum nigricans, excepta mandibulæ inferioris basi candicante. Pars crurum plumis denudata, pedesque griseo—viridescentes; ungues vero nigricantes. Præcedentis instar, juxta maris, fluminum & stagnorum littora versatur.

† ** 3. NUMENIUS MADAGASCARIENSIS.

Numenius pennis in medio saturate fuscis, ad margines griseis, superne vestitus, inferne albus; pectore & lateribus ad fulvum vergentibus, maculis in pectore longitudinalibus, in lateribus transversis fuscis; remigibus primoribus nigricantibus, albo maculatis, sequentibus griseis, etiam candido maculatis, corpori vicinioribus fuscis, ad margines griseis; 12 rectricibus griseis, fusco transversim striatis. . . . LE COURLY DE MADAGASCAR.

Cum *Numenio nostrate* crassitie convenit. Ipsi longitudo $2\frac{1}{2}$ pedes æquat. Rostrum $6\frac{1}{2}$ pollices longum est; cauda $4\frac{1}{2}$ pollices; pars crurum plumis denudata 2 pollices; digitorum anticorum medius 2 pollices; extimus $1\frac{1}{2}$ pollicem, intimus $1\frac{2}{3}$ pollicem; posticus $8\frac{1}{2}$ lineas. Trium digitorum anticorum medius ad extimum digitum adnectitur membrana nonnihil ultra primum articulum extensa, & digito intimo membrana altera, ad primum articulum usque protensa, coadunatur. Extremitates alarum $3\frac{1}{2}$ pedum & 4 linearum intervallo distant; alæ complicatæ caudam fere extremam attingunt. Mandibula superior ex fusco rubescit, versus extremitatem tamen nigricat: mandibula inferior ab ipsius
 exortu

exortu mediam versus longitudinem usque candicans, in reliqua longitudine fusca, attamen versus extremitatem nigricans. Pars crurum plumis denudata, pedesque fusco-rubescens; ungues vero nigricantes. Habitat in *Madagascaria*.

† ** 4. NUMENIUS VIRIDIS.

Numenius superne obscure viridi-aureus, cupri puri colore varians, inferne cinereo-fuscus; capite superiore fusco, lineis longitudinalibus albidis vario; gutture & collo fusco-castaneis, gutture & colli inferioris parte suprema lineis longitudinalibus albidis variegatis; remigibus & 12 rectricibus viridi-aureis, cupri puri colore variantibus; cauda nonnihil bifurca. . . . LE COURLY VERD.

Numenius subaquilus. Numenius sive Falconellus puniceo-viridis; Ardeæ species *Marsilli*. *Klein*. Falcinellus puniceo-viridis; Ardeæ species. *Marsil.* Falcinellus. *Gesn. Willugh. Raj.* Falcinellus, sive Avis falcata. *Aldrov. Jonst. Charlet.* Germanice, WELTSCHER-VOGEL. Anglice, SCYTHE-BILL'D HERON.

Numenium minorem crassitie circiter æmulatur. Ipsi longitudo $1\frac{7}{8}$ pedem explet. Rostrum $3\frac{1}{2}$ pollices longum est; cauda eadem longitudine pollet; pars crurum plumis denudata $1\frac{1}{2}$ pollicem longa; digitorum anticorum medius $2\frac{1}{2}$ pollices, extimus $2\frac{1}{2}$ pollices, intimus 25 lineas; posticus $1\frac{1}{2}$ pollicem. Trium digitorum anticorum medius cum extimo digito connectitur membrana nonnihil ultra primum articulum extensa, & ad digitum intimum membrana altera, ad primum articulum usque producta, adnectitur. Extremitates alarum $2\frac{1}{2}$ pedum intervallo distant; alæ complicatæ caudam extremam pertinent. Rostrum fuscum. Pars crurum plumis denudata, pedes, unguesque nigricantes. Juxta maris littora versatur.

5. NUMENIUS CASTANEUS.

Numenius splendide castaneus; pectore viridi; remigibus & 12 rectricibus splendide castaneis. . .
LE COURLY MARRON.

Arcuata minor, puniceo colore, pectore virescente.
Marsil. hujus icon satis accurata.

Cum præcedente magnitudine & crassitie circiter convenit. Cujus coloris sint rostrum & pedes, prorsus me latet. Juxta *Danubii* ripas versatur.

** 6. NUMENIUS AMERICANUS FUSCUS.

Numenius castaneo—fuscus; capite, gutture & collo fuscis, lineolis longitudinalibus albidis variegatis; uropygio, pennis scapularibus & rectricibus alarum superioribus splendide fuscis, viridi colore variantibus; remigibus & 12 rectricibus superne concoloribus, subtus penitus fuscis. . .
LE COURLY BRUN D'AMERIQUE.

Rusticola maritima minor. *Barr.* Guarauna. *Pison.*
Guarauna Brasiliensibus, Rusticola aquatica. *Marcgr.*
Jonst. Raj. Willughb.

Cum *Numenio minori* crassitie circiter convenit. Ipsius longitudo $1\frac{1}{2}$ pedem æquat. Rostrum $4\frac{1}{2}$ pollices longum est; cauda $4\frac{1}{2}$ pollices; pars crurum plumis denudata 18 lineas; digitorum anticorum medius 3 pollices, extimus $2\frac{1}{2}$ pollices, intimus $2\frac{1}{2}$ pollices; posticus 16 lineas. Trium digitorum anticorum medius extimo digito coadunatur membrana nonnihil ultra primum articulum extensa, & cum digito intimo membrana altera, ad primum articulum usque protensa, connectitur. Extremitatum alarum distantia est $2\frac{1}{2}$ pedum; alæ complicatæ caudam fere extremam pertingunt. Rostrum in exortu flavicans, versus extremitatem fuscum. Pars crurum plumis denudata, pedesque griseo—fusci; ungues vero nigricantes. Habitat in *Brasilia* & *Cayena*.

7. NUMENIUS MEXICANUS VARIUS.

Numenius superne purpureo, viridi & nigricante varius, inferne fuscus, rubro variegatus; capite anteriore nudo, albo-rubescente; capite posteriore & collo fusco, albo, viridi & fulvescente variis; remigibus & 12 rectricibus viridibus, cupri puri colore variantibus; rostro cyaneo; pedibus nigricantibus. . . . LE COURLY VARIÉ DU MEXIQUE.

Corvus aquaticus. *Euseb. Nieremb.* Acacalotl, seu Corvus aquaticus. *Fern. Willughb. Raj.*

Crassitie præcedentem multum antecellit. Ipfius longitudo 3 circiter pedes æquat. Rostrum 8 pollices longum est. Oculi sunt nigri: ipsorum irides sanguineæ. Pars crurum plumis denudata, pedesque nigricantes; ungues vero nigri. Habitat in Mexico. Juxta Lacuum ripas versatur, & Piscibus victitat.

** 8. NUMENIUS AMERICANUS MAJOR.

Numenius albidus; capite anteriore nudo, nigro-cærulescente; capite posteriore, & collo griseis; uropygio nigro-virescente; remigibus majoribus & 12 rectricibus superne nigro-virescentibus, subtus nigris; rostro fusco-rubescente; pedibus nigris. . . . LE GRAND COURLY D'AMÉRIQUE.

Numenius niger. Tantalus; Loculator. *Klein. Linn. Curicaca. Pison. Marcgr. Fonst. Willughb. Raj.* Curriaca, Oiseau de Rivière. *Des March.* Pélican Américain. *Catesb. avec une très-bonne figure.* *Anglice,* WOOD-PELICAN.

Ad *Anseris* crassitiem accedit. Ipfius longitudo $2\frac{4}{7}$ pedes æquat. Rostrum $9\frac{1}{2}$ pollices longum est; cauda $4\frac{1}{2}$ pollices; pars crurum plumis denudata 3 pollices; digitorum anticorum medius $3\frac{1}{4}$ pollices, extimus $2\frac{1}{2}$ pollices, intimus $2\frac{1}{2}$ pollices; posticus 18 lineas. Trium digitorum anticorum medius cum

extimo digito connectitur membrana nonnihil ultra primum articulum extensa, & digito intimo membrana altera, ad primum usque articulum producta, coadunatur. Extremitates alarum $3\frac{1}{2}$ pedum intervallo distant; alæ complicatæ caudam extremam attingunt. Oculi sunt nigri: ipsorum irides rufescentes. Rostrum, quod versus caput crassissimum, ex fusco rubescit. Pars crurum plumis denudata, pedes, unguesque nigri. *Piscibus & Animalibus aquaticis* victitat. Habitat in *Carolina, Brasilia & Cayena.*

9. NUMENIUS AMERICANUS MINOR.

Numenius albidus; capite anteriore nudo, nigro; capite posteriore, & collo griseis; uropygio nigro-virescente; remigibus majoribus & 12 rectricibus superne nigro-virescentibus, subtus nigris; rostro fusco-rubescente; pedibus pallide rubris. . . . LE PETIT COURLY D'AMÉRIQUE.

Matuitui. *Pison.* Curicacæ alia species, Matuitui dicta. *Marcgr. Fonth. Willughb.*

Crassitie *Gallinam* circiter æmulatur. Oculi sunt nigri: ipsorum irides rufescentes. Pars crurum plumis denudata, pedesque pallide rubri: ungues vero nigri. Præcedentis instar, *Piscibus & aquaticis Animalibus* victitat. Habitat in *Brasilia.*

** 10. NUMENIUS BRASILIENSIS CANDIDUS.

Numenius albus; capite anteriore nudo, pallide rubro; remigibus quatuor majoribus in apice nigro-virescentibus; rectricibus candidis; rostro, pedibusque pallide rubris. . . . LE COURLY BLANC DU BRÉSIL.

Numenius albus. *Klein.* Scolopax alba. *Linn.* Corlieu blanc. *Catesb. avec une figure exacte.* *Anglice,* WHITE CURLEW.

Crassitie *Numenium* minorem nostratam multum superat.

perat. Ipfius longitudo $1\frac{1}{2}$ pedem & 3 lineas explet. Roſtrum 6 pollices longum eſt; cauda $3\frac{1}{2}$ pollices; pars crurum plumis denudata 15 lineas; digitorum anticorum medius $2\frac{1}{2}$ pollices, extimus 2 pollices, intimus $1\frac{1}{2}$ pollicem; poſticus 14 lineas. Trium digitorum anticorum medius cum extimo digito connectitur membrana nonnihil ultra primum articulum extenſa, & ad digitum intimum membrana altera, ad primum uſque articulum protenſa, adnectitur. Extremitatum alarum diſtantia eſt $2\frac{2}{3}$ pedum; alæ complicatæ fere ad extremitatem caudæ pertingunt. Oculorum irides eleganter grifeæ. Pars crurum plumis denudata, pedes, unguesque pallide rubri. *Fæmina a mare nullo modo diſcrepat.* Habitat in variis *Americæ* regionibus.

*** II. NUMENIUS BRASILIENSIS FUSCUS.

Numenius ſuperne fufcus, inferne albus; capite anteriore nudo, pallide rubro; capite poſteriore & collo dilute fuſcis; uropygio candido; remigibus & 12 rectricibus fuſcis; roſtro, pedibusque pallide rubris. . . . LE COURLY BRUN DU BRÉSIL.

Numenius fufcus. *Klein.* Arquata cinerea. *Barr.* Arquata Americana cinerea. *Barr.* Scolopax fuſca. *Linn.* Corlieu brun. *Catesb.* avec une figure exacte. *Anglice,* BROWN CURLEW.

Cum præcedente craſſitie circiter convenit. Ipfius longitudo $1\frac{1}{2}$ pedem explet. Roſtrum 6 pollices longum eſt; cauda $3\frac{2}{3}$ pollices; pars crurum plumis denudata 14 lineas; digitorum anticorum medius $2\frac{1}{2}$ pollices, extimus 2 pollices, intimus $1\frac{1}{2}$ pollicem; poſticus 14 lineas. Trium digitorum anticorum medius cum extimo digito connectitur membrana nonnihil ultra primum articulum extenſa, & digito intimo membrana altera, ad primum uſque articulum producta, coadunatur. Extremitates alarum $2\frac{2}{3}$ pedum & 6 linearum intervallo diſtant; alæ

complicatæ caudam fere extremam attingunt. Oculorum irides eleganter griseæ. Pars crurum plumis denudata, pedesque pallide rubri; ungues vero fusci. *Fœmina* cum *mare* satis bene convenit. Habitat in variis *Americæ* regionibus.

† ** 12. NUMENIUS BRASILIENSIS COCCINEUS.

Numenius coccineus; capite anteriore nudo, pallide rubro; remigibus binis majoribus in apice nigro-chalybeis; reëtricibus 12 coccineis, scapis in prima medietate albis; rostro, pedibusque pallide rubris. . . . LE COURLY ROUGE DU BRÉSIL.

Numenius ruber. *Klein.* Numenius Indicus. *Clus.*
 Arquata phœnicea. *Barr.* Scolopax rubra. *Linn.*
 Guara. *Joan. de Laët. Fonst.* Guara Brasiliensibus.
Marcgr. Fonst. Sloane. Raj. Willughb. Charlet. Avis
 Brasiliiana Guara dicta. *Mus. Worm.* Ibis. *Moebr.*
 Ardea porphyrio. *Klein.* Avis porphyrio, Amboi-
 nensis; seu Ardea rubra, Carollina, Ibis species. *Seb.*
bujus icon satis accurata. Corlieu rouge. *Catesb. a-*
vec une figure exacte. Anglice, SCARLET CURLEW
 OF BRASIL.

Numenio Brasiliensi candido paululum crassitie cedit. Ipsi longitudo $1\frac{3}{4}$ pedem & 6 lineas æquat. Rostrium $4\frac{1}{2}$ pollices longum est; cauda $3\frac{1}{2}$ pollices; pars crurum plumis denudata unum pollicem; digitorum anticorum medius $2\frac{1}{2}$ pollices, extremus 2 pollices, intimus $1\frac{1}{2}$ pollicem; posticus 14 lineas. Trium digitorum anticorum medius ad extremum digitum adnectitur membrana nonnihil ultra primum articulum extensa, & cum digito intimo membrana altera, ad primum usque articulum protensa, connectitur. Extremitatum alarum distantia est $2\frac{7}{8}$ pedum & 6 linearum; alæ complicatæ caudam fere extremam attingunt. Oculi sunt nigri. Pars crurum plumis denudata, pedesque pallide rubri; ungues vero griseo-fusci.

Hæc Avis, recenter exclusa, coloris est in univ-
 verso

verso corpore saturate fusci; postea evadit grisea; deinde, in ætate provecta, alba efficitur, & tandem sensim atque sensim rubescit; ita tamen ut rubescere incipiat antequam griseus color penitus deleatur; unde fit ut secundo ætatis anno griseo, albo & rubro sit variegata: & tandem, dum magis magisque senescit, splendidissimum illum colorem coccineum acquirit.

Habitat in variis *Americæ* regionibus inter Tropicos positus, præsertim *Brasilia* & *Cayena*.

13. IBIS.

Numenius niger; capite anteriore nudo, rubro; remigibus & 12 rectricibus nigris; rostro, pedibusque rubris. . . L'IBIS.

Numenius holosericus. *Klein.* Ibis nigra. *Linn.* Gallinago sylvestris aquatica. *Gaz. Rup. Best. Jonst.* Ibis. *Gesn. Aldrov. Jonst. Prosp. Alp. Moebr.* Ibis nigra. *Bell. Charlet. Raj.* Ibis Bellonii. *Willugh.* Ibis. Espèce de Cicogne noire. *Bel.*

Numenio paululum crassitie cedit. Pars crurum plumis denudata, pedesque rubri sunt coloris; ungues vero nigri. Habitat in *Ægypto*.

14. IBIS CANDIDA.

Numenius sordide albo-rufescens; capite anteriore nudo, rugoso & rubro; lateribus rubro-purpureo & carneo colore maculatis; remigibus majoribus nigris; rectricibus 12 sordide albo-rufescentibus; rostro in exortu dilute luteo, in extremitate aurantio; pedibus griseis. . . L'IBIS BLANC.

Ibis. *Ardea æquinoctialis. Linn.* Ibis non ex toto nigra. *Prosp. Alp.* Ibis blanc. *Hist. de l'Acad. avec une figure assez exacte.*

Ciconiæ albæ crassitie cedit. Ipsius longitudo $2\frac{1}{2}$ pedes & 4 lineas æquat. Rostrum 7 pollices longum

gum est; cauda $3\frac{1}{2}$ pollices; pars crurum plumis denudata $4\frac{1}{2}$ pollices; digitorum anticorum medius $3\frac{1}{2}$ pollices, extimus $2\frac{2}{3}$ pollices, intimus $2\frac{2}{3}$ pollices; posticus 15 lineas. Trium digitorum anticorum medius cum extimo digito connectitur membrana nonnihil ultra primum articulum extensa, & digito intimo membrana altera, ad primum usque articulum protensa, coadunatur. Alæ complicatæ ad caudæ extremitatem pertingunt. Rostrum, quod in exortu sesquipollicis diametrum obtinet, estque in extremitate quasi truncatum, est in exortu dilute luteum; qui color magis magisque fit saturatior, & tandem versus rostri extremitatem aurantius evadit. Pars crurum plumis denudata rubra. Pedes sunt grisei; ungues vero nigricantes. Habitat in *Ægypto*.

S E C T I O VII.

Eæ quæ rostrum habent rectum, horizontaliter planum; ipsius apice ampliato, subrotundo, spathæformi.

In illa sectione unicum continetur genus, scilicet *Platea*.

LXXIX. Genus *Platea*.

Hujus character est

Digitum quatuor, membranis destituti; tres scilicet antici, posticus unus:

Crura in parte inferiore plumis denudata:

Rostrum rectum, horizontaliter planum, ipsius apice ampliato, subrotundo, spathæformi.

** P L A T E A.

Platea cristata, in toto corpore candida; oculorum ambitu & gutture nudis, nigris; remigibus, in quibusdam nigro terminatis, & 12 rectricibus candidis, . . . LA SPATULE.

Platea candida. *Barr. Linn. Schwenck.* Platea, Leucorodius Willughbeii. *Klein.* Platea, five Pelecanus Aldrovandi. *Willughb, Raj. Sibbald.* Platea, five Pelicanus Aldrovandi; Leucorodius, seu Albardeola Willughbei. *Marfil. bujus icon satis accurata.* Leucorodia. *Linn.* Pelecanus. *Moebr.* Pelecanus, Platea, vel Platelea. *Gesn.* Pelicanus; Platea Plinii; Platelea Ciceronis; Anser Cochlearius; Cochlearia; Anser platyrinchos; Albardeola; Leucorodius. *Rzac.* Albardeola. *Mus. Worm.* Platyrinchos. *Mus. Best. bujus capitis icon satis accurata.* Ardea alba. *Jonst.* Ardea alba, Cochlearia, Plateola. *Charlet.* Palette. *Hist. de l'Acad. avec une figure exacte.* Pale, Poche, Cueillir, Truble. *Bel.* Pélican. *Kolbe. avec une figure passable.* Petit Héron, ou Bec à Cuiller. *Alb.* Germanice, PELECAN. *Belgice,* LEEPELAER. *Anglice,* PELLICANE.

Cum *Ardea vulgari* crassitie circiter convenit. Ipsi-
 us longitudo $2\frac{2}{3}$ pedes æquat. Rostrum $6\frac{1}{2}$ polli-
 ces longum est; versus mediam longitudinem 7 li-
 neas latum, & versus ipsius extremitatem, quæ pars
 est subrotunda & spathæformis, $1\frac{7}{8}$ pollicis la-
 titudinem obtinens. Cauda $4\frac{1}{2}$ pollices longa;
 pars crurum plumis denudata $3\frac{1}{2}$ pollices; digi-
 torum anticorum medius $3\frac{1}{2}$ pollices, extimus $2\frac{1}{8}$
 pollices, intimus $2\frac{1}{2}$ pollices; posticus 18 lineas.
 Trium digitorum anticorum medius cum extimo
 digito connectitur membrana fere ad secundum
 usque articulum extensa, & digito intimo mem-
 brana altera, ad primum usque articulum producta,
 coadunatur. Extremitates alarum $4\frac{1}{2}$ pedum inter-
 vallo distant; alæ complicatæ caudam extremam at-
 tingunt. Pennæ in occipitio sunt strictissimæ, qua-
 tuor pollices & tres lineas longæ, elegantemque
 cristam, collo incumbentem, efformant. Rostrum
 in quibusdam griseo-fuscum, aut nigrum; in aliis
 versus ipsius exortum griseo-fuscum, maculis ni-
 gris aspersum, & versus extremitatem flavicans,
 maculis rubescentibus respersum. Mandibulæ su-
 perioris extremitas paululum deorsum incurvatur,
 &

& mandibulæ inferioris extremitatem obtegit. Super pra mandibulam superiorem in toto ambitu canaliculus extat circumferentiæ parallelus. Pars crurum plumis denudata, pedesque in quibusdam nigri, in aliis griseo—fusci; unguis vero nigri. *Piscibus* victitat, & in excelsum arborum cacuminibus nidificat.

† ** 2. PLATEA ROSEA.

Platea rosea; capite anteriore & gutture nudis, candidantibus; collo supremo candido; rectricibus caudæ superioribus & inferioribus coccineis; remigibus & 12 rectricibus roseis.... LA SPATULE COULEUR DE ROSE.

Platea Americana, albo roseoque colore mixta. *Barr.*
 Platea Brasiliensis. *Klein.* Platea Brasiliensis Ajaja dicta *Marcgravii. Raj.* Platea Brasiliensis, Ajaja dicta, Lusitanis Colherado, *Marcgravii. Willugh.*
 Ajaja. *Linn.* Ardea rosea, Spatula dicta *Barr.* Ajaja Brasiliensibus. *Marcg. Jonst.* Ayaya. *Joan. de Laët. Jonst.*

Præcedenti crassitie cedit. Ipsius longitudo $2\frac{1}{2}$ pedes & 6 lineas explet. Rostrum $5\frac{1}{2}$ pollices longum est, versus mediam longitudinem $8\frac{1}{2}$ lineas latum, & versus ipsius extremitatem, quæ pars est subrotunda & spathæformis, $1\frac{1}{2}$ pollicis latitudinem obtinens. Cauda $3\frac{1}{2}$ pollices longa; pars crurum plumis denudata $2\frac{1}{2}$ pollices; digitorum anticorum medius $3\frac{1}{2}$ pollices; extimus $2\frac{3}{4}$ pollices, intimus $2\frac{1}{2}$ pollices; posticus autem 18 lineas. Trium digitorum anticorum medius cum extimo digito connectitur membrana fere ad secundum usque articulum extensa, & ad digitum intimum membrana altera, ad primum usque articulum protensa, adnectitur. Extremitatum alarum distantia est $3\frac{1}{2}$ pedum; alæ complicatæ caudæ extremitatem pertingunt. Rostrum cinereo—album. Præcedentis instar, mandibulæ superioris extremitas paululum deorsum incurvatur, & mandibulæ inferioris extremitatem obtegit.

tegit. Supra mandibulam superiorem in toto ambitu canaliculus similiter extat circumferentiæ parallelus. Pars crurum plumis denudata, pedesque sunt grisei; unguis vero nigricans. Habitat in *Brasilia & Guiana*.

3. PLATEA COCCINEA.

Platea coccinea; capite anteriore & gutture nudis, candidantibus & rugosis; torque nigro; collo supremo candido; remigibus & 12 rectricibus coccineis. . . . LA SPATULE ROUGE.

Platea incarnata. *Sloane. Raj.* Platea Americana Phœnicea. *Barr.* Platea sanguinea tota. *Klein.* Tlahuquechul s. Platea Mexicana. *Linn. Willugh. Raj.* Ardea phœnicea, Spatula dicta. *Barr.* Avis vivivora. *Euf. Nieremb.* Tlahuquechul. *Fern. Jonst. Charlet.* Belgice, LEPELAER. Anglice, AMERICAN SCARLET PELECAN.

Cum præcedente crassitie convenit, & forsan illius est varietas. Oculorum pupilla nigra: ipsorum irides rubræ. Rostrum griseum. Mandibulæ superioris extremitas nonnihil deorsum incurvatur, & mandibulæ inferioris extremitatem cooperit. Supra mandibulam superiorem in toto ambitu canaliculus extat circumferentiæ parallelus. Pars crurum plumis denudata, pedesque grisei; unguis vero nigricans. Habitat in *Guiana, Mexico & Jamaica*.

S E C T I O V I I I.

Eæ quæ rostro donantur crasso & longo.

In hac sectione tria continentur genera Avium, forma rostri a se invicem discrepantium. Aliæ enim rostrum habent rectum, acutum; inter quas aliæ rostro donantur lævi, ut *Ciconia*: aliæ mandibula superiore sulco longitudinali utrinque exarata præditæ sunt, ut *Ardea*: aliæ rostrum habent rectum, lateraliter planum, mandibulæ superioris apice adunco, ut *Scopus*.

LXXX. Genus *Ciconiæ*.

Hujus character est

Digiti quatuor, membranis destituti; tres scilicet
antici, posticus unus:

Crura in parte inferiore plumis denudata:

Rostrum crassum, longum, rectum, acutum, læve.

† ** I. CICONIA-FUSCA.

Ciconia superne fusca, violaceo & viridi-aureo varians, inferne alba; gutture & collo fuscis, maculis candicantibus variegatis; remigibus & 12 rectricibus fuscis, violaceo & viridi colore variantibus. . . . LA CIGOGNE BRUNE.

Ciconia nigra. Gesn. Aldrov. Schwenck. Mus. Worm. Jonst. Willugh. Raj. Rzac. Linn. Frisch. bujus icon accurata. Klein. Ciconia fusca Schwenckfeldii. Rzac. Ardea ventre subalbo, dorso nigro. Barr. Cigogne noire. Bel. Alb. Germanice, SCHWARTZER STORCK. Anglice, BLACK STORK.

Cum Gallo-pavone fœmina crassitie circiter convenit. Ipfius longitudo $2\frac{1}{2}$ pedes & 9 lineas æquat. Rostrum $5\frac{2}{7}$ pollices longum est; cauda 9 pollices; pars crurum plumis denudata $3\frac{1}{4}$ pollices; digitorum anticorum medius $3\frac{1}{4}$ pollices, extimus $2\frac{2}{3}$ pollices, intimus $2\frac{1}{3}$ pollices; posticus $13\frac{1}{2}$ lineas. Trium digitorum anticorum medius cum extimo digito connectitur membrana nonnihil ultra primum articulum extensa, & digito intimo membrana altera, ad primum usque articulum producta, coadunatur. Extremitates alarum $5\frac{1}{2}$ pedum intervallo distant; alæ complicatæ ad duas circiter tertias longitudinis caudæ partes protenduntur. Rostrum griseo-viridescens, attamen in extremitate candicans. Pars crurum plumis denudata, pedes, unguesque in quibusdam obscure rubri, in aliis viridescentes. Ungues lati sunt & plani. Juxta fluviorum & stagnorum ripas versatur; & Ranis maxime delectatur.

† ** 2. CICONIA ALBA.

Ciconia alba; oculorum ambitu nudo, nigro; remigibus nigricantibus; 12 rectricibus candidis. . . .
 LA CIGOGNE BLANCHE.

Ciconia. *Gesn. Aldrov. Schwenck. Jonst. Charlet. Marfil. Prosp. Alp. Frisib. bujus icon accurata.* Ciconia alba. *Willugh. Raj. Rzac. Linn. Klein.* Ciconia; Crotaliftria, Avis Hospita, peregrina, pietatis cultrix, Exul hyemis, Titulus tepidi temporis Petronio. *Rzac.* Ardea cirrata, alba, alis nigris, longiori gracilique rostro. *Barr.* Ardea. *Moebr.* Ibis alba Herodoto. *Gesn.* Cigogne. *Bel. Hist. de l'Acad. avec une figure passable.* Cigogne ordinaire ou blanche. *Alb. avec une figure passable.* Germanice, STORCK. Belgice, OYEVAERT. Anglice, STORK.

Præcedentem crassitie superat. Ipsi longitudo $3\frac{3}{4}$ pedes & 9 lineas explet. Rostrum $7\frac{3}{4}$ pollices longum est; cauda $8\frac{1}{2}$ pollices; pars crurum plumis denudata 5 pollices; digitorum anticorum medius $3\frac{7}{7}$ pollices, extimus $2\frac{1}{4}$ pollices, intimus $2\frac{1}{2}$ pollices; posticus $16\frac{1}{2}$ lineas. Trium digitorum anticorum medius ad digitum extimum adnectitur membrana nonnihil ultra primum articulum extensa, & digito intimo membrana altera, ad primum usque articulum producta, coadunatur. Extremitates alarum $6\frac{1}{4}$ pedum intervallo distant; alæ complicatæ caudæ extremitatem pertingunt. Oculorum ambitus plumis denudatur, & tantummodo cute nigra obtegitur. Rostrum, pars crurum plumis denudata, pedes, unguesque rubri. Ungues lati sunt & plani. Præcedentis instar, juxta fluminum & stagnorum ripas versatur; *Ranas, Limaces, &c.* libenter devorat.

3. CICONIA AMERICANA.

Ciconia alba; oculorum ambitu nudo, coccineo; rectricibus caudæ superioribus nigris; remigibus nigro-virescentibus; 12 rectricibus candidis. . . .
 LA CIGOGNE D'AMERIQUE.

Ciconia Americana. Klein. *Ciconia Americana*, Maguari Brasiliensibus. Willughb. Raj. Maguari Brasiliensibus. Marcgr. Jonst.

Cum præcedente magnitudine circiter convenit. Rostrum 9 pollices longum est; collum unum pedem. Cauda brevis est, & alarum complicatarum extremitates non excedit. Pars crurum plumis denudata, pedesque eandem ac in præcedente longitudinem obtinent. Trium digitorum anticorum medius cum extimo digito connectitur membrana nonnihil ultra primum articulum extensa, & digito intimo membrana altera, ad primum articulum usque producta, coadunatur. Oculorum ambitus plumis denudatur, & tantummodo cute coccinea obtegitur. Rostrum inter & guttur spatium extat cute concolore oblitum. Oculorum pupilla nigra: ipsorum irides albo-argenteæ. Rostrum ab ipsius exortu mediam versus longitudinem usque ex viridi flavicat, a medietate ad extremitatem ex cinereo cœrulescit. Pars crurum plumis denudata, pedes, unguesque rubri. Ungues lati sunt & plani. Habitat in *America*, præsertim in *Brasilia*.

** 4. CICONIA BRASILIENSIS.

Ciconia alba; capite anteriore nudo, cinereo—albicante, reliquo capite nigro; remigibus nigro-rubefcentibus, 12 rectricibus nigris. . . . LA CIGOGNE DU BRÉSIL.

Jabiru-Guacu. Pison. Jabiru-Guacu Petiguaribus; Nhandu Apoa Tupinambis. Marcgr. Jonst. Raj Willughb. Mycteria Americana. Linn. Belgice, SCUR-VOGEL.

Cum *Ciconia alba* crassitie circiter convenit. Rostrum, quod sola est hujus Avis pars a me observata, 13 pollices longum est. Mandibula inferiorem obtinet crassitiem quam superior, & quodammodo sursum recurvatur. Cauda brevis est, & alarum complicatarum extremitates non excedit.

Trium

Trium digitorum anticorum medius cum extimo digito connectitur membrana paululum ultra primum articulum extensa, & digito intimo membrana altera, ad primum articulum usque protensa, coadunatur. Oculi sunt nigri. Rostrum rubrum, attamen in exortu nigricans. Pars crurum plumis denudata, pedesque cinerei. Ungues lati sunt & plani. Habitat in *Brasilia*.

5. CICONIA GUIANENSIS.

Ciconia in toto corpore candida; capite & collo supremo nudis & nigris. . . LA CIGOGNE DE LA GUIANE.

Arquata Americana, cinerea maxima, vertice calvo & rugoso. Grus incurvato rostro, vertice calvo & rugoso. *Barr.* Jabiru Brasiliensibus, Belgis vulgo Negro. *Marcgr. Foust. Willughb. Raj.*

Crassitie Cignum antecellit. Ipfius longitudo $4\frac{1}{2}$ pedes circiter explet. Rostrum, quod $2\frac{1}{2}$ pollicum latitudinem obtinet, 11 pollices longum est; cauda 9 circiter pollices; pars crurum plumis denudata $6\frac{1}{2}$ pollices; digitorum anticorum medius cum ungue 4 pollices: laterales paulo sunt breviores; posticus autem omnium brevissimus. Trium digitorum anticorum medius ad digitum extimum adnectitur membrana paululum ultra primum articulum extensa, & cum digito intimo membrana altera, ad primum usque articulum producta, connectitur. Alæ complicatæ caudæ extremitatem pertingunt. Oculi sunt nigri. Rostrum similiter nigrum. Mandibula superior paulo majorem obtinet crassitiem quam inferior, & versus extremitatem paululum deorsum incurvatur. Pars crurum plumis denudata, pedes, unguesque nigricant. Habitat in *Guiana & Brasilia*.

† ** 6. GRUS.

Ciconia cinerea; capite superiore pennis nigris, in occipite raris, pilorum æmulis, obsito; vertice nigro,

gro, occipitio rubro; macula triangulari infra occipitium saturate cinerea; genis pone oculos & collo superiore candidis; remigibus nigris; 12 rectricibus in prima medietate saturate cinereis, altera nigricantibus. . . . LA GRUE.

Ardea rostro rubro, robusto, quadrangulo. *Barr.* Grus. *Gesn. Schwenck. Aldrov. Jonst. Willughb. Raj. Charlet. Sibbald. Rzac. Marsil. Prosp. Alp. Linn. Moebr. Frisib. bujus icon accurata.* Grus nostras. *Klein.* Grue. *Bel. Kolbe. Alb.* Germanice, KRAN. *Belgice,* KRAANVOGEL. *Anglice,* CRANE.

Ciconia fusca paululum crassitie cedit. Ipsi longitudo $3\frac{1}{2}$ pedes æquat. Rostrum $4\frac{1}{2}$ pollices longum est; cauda 7 pollices; pars crurum plumis denudata $3\frac{1}{2}$ pollices; digitorum anticorum medius $3\frac{1}{2}$ pollices, extimus 3 pollices, intimus $2\frac{3}{4}$ pollices; posticus $10\frac{1}{2}$ lineas. Trium digitorum anticorum medius cum extimo digito connectitur membrana ad primum articulum usque producta. Extremitatum alarum distantia est $5\frac{1}{2}$ pedum; alæ complicatæ caudam extremam attingunt. Rostrum ex nigro viridescit. Pars crurum plumis denudata, pedes, unguesque nigri. Granis victitat.

7. GRUS ORIENTALIS INDICA.

Ciconia cinerea, superne saturatius, inferne dilutius; capite & collo supremo rubris, capite peninis raris nigris, pilorum æmulis, obsito; vertice & maculis ad aures nudis, candidis; remigibus majoribus nigris; 12 rectricibus cinereis. . . . LA GRUE DES INDES ORIENTALES.

Antigone. *Linn.* Grus Indica major. *Klein.* Grande Grue des Indes. *Edwards,* avec une figure exacte. *Anglice,* GREATER INDIAN CRANE.

Magnitudine & crassitie præcedentem paululum antecellit; & proportionem servata, rostro longiori donatur. Alæ complicatæ caudam fere extremam attingunt.

atingunt. Oculorum irides rubescentes. Rostrum flavo-viridescens. Pars crurum plumis denudata, pedesque rubri; ungues vero caudidi. Trium digitorum anticorum medius extimo digito coadunatur membrana ad primum usque articulum producta. Habitat in *India Orientali*.

8. GRUS MEXICANA.

Ciconia cinerea; capite superiore rubro, pennis raris nigris, pilorum æmulis, obsito; remigibus majoribus nigris; 12 rectricibus cinereis. . . . LA GRUE DU MEXIQUE.

Grus Indica. *Willughb. Raj. Klein.* Toquil-coyotl. *Fern.*

Magnitudine & crassitie paululum *Grui nostrati* cedit; sed rostro longiori donatur. Oculorum irides luteæ. Cujus coloris sint rostrum, pedesque, prorsus me latet. Habitat in *Mexico*.

9. GRUS JAPONENSIS.

Ciconia alba; capite superiore rubro, pennis raris, nigris, pilorum æmulis, obsito; collo inferiore & remigibus majoribus nigris; 12 rectricibus candidis. . . . LA GRUE DU JAPON.

Grus Japonensis. *Fonst. Charlet.* *Grus Japonensis alia.* *Aldrov.* *Grus Japonensis Charletoni.* *Klein.*

Forma & magnitudine cum *Grue nostrate* satis bene convenit. Rostrum, pars crurum plumis denudata, pedesque sunt obscure virides. Habitat in *Japonensi* Regno.

10. GRUS AMERICANA.

Ciconia alba; capite superiore pennis nigris, pilorum æmulis, in occipite raris, obsito, vertice nigro, occipitio & tænia infra oculos nudis ac rubris; macula triangulari infra occipitium nigra; marginibus alarum pallide roseis; remigibus ma-

loribus nigris; 12 rectricibus candidis LA
GRUE D'AMÉRIQUE.

Grus Americana. Linn. Grande Grue de la Baye de
Hudson. Edwards, avec une figure exacte. Grue
blanche de l'Amérique. Catesb. avec une figure exacte
de la tête & du col. Anglice, HOOPING CRANE.

Gruem nostratam magnitudine & crassitie multum
antecellit. Ipsi^{us} longitudo $4\frac{1}{2}$ pedes & 6 lineas ex-
plet. Rostrum $5\frac{7}{8}$ pollices longum est; cauda 7
pollices; pars crurum plumis denudata $4\frac{2}{3}$ polli-
ces; digitorum anticorum medius $4\frac{1}{2}$ pollices;
laterales paulo sunt breviores; posticus pollicis
unius longitudinem non multum excedit. Trium
digitorum anticorum medius cum extimo digito con-
nectitur membrana ad primum usque articulum ex-
tensa. Alæ complicatæ caudam extremam attingunt.
Rostrum ex fusco flavicat, obscurius tamen
in medio quam in utraque extremitate. Utriusque
mandibulæ extremitas, ferræ instar, dentata est,
idque per spatium circiter sesquipollicis. Pars cru-
rum plumis denudata, pedes, unguesque nigri. Ha-
bitat in variis *Americæ Septentrionalis* regionibus.

II. GRUS Freti HUDSONIS.

Ciconia superne rufescens, marginibus pennarum
fuscis, inferne cinereo-rufescens; vertice rubes-
cente, pennis nigris, pilorum æmulis, obrito;
genis & gutture candidis; occipite, collo & uro-
pygio cinereis; tænia transversa in alis cinereo-
alba; remigibus majoribus fusco-nigricantibus,
scapis albis, minoribus fuscis ac valde flexilibus;
12 rectricibus saturate cinereis. . . . LA GRUE DE
LA BAYE DE HUDSON.

Ardea Canadensis. Linn. Grue brune & cendrée. Ed-
wards, avec une figure exacte. Anglice, BROWN
AND ASH-COLOUR'D CRANE.

Præcedenti multum crassitie cedit. Ipsi^{us} lon-
gi-

gītudo $2\frac{1}{2}$ pedes & 6 circiter lineas æquat. Rostrum $3\frac{1}{2}$ pollices longum est; cauda 6 circiter pollices; pars crurum plumis denudata $2\frac{1}{4}$ pollices; digitorum anticorum medius 3 pollices: laterales paulo sunt breviores; posticus 9 linearum longitudinem non multum excedit. Trium digitorum anticorum medius digito extimo membrana, ad primum usque articulum producta, coadunatur. Alæ complicatæ nonnihil ultra mediam caudæ longitudinem extenduntur. Rostrum nigricat; attamen mandibulæ inferioris extremitas pallide carneo colore tingitur. Pars crurum plumis denudata, pedes, unguesque nigri. Æstate in *Freto Hudsonis* habitat.

** 12. GRUS NUMIDICA VIRGO NUMIDICA
VULGO DICTA.

Ciconia cinereo—cœrulescens; vertice dilute cinereo; capite & collo supremo nigris; fasciculis pennarum candidis, ab utriusque oculi angulo ortis, retrorsum pendulis; pennis longis nigris in collo inferiore deorsum dependentibus; remigibus majoribus, rectricibusque 12, in apice nigricantibus. . . . LA GRUE DE NUMIDIE, APPELLÉE VULGAIREMENT DEMOISELLE DE NUMIDIE.

Virgo. Linn. Grus Numidiæ. Klein. Otus plumbeus. Barr. Scops. Moebr. Demoiselle de Numidie. Hist. de l'Acad. avec une figure passable. Edwards, avec une figure exacte. Grue de Numidie. Alb. Anglice, NUMIDIAN CRANE.

Craſſitie *Grui vulgari* cedit. Ipsiꝯ longitudo $3\frac{1}{2}$ pedes & 6 lineas æquat. Rostrum $2\frac{1}{2}$ pollices longum est; cauda $10\frac{1}{2}$ pollices; pars crurum plumis denudata 3 pollices; digitorum anticorum medius 3 pollices, extimus $2\frac{1}{2}$ pollices, intimus $2\frac{1}{4}$ pollices; posticus 9 lineas. Trium digitorum anticorum medius cum extimo digito connectitur membrana ad primum usque articulum producta. Extremitates alarum $4\frac{1}{2}$ pedum intervallo distant; alæ com-



plicatæ quartam longitudinis caudæ partem non multum excedunt. Oculorum irides coccineæ. Rostrum in exortu viridescens, versus mediam longitudinem luteum, in extremitate rubrum. Pars crurum plumis denudata, pedes, unguesque nigri. Habitat in *Numidia*.

LXXXI. *Genus Ardea.*

Hujus character est

Digiti quatuor, membranis destituti; tres scilicet antici, posticus unus:

Crura in parte inferiore plumis denudata:

Rostrum crassum, longum, rectum, acutum:

Mandibula superior sulco longitudinali utrinque exarata.

In omnibus hujus generis Avibus trium digitorum anticorum medii unguis interius est, serræ instar, dentatus. Mandibulæ binæ sunt similiter in utroque latere versus ipsarum extremitatem nonnihil denticulatæ; & mandibulæ superioris apex est utrinque paululum emarginatus. Omnes corpore donantur lateraliter compresso.

† ** I. ARDEA.

Ardea superne cinerea, inferne alba; spatio inter rostrum & oculos nudo & flavo-viridescente; medio vertice cinereo-nigricante; occipitio nigro; collo inferiore maculis longitudinalibus nigris vario; pectore & ventre supremo maculis longitudinalibus cinereo-nigricantibus variegatis; marginibus alarum rufescentibus; remigibus nigricantibus; 12 rectricibus cinereis, versus apicem fuscescentibus; rostro superius flavo-viridescente, inferne flavicante, in apice nigricante; pedibus virescentibus. . . . LE HERON.

Ardea cinerea. *Linn.* Ardea. *Gesn. Aldrov. Mus. Worm. Moebr.* Ardea subcœrulea. *Schwenck. Rzac.* Ardea pulla,

pulla, sive cinerea. *Gesn. Klein.* Ardea cinerea major. *Aldrov. Jonst. Charlet. Sibbald. Mirsil. Rzac. Barr.* Ardea vulgaris. *Frisch. bujus icon accurata.* Pella Aristoteli. *Gesn.* Héron ordinaire. *Alb.* Héron cendré. *Bel.* Germanice, REIGER. Belgice, RYGER. Anglice, HERON.

Grui fuscae crassitie cedit. Ipsi longitudo $2\frac{1}{2}$ pedes explet. Rostrum $5\frac{1}{2}$ pollices longum est; cauda $6\frac{1}{2}$ pollices; pars crurum plumis denudata $3\frac{1}{2}$ pollices; digitorum anticorum medius $3\frac{1}{2}$ pollices, extimus 3 pollices, intimus $2\frac{1}{2}$ pollices; posticus $1\frac{1}{2}$ pollicem. Trium digitorum anticorum medius digito extimo coadunatur membrana ad primum usque articulum producta. Extremitates alarum $5\frac{1}{2}$ pedum intervallo distant; alæ complicatæ nonnihil ultra caudam extremam protenduntur. Pars crurum plumis denudata, pedesque viridescentes; ungues vero nigricantes. Lacuum & fluminum ripas frequentat, & *Piscibus, Ranis, &c.* victitat. In excelsis arboribus nidificat.

† ** 2. ARDEA CRISTATA.

Ardea cristata, superne cinerea, inferne alba; medio vertice candido; vertice ad latera, & crista, quibusdam pennis longissimis & strictissimis confecta, nigris; spatio inter rostrum & oculos nudo, ac viridi flavicante; collo inferiore maculis longitudinalibus nigris vario; pennis in colli inferioris ima parte strictissimis & longissimis; tænia transversa in summo pectore nigra; fascia utrinque longitudinali in pectore & ventre nigra; remigibus primoribus nigris, sequentibus nigricantibus, corpori vicinioribus, & 12 reetricibus cinereis; rostro fusco-flavicante; pedibus viridescens. . . . LE HERON HUPE.

Ardea vertice albo. *Frisch. bujus icon accurata.* Ardea cinerea major. *Willugh. Raj.* Alia Ardeæ species. *Gesn. Aldrov.* Ardea. *Jonst.* Héron. *Alb.* Anglice, COMMON HERON.

Crassitie præcedentem paululum antecellit. Ipsius longitudo 3 pedes & sesquipollicem æquat. Rostrum 6 pollices longum est; cauda $6\frac{1}{2}$ pollices; pars crurum plumis denudata $2\frac{1}{2}$ pollices; digitorum anticorum medius $3\frac{1}{2}$ pollices, extimus $3\frac{1}{2}$ pollices, intimus $2\frac{1}{2}$ pollices; posticus 25 lineas. Trium digitorum anticorum medius cum extimo digito connectitur membrana ad primum articulum usque protensa. Extremitatum alarum distantia est $5\frac{1}{2}$ pedum; alæ complicatæ caudam extremam attingunt. Oculorum irides flavo-rufescentes: palpebræ viridi-flavicantes. Pars crurum plumis denudata, pedesque viridescentes; ungues vero nigri. Juxta lacuum & fluviorum ripas versatur, & *Piscibus*, *Ranis*, &c. victitat. In excelsarum arborum cacuminibus nidificat: ova ponit pallide cæruleo-viridescencia.

** 3. ARDEA CAYENENSIS CRISTATA.

Ardea cristata, dilute cinerea; capite superiore in medio cinereo, ad latera nigro; crista cinerea, pennis strictissimis, & quibusdam longissimis, confecta; spatio inter rostrum & oculum nudo, & cinereo; collo albo, inferius maculis longitudinalibus nigro-cinereis vario; pennis in colli inferioris ima parte strictissimis, longissimis, candidis; remigibus & 12 reëtricibus dilute cinereis; rostro flavo-virescente; pedibus cinereis. . . .
LE HÉRON HUPÉ DE CAYENNE.

Ardea Brasiliensis Cocoli dicta Maregravio. *Willugb. Raj.*
Cocoli Brasiliensibus. *Marcgr. Jonst.* Cocoli secundus. *Pison.* Héron bleu. *Alb.* Second Crabier.
Du Tertre. *Anglice*, BLEW HERON.

Cum præcedente crassitie circiter convenit. Ipsius longitudo $3\frac{1}{2}$ pedes explet. Rostrum $5\frac{1}{2}$ pollices longum est; cauda 5 pollices; pars crurum plumis denudata 4 pollices; digitorum anticorum medius $3\frac{1}{2}$ pollices, extimus $3\frac{1}{2}$ pollices, intimus

timus $2\frac{1}{2}$ pollices; posticus $2\frac{1}{2}$ pollices. Trium digitorum anticorum medius ad digitum extimum adnectitur membrana ad primum articulum usque protensa. Extremitates alarum $5\frac{1}{2}$ pedum intervallo distant; alæ complicatæ ad caudæ extremitatem pertingunt. Oculorum irides aureo colore imbutæ. Pars crurum plumis denudata, pedesque cinerei; ungues vero fusci. Habitat in *Brasilia* & *Cayena*.

4. ARDEA CINEREA.

Ardea cinerea, superne saturatius, inferne dilutius; collo inferiore & pectore albis, maculis longitudinalibus nigris variegatis; remigibus & 12 rectricibus cinereis. . . . LE HERON CENDRÉ.

Ardea minor alia rostro arcuato. *Aldrov.* Ardea minor alia rostro arcuato *Aldrovandi.* *Willugh. Raj.* Ardea rostro maxime arcuato. *Fonst.*

Hæc est Ardeæ species minor. Trium digitorum anticorum medius cum extimo digito connectitur membrana ad primum articulum usque producta. Cujus coloris sint rostrum, pedesque, prorsus melatet. Habitat in *Italia* circa *Bononiam*.

5. ARDEA MEXICANA CINEREA.

Ardea cristata, cinerea; fronte albo & nigro varia; capite superiore & crista, septem plumis constante, purpurascens; alis albo, cinereo & cyaneo variis; 12 rectricibus cinereis; rostro nigro; pedibus fusco, nigro & flavescens variegatis. . . . LE HERON CENDRÉ DU MEXIQUE.

Xoxouqui-hoaçtli. *Fern.* Xoxouhqui-hoaçtli, Hoacton, seu Ardea cinerea minor Mexicana cristata. *Raj.*

Præcedentem crassitie circiter æmularur. Ipsius longitudo $2\frac{1}{2}$ pedes circiter æquat. Rostrum 7 pollices longum est. Trium digitorum anticorum medius

dus digito extimo membrana, ad primum usque articulum protensa, coadunatur. In paludibus *Mexicanis* habitat.

6. ARDEA AMERICANA CINEREA.

Ardea superne dilute cinerea, inferne alba; spatio inter rostrum & oculos nudo, ac cyaneo; remigibus partim nigris, partim candidis; 12 rectricibus dilute cinereis; rostro cyaneo, apice nigro; pedibus cœruleis. . . . LE HERON CENDRÉ D'AMÉRIQUE.

Héron ou Calidris leucophæa. *Feuillée.*

Cum *Cornice* crassitie circiter convenit. Rostrum $2\frac{1}{2}$ pollices longum est. Pars crurum plumis denudata, pedesque cœrulei; ungues vero nigri. Trium digitorum anticorum medius cum extimo digito connectitur membrana ad primum usque articulum protensa. Habitat in *America*.

7. ARDEA Freti HUDSONIS.

Ardea cristata, superne cinereo-fuscescens, inferne alba; spatio inter rostrum & oculos nudo, ac flavo-viridescente; collo inferiore & pectore maculis longitudinalibus nigris, rufescente mixtis, variis; capite superiore & crista nigris; collo superiore fusco, colore saturatiore transversim striato; pennis in colli inferioris ima parte strictissimis, longissimis; remigibus majoribus & 12 rectricibus fuscis; rostro superius nigro, inferne aurantio; pedibus nigricantibus. . . . LE HERON DE LA BAYE DE HUDSON.

Héron cendré de l'Amérique Septentrionale. *Edwards,* avec une figure exacte. *Anglice,* ASH-COLOUR'D HERON FROM NORTH AMERICA.

Ardeam cristatam nostratam crassitie paululum antecellit. Ipsius longitudo $3\frac{1}{2}$ pedes & 6 circiter lineas æquat. Rostrum 5 pollices & $7\frac{1}{2}$ lineas longum est; cauda

cauda $4\frac{1}{2}$ pollices circiter; pars crurum plumis denudata $2\frac{1}{2}$ pollices; digitorum anticorum medius $4\frac{1}{2}$ pollices, extimus $4\frac{1}{2}$ pollices, intimus 4 pollices; posticus $2\frac{1}{2}$ pollices. Trium digitorum anticorum medius ad digitum extimum adnectitur membrana ad primum articulum usque producta. Alæ complicatæ ad extremitatem caudæ pertingunt. Mandibula superior nigra, inferior aurantia. Pars crurum plumis denudata flavicat. Pedes, unguesque nigricant. Habitat in *Freto Hudsonis*.

8. ARDEA NÆVIA.

Ardea superne cinereo—fuscescens, maculis rufis varia, inferne cinereo—alba; pectore maculis rufis, albis & nigris asperfo; remigibus in apice albis; 12 rectricibus cinereo—fusciscentibus; rostro roseo; pedibus virescentibus. ... LE HÉRON TACHETÉ.

Ardeæ cinereæ tertium genus. *Aldrov. Willughb. Raj.*
Ardeæ cinereæ congener. *Fonst.*

Ad *Ardeæ vulgaris* crassitiem accedit. Ipsius longitudo $2\frac{1}{2}$ pedes æquat. Rostrum 4 pollices longum est; cauda 6 pollices; pars crurum plumis denudata unum pollicem; digitorum anticorum medius 3 pollices; laterales paulo sunt breviores; posticus reliquis omnibus longitudine cedit. Trium digitorum anticorum medius cum extimo digito connectitur membrana ad primum articulum usque producta. Alæ complicatæ caudæ extremitatem attingunt. Oculorum pupilla nigra: ipsorum irides luteæ. Pars crurum plumis denudata, pedesque virescentes. Habitat in *Italia* circa *Bononiam*.

† ** 9. ARDEA GRISEA.

Ardea superne griseo—fusca, inferne alba, griseo mixta; vertice fusco, pennis quibusdam viridiaureo colore variantibus; spatio inter rostrum & ocu-

oculos nudo ac albido; tænia supra oculos albido & fusco varia; gutture albo; collo inferiore griseo, pennis tænia longitudinali fulvescente in medio notatis; uropygio cinereo-albo; remigibus, & 12 rectricibus griseo-cinereis, harum lateralibus, illarum primoribus albo in apice marginatis: rostro superius & in apice nigro, inferne fusco; pedibus griseo-fuscis. . . . LE HÉRON GRIS.

Crassitie *Cornicem* non multum excedit. Ipsi-
us longitudo $1\frac{2}{3}$ pedem & 6 lineas æquat. Rostrum
 $3\frac{1}{2}$ pollices longum est; cauda $4\frac{1}{2}$ pollices; pars cru-
rum plumis denudata 9 lineas; digitorum anticorum
medius $2\frac{1}{2}$ pollices, extimus $2\frac{1}{4}$ pollices, intimus
25 lineas; posticus $1\frac{2}{3}$ pollicem. Trium digitorum
anticorum medius digito extimo membrana, ad pri-
mum articulum usque producta, coadunatur. Ex-
tremitates alarum $3\frac{1}{2}$ pedum & 4 linearum inter-
vallo distant; alæ complicatæ ad tres quartas longi-
tudinis caudæ partes extenduntur. Pars crurum
plumis denudata, pedes, unguesque griseo-fusci.
Fluviorum & stagnorum ripas frequentat.

10. ARDEA VIRGINIANA CRISTATA.

Ardea cristata, fusca; crista pennis strictissimis &
longissimis constante; spatio inter rostrum & ocu-
los nudo ac fusco-flavicante; collo inferiore &
pectore rufescentibus, maculis longitudinalibus
fuscis variis; remigibus nigris; 12 rectricibus
fuscis; rostro superne & inferne fusco, ad latera
fusco-flavicante; pedibus fuscis. . . . LE HÉ-
RON HUPE DE VIRGINIE.

Herodias. Linn. Ardea cristata maxima Americana.
Klein. Grand Héron hupé. Catesb. avec une assez
bonne figure de la tête & du col. Anglice, LARGEST
CRESTED HERON.

Omnium *Ardearum* hæctenus cognitarum hæc est
maxi-

maxima & crassissima species. Ipsi^{us} longitudo 5 pedes & amplius explet. Rostrum 8 fere pollices longum est. Pars crurum plumis denudata, pedes, unguesque fusci. Trium digitorum anticorum medius cum extimo digito connectitur membrana ad primum articulum usque producta. Habitat in *Virginia*, ibique lacuum & fluviorum ripas frequentat, & *Piscibus*, *Ranis*, *Lacertis*, &c. victitat.

II. ARDEA MEXICANA CRISTATA.

Ardea cristata, superne (nigro—virescens, *mas*) (fusca, albo varia, *fœmina*), inferne alba, (fusco variegata, *fœmina*); vertice & crista, pennis longissimis constante, nigris; spatio inter rostrum & oculos nudo, ac flavicante; tænia ab oculo ad oculum, & collo candidis; alis superne cinereo—virescentibus; remigibus & 12 rectricibus cinereis; rostro superne & inferne nigro, ad latera flavescente; pedibus dilute flavis. . . . LE HERON HUPÉ DU MEXIQUE.

Avis sicca. *Euf. Nieremb.* *Avis sicca*, Hoactli, seu Tobactli. (*Mas*). *Willugh. Raj. Fern. Jonst.* Hoacton. (*Fœmina*). *Euf. Nieremb. Fern. Willugh.*

Cum *Gallina* crassitie convenit. Ipsi^{us} longitudo 2½ pedes æquat. Rostrum 5 pollices longum est; cauda 6 circiter pollices; pars crurum plumis denudata, pes, triumque digitorum anticorum medius cum ungue, simul commensurati, unum pedem. Oculi magni sunt & nigri: ipsorum irides luteæ; palpebræ vero rubræ. Pars crurum plumis denudata, pedesque sunt dilute flavi.

Fœmina a mare discrepat corpore superiore fusco, albo variegato, & corpore inferiore albo, fusco vario. In arundinetis nidificat, & Sobolem educat.

Habitant in *Mexico*, ibique lacuum ripas frequentant, & *Piscibus* victitant.

12. ARDEA PURPURASCENS.

Ardea superne castaneo—purpurea, inferne cinerascens; vertice cinereo—nigricante; spatio inter rostrum & oculos nudo, ac flavescente; collo superne cinereo, lineolis nigricantibus vario; collo inferiore & pectore maculis obscure flavis aspersis; remigibus fusco—nigricantibus; 12 rectricibus castaneo—purpureis; rostro superius flavo—viridescente, in exortu & inferne flavicante; pedibus griseo—fuscis. . . . LE HÉRON POURPRE.

Ardea cinerea flavescens, nova species. *Marfil.* *Ardea cinerea flavescens*, nova species, Marilli. *Klein.*

Magnitudine & crassitie cum *Ardea vulgari* circiter convenit; capite tamen crassiori & rostro magis elongato donatur. Pars crurum plumis denudata, pedes, unguesque griseo—fusci. Trium digitorum anticorum medius digito extimo membrana, ad primum articulum usque producta, coadunatur. Juxta *Danubii* ripas versatur.

13. ARDEA MEXICANA PURPURASCENS.

Ardea castaneo—purpurea, superne saturatius, inferne dilutius; capite dilute spadiceo, vertice nigro; spatio inter rostrum & oculos nudo; remigibus saturate spadiceis; 12 rectricibus castaneo—purpureis. . . . LE HÉRON POURPRE DU MEXIQUE.

Ardea Mexicana; seu *Avis Xoxouquihaactli.* *Seb. hujus icon non satis accurata.* *Crex. Moebr.*

Cornicem crassitie fere æmularur. Ipsiustudo unum pedem circiter explet. Rostrium $2\frac{1}{4}$ pollices longum est; cauda 3 circiter pollices; pars crurum plumis denudata 8 lineas; digitorum anticorum medius $2\frac{1}{4}$ pollices, extimus unum pollicem & $10\frac{1}{2}$ lineas, intimus $1\frac{1}{4}$ pollicem; posticus 15 lineas. Trium digitorum anticorum medius cum extimo

timo digito connectitur membrana ad primum articulum usque protensa. Alæ complicatæ extremitatem caudæ pertingunt. Cujus coloris sint rostrum & pedes, profusus me later. Habitat in *Mexico*.

† ** 14. ARDEA CRISTATA PURPURASCENS.

Ardea cristata, superne obscure olivacea, inferne castaneo—purpurascens; vertice & crista splendide nigris; spatio inter rostrum & oculos nudo, ac flavicante; tænia utrinque nigra a rostro ad occipitium ducta; collo supremo rufo, triplici tænia nigra notato; colli inferioris ima parte maculis longitudinalibus nigris varia; pennis in colli inferioris ima parte & in crista strictissimis & longissimis; fascia longitudinali a pectore ad anum nigra; remigibus majoribus cinereo—nigricantibus, minoribus exterius cinereo—olivaceis, interioribus saturate cinereis; 12 rectricibus saturate cinereis, superne ad olivaceum, inferne ad cærulescentem colorem vergentibus; rostro superius dilute fusco, inferne flavicante, in apice nigricante; pedibus virescentibus. . . . LE HERON POURPRÉ HUPÉ.

Ardeæ vulgari multum crassitie cedit. Ipsius longitudo $2\frac{2}{3}$ pedes & 6 lineas æquat. Rostrum 6 pollices longum est; cauda $5\frac{1}{2}$ pollices; pars crurum plumis denudata $2\frac{1}{2}$ pollices; digitorum anticorum medius $4\frac{7}{8}$ pollices, extimus $3\frac{1}{2}$ pollices, intimus $3\frac{1}{2}$ pollices; posticus autem $2\frac{1}{2}$ pollices. Trium digitorum anticorum medius cum extimo digito connectitur membrana ad primum articulum usque producta. Extremitates alarum 4 pedum & sesquipollicis intervallo distant; alæ complicatæ ad caudæ extremitatem usque protenduntur. Pars crurum plumis denudata, pedesque virescentes; ungues vero nigricantes. Juxta fluminum & stagnorum ripas versatur, ibique *Piscibus* victitat.

** 15. ARDEA CANDIDA.

Ardea in toto corpore alba; spatio rostrum inter & oculos nudo, viridi; rostro croceo-flavicante; pedibus nigris. . . . LE HÉRON BLANC.

Ardea alba. *Linn. Gesn. Aldrov. Jonst.* Ardea alba; Albardeola. *Gesn. Frisch. hujus icon satis accurata.* Ardea alba major. *Willugh. Raj. Marsil. Browne.* Ardea alba major. *Klein.* Ardea alba major cristata. *Rzac.* Ardea alba maxima. *Sloane.* Ardea alba cirrata *Jonstoni. Barr.* Ardea alia alba. *Charlet.* Ardea candida. *Schwenck.* Aztatl, seu Ardea candidens. *Fern.* Guira-tinga. *Joan. de Laët. Marcgr. Jonst. Raj.* Guira-tinga Brasiliensibus, Garza Lufitanis, Ardeæ species *Marcgravii. Willugh.* Quiratinga. *Jonst.* Héron blanc. *Bel.* Germanice, WYSSER REIGER. *Anglice, WHITE HERON.*

Cum *Ardea cristata* circiter crassitie convenit. Ipfius longitudo $3\frac{1}{2}$ pedes & 7 lineas explet. Rostrum $6\frac{1}{2}$ pollices longum est; cauda 6 pollices; pars crurum plumis denudata $4\frac{1}{2}$ pollices; digitorum anticorum medius $4\frac{1}{2}$ pollices, extimus $3\frac{1}{2}$ pollices, intimus $3\frac{1}{2}$ pollices; posticus $2\frac{1}{2}$ pollices. Trium digitorum anticorum medius ad digitum extimum adnectitur membrana ad primum articulum usque producta. Extremitatum alarum distantia est $4\frac{1}{2}$ pedum & 7 linearum; alæ complicatæ caudam extremam attingunt. Pars crurum plumis denudata, pedes, unguesque nigri. Juxta maris littora degit.

** 16. EGRETTE.

Ardea cristata, in toto corpore alba; cristata ex peninis strictissimis & valde flexilibus ac longissimis constante; spatio rostrum inter & oculos nudo, viridi; rostro nigro; pedibus nigro-virescentibus. . . . L'AIGRETTE.

Ardea alba minor. *Aldrov. hujus icon satis accurata, si cristam haberet. Willugh. Marsil. hujus icon accurata.* Ardea alba minor, seu Garzetta *Gesneri & Aldrovandi. Raj. Willugh.* Ardea alba minor cristata. *Rzac.* Ar-

Ardea alba maxima. Ardea Americana, alba maxima Sloan. Barr. Leucorodios, seu Ardea alba minor alia. Aldrov. Garzetta. Gesn. Jonst. Charlet. Garzetta bianca. Egretta Gallorum. Jonst. Charlet. Aigrette. Gesn. Aldrov. Bel. Du Tertre. Anglice, EGRET, ou CRYALL.

Craffitie Gallinam circiter æmulatur. Ipsi-
us longitudo $1\frac{1}{2}$ pedem explet. Rostrum $4\frac{1}{2}$ pollices longum est; cauda $4\frac{1}{2}$ pollices; pars crurum plumis denudata 4 pollices; digitorum anticorum medius $2\frac{1}{2}$ pollices, extimus $2\frac{1}{2}$ pollices, intimus $1\frac{1}{2}$ pollicem; posticus 18 lineas. Trium digitorum anticorum medius digito extimo membrana, ad primum articulum usque producta, coadunatur. Extremitates alarum $2\frac{1}{2}$ pedum & 6 linearum intervallo distant; alæ complicatæ caudam extremam attingunt. Oculorum irides pallide flavæ. Pars crurum plumis denudata, pedesque nigro-virescentes; ungues vero nigri. Juxta maris littora versatur.

17. ARDEA BRASILIENSIS CANDIDA.

Ardea in toto corpore alba; spatio rostrum inter & oculos nudo, rostroque croceis; pedibus nigris. . . LE HERON BLANC DU BRÉSIL.

Alia Ardeæ species. Marogr. Jonst. Ardea nivea. Mus. Worm.

Præcedentem craffitie circiter æquat. Ipsi-
us longitudo $2\frac{1}{4}$ pedes circiter explet. Rostrum 5 pollices longum est; cauda eadem longitudine pollet; pars crurum plumis denudata 4 circiter pollices longa; digitorum anticorum medius 4 pollices: laterales paulo sunt breviores; posticus reliquis omnibus longitudine cedit. Trium digitorum anticorum medius cum extimo digito connectitur membrana ad primum articulum usque protensa. Alæ complicatæ extremitatem caudæ pertingunt. Oculorum pupilla nigra; ipsorum irides aureo colore imbutæ.

Pars crurum plumis denudata, pedes, unguesque nigri. Habitat in *Brasilia*.

18. ARDEA CAROLINENSIS CANDIDA.

Ardea in toto corpore alba; spatium rostrum inter & oculos nudo, rostroque rubris; pedibus viridibus. . . . LE HÉRON BLANC DE LA CAROLINE.

Ardea alba minor Caroliniensis. *Klein.* Petit Héron blanc. *Catesb. avec une figure exacte.* *Anglice,* LITTLE WHITE HERON.

Cornici crassitie cedit. Ipsius longitudo 18 circiter pollices æquat. Rostrum $2\frac{1}{2}$ pollices longum est; cauda 3 circiter pollices; pars crurum plumis denudata $2\frac{1}{2}$ pollices; digitorum anticorum medius $1\frac{1}{2}$ pollicem, extimus $1\frac{1}{2}$ pollicem, intimus 16 lineas; posticus 13 lineas. Trium digitorum anticorum medius cum extimo digito connectitur membrana ad primum articulum usque producta. Alæ complicatæ caudam extremam attingunt. Oculorum irides luteæ. Pars crurum plumis denudata, pedesque virides. Æstate habitat in *Carolina*. Juxta fluviorum & stagnorum ripas versatur, paludesque frequentat. *Piscibus, Ranis, &c.* victitat.

19. ARDEA MEXICANA CANDIDA.

Ardea in toto corpore alba; spatium rostrum inter & oculos nudo luteo; rostro purpureo; pedibus pallide purpurascens. . . . LE HERON BLANC DU MEXIQUE.

Ardea Mexicana minima candidissima, *Hoitzilaztatl* dicta *Hernandezii. Raj.* *Hoitzilaztatl. Fern.*

Ad *Columbæ* crassitiem accedit, aut saltem eam non superat. Pars crurum plumis denudata, pedesque pallide purpurei; ungues vero fusci. Trium digitorum anticorum medius extimo digito coadunatur membrana ad primum articulum usque protensa. Habitat

bitat in *Mexico*, ibique lacuum ripas frequentat, & *Piscibus* victitat.

20. ARDEA CANDIDA MINOR.

Ardea alba; vertice & pectore croceis; spatio rostrum inter & oculos nudo, rostroque luteis; pedibus flavo-croceis. . . LE PETIT HERON BLANC.

Ardea vertice croceo. *Fonst.* Ardea minor alia vertice croceo. *Aldrov.* Ardea alba minor tertia *Aldrovandi.* *Willugh. Raj.*

Egrettæ magnitudine cedit; illam tamen crassitie superat. Oculorum irides luteæ. Rostrum breviusculum. Pars crurum plumis denudata, pedesque flavo-crocei: digiti tamen, qui longissimi, fusci sunt, & annulis candicantibus circumdati; ungues vero fusci. Trium digitorum anticorum medius cum extimo digito connectitur membrana ad primum articulum usque producta. Habitat in *Italia* circa *Bononiam*.

21. ARDEA NIGRA.

Ardea nigricans; spatio inter rostrum & oculos nudo, ac nigro; rectricibus alarum superioribus cinereo-cœrulescentibus; remigibus & 12 rectricibus nigricantibus; rostro, pedibusque nigris. . . LE HERON NOIR.

Ardea nigra. *Schwenck. Klein.* Germanice, SCHWARTZER REGER.

Magnitudine & crassitie *Ardeam vulgarem* æmuletur. Pars crurum plumis denudata, pedes, unguesque nigri. Trium digitorum anticorum medius extimo digito membrana, ad primum articulum usque producta, coadunatur. Habitat in *Silesia*.

22. ARDEA NIGRA TORQUATA.

Ardea nigricans; collo torque albo cincto; remigibus & 12 rectricibus nigricantibus; rostro luteo,

in medio & apice macula nigra superne & inferne notato, pedibus nigris. . . . LE HERON NOIR A COLLIER.

Ardeæ congener. *Aldrov. bujus icon satis accurata. Willughb. Raj.* Ardea nigra. *Fonst. Charlet. Barr.*

Cum *Numenio* crassitie circiter convenit. Rostro donatur, proportione servata, quam aliarum *Ardearum* rostrum multo breviorè. Pars crurum plumis denudata, pedes, unguesque nigri. Trium digitorum anticorum medius cum extimo digito connectitur membrana ad primum articulum usque protensa. Habitat in *Italia* circa *Bononiam*.

** 23. ARDEA BRASILIENSIS.

Ardea nigricans, flavescente punctulata; capite & collo superiore fuscis, nigro punctulatis; collo inferiore albo, maculis longitudinalibus nigris & fuscis vario; remigibus & 12 rectricibus nigricantibus; rostro nigro; pedibus fuscis. . . . LE HERON DU BRÉSIL.

Ardea subfusca major, collo & pectore albo undatis. *Browne.* Ardea Americana, sylvatica, coloris ferrucinei. *Barr.* Soco Brasiliensibus. *Marcgr. Fonst. Willughb. Raj.* Cocoli tertius. *Pison.* Anglice, CLUCKING-HEN.

Ardeam cristatam purpurascens crassitie circiter æquat. Ipsius longitudo $2\frac{2}{3}$ pedes explet. Rostrium 6 pollices longum est; cauda 5 pollices; pars crurum plumis denudata $2\frac{1}{2}$ pollices; digitorum anticorum medius $3\frac{1}{2}$ pollices, extimus 3 pollices, intimus $2\frac{1}{2}$ pollices; posticus $2\frac{1}{2}$ pollices. Trium digitorum anticorum medius ad extimum digitum adnectitur membrana ad primum articulum usque producta. Extremitates alarum 4 pedum intervallo distant; alæ complicatæ extremitatem caudæ pertingunt. Oculi sunt nigri: ipsorum irides aureo colore imbutæ. Pars crurum plumis denudata, pedes,

des, unguesque fusci. Habitat in *Brasilia* & *Guiana*.

† ** 24. BOTAURUS.

Ardea superne rufescente & nigro varia, inferne dilute fulva, maculis longitudinalibus nigricantibus variegata; vertice nigricante; collo superne nigricante, inferne fusco transversim striato; pennis in colli inferioris ima parte longissimis; uropygio fulvo, nigricante transversim striato; remigibus nigro & fulvo transversim striatis; 12 rectricibus, binis intermediis nigricantibus, rufescente marginatis, lateralibus fulvis, maculis nigricantibus variegatis; rostro fusco, inferne viridescente; pedibus viridi-flavicantibus. . . .
LE BUTOR.

Ardea stellaris. *Linn.* *Ardea pallida*, pennis in dorso fulvis. *Barr.* *Ardea Stellaris minor*. *Fonst.* *Ardea Stellaris minor*, quam *Botaurum*, vel *Butorium* Recentiores vocant. *Gesn.* *Ardea Stellaris major* s. *Botaurus*. *Frisch. bujus icon satis accurata.* *Ardea Stellaris.* *Gesn. Schwanck. Willugh. Raj. Sibbald. Mus. Worm. Klein. Marfl.* *Ardea Stellaris, Asterias, Charlet. Aldrov.* *Botaurus Ornithologis*, aliis *Butio*; *Ardea Stellaris Gesnero*; *Ardea palustris* vel *Arundinum.* *Rzac.* *Taurus Plinii, Willugh.* *Grus crispa.* *Mos Kuw. Fonst.* *Asieus ἐπίδιος. Klein.* *ὄρνις Aristotelis. Fonst.* *Butor. Alb.* *Butor*, nommé par aucuns de nom corrompu *Pittouër.* *Bel.* *Germanice, Us-rind.* *Belgice, ROER-DOMP.* *Anglice, BITTERN.*

Ardea vulgari crassitie cedit. Ipsi longitudo $2\frac{1}{2}$ pedes æquat. Rostrum $3\frac{1}{2}$ pollices longum est; cauda $4\frac{1}{2}$ pollices; pars crurum plumis denudata 15 lineas; digitorum anticorum medius $4\frac{1}{2}$ pollices; extimus $4\frac{1}{4}$ pollices, intimus $3\frac{1}{2}$ pollices; posticus $2\frac{1}{2}$ pollices. Trium digitorum anticorum medius cum extimo digito connectitur membrana ad primum articulum usque protensa. Digiti postici unguis
X 4 magni-

magnitudine & validitate reliquos omnes antecellit; octodecim enim linearum longitudine pollet. Extremitates alarum $3\frac{1}{2}$ pedum & 6 linearum intervallo distant; alæ complicatæ caudam extremam attingunt. Oculorum irides in aliis avellaneo-flavican-tes, in aliis avellaneo-rubescens. Pars crurum plumis denudata, pedesque viridi-flavican-tes; un-gues vero fusci. Paludes frequentat, ibique humi-nificat. Uno incubitu quinque ova ponit ex can-dicante ad cinereum aut viride vergentia.

25. BOTAURUS Freti HUDSONIS.

Ardea superne rufescens, nigricante transversim striata, inferne candicans, maculis longitudina-libus rufescentibus, nigro aspersis, varia; vertice nigricante; spatio inter rostrum & oculos nudo, ac luteo; collo inferiore albo, maculis longitudi-nalibus rufescentibus, nigro marginatis, vario; pennis in colli inferioris ima parte longissimis; remigibus primoribus superne nigris, quibusdam rufescente terminatis, sequentibus & 12 rectri-cibus rufescentibus, nigricante transversim stria-tis; rostro superius & in apice nigricante, infer-ne luteo; pedibus flavis. . . . LE BUTOR DE LA BAYE DE HUDSON.

Butor de la Baye de Hudson. *Edwards, avec une figure exacte.* Anglice, BITTERN FROM HUDSON'S-BAY.

Botauro nostrati paululum crassitie cedit. Ipsi-us longitudo $2\frac{1}{2}$ pedes circiter æquat. Rostrum $3\frac{1}{2}$ pol-lices longum est; cauda $3\frac{1}{2}$ pollices circiter; pars crurum plumis denudata unum pollicem; digitorum anticorum medius $3\frac{1}{2}$ pollices, extimus $2\frac{1}{2}$ pol-lices, intimus $2\frac{1}{2}$ pollices; posticus autem 2 pol-lices. Trium digitorum anticorum medius ad digi-tum extimum membrana, ad primum articulum usque protensa, adnectitur. Alæ complicatæ cau-dam extremam attingunt. Pars crurum plumis de-nu-

nudata, pedesque flavi; unguis vero griseo-fusci.
Habitat in Fretto Hudsonis.

26. BOTAURUS MINOR.

Ardea rufescens, fusco striata; spatio inter rostrum & oculos nudo, ac flavo; gutture & collo inferiore candidis; remigibus fuscescentibus, tæniis fuscis transversim variegatis; 12 brevissimis rectricibus albicantibus; rostro superius obscure fusco, inferne flavo; pedibus fuscis. . . LE PETIT BUTOR.

Ardea viride-flavescens, Nova species. *Marfil. bujus icon satis accurata. Klein.*

Præcedenti multum crassitie cedit. Rostrum ad 3 pollicum longitudinem accedit, sed eam non penitus explet. Oculi sunt nigri: ipsorum irides albidæ. Pars crurum plumis denudata, pedes, unguisque fusci; digiti tamen nonnihil ad flavescentem inclinant colorem. Trium digitorum anteriorum medius extimo digito membrana, ad primum articulum usque protensa, coadunatur. Juxta Danubii ripas versatur.

27. BOTAURUS STRIATUS.

Ardea lineolis fuscis, nigris & rufescentibus striata; spatio inter rostrum & oculos nudo, ac flavo; collo inferiore & pectore albicantibus; remigibus, & 12 rectricibus fusco, nigro & rufescente striatis; rostro superius fusco, inferne flavo; pedibus griseis, lineolis atris notatis. . . LE BUTOR RAYÉ.

Ardea fusca, Nova species. *Marfil. bujus icon satis accurata.*

Cum præcedente crassitie circiter convenit. Pars crurum plumis denudata, pedes, unguisque grisei: autamen digiti nonnihil ad flavescentem colorem in-

clinant. Trium digitorum anticorum medius cum extimo digito connectitur membrana ad primum articulum usque producta. *Danubii* ripas frequentat.

28. BOTAURUS MAJOR.

Ardea cristata, superne cinereo—fusca, inferne rufa; vertice & crista, pennis quibusdam longissimis constante, nigris; spatio inter rostrum & oculos nudo, ac flavo; collo ad latera rufo, tænia longitudinali nigra notato, inferiore albo, maculis longitudinalibus nigris & albo—rufescens; pennis in colli inferioris ima parte longissimis; remigibus & 12 rectricibus cinereo-fuscis; rostro flavicante; pedibus fuscis. . . .

LE GRAND BUTOR.

Ardea maxima, lutescens, maculis nigris sagittatis densissime aspersa. *Barr.* *Ardea Stellaris major.* *Gesn. Jonst.* *Ardea Stellaris major*, sive rubra cirrata. *Aldrov. bujus icon satis accurata.* *Willugh. Raj.* *Ardea cinerea alia.* *Jonst.* *Germanice*, GROSSER ROR-REI-GER.

Botaurum vulgarem multum crassitie superat. Ipius longitudo $3\frac{1}{2}$ pedes & 3 lineas explet. Rostrum 8 pollices longum est; cauda 4 vel 5 pollices; pars crurum plumis denudata 2 circiter pollices; digitorum anticorum medius 5 pollices: laterales paulo sunt breviores; posticus reliquis omnibus longitudine cedit. Trium digitorum anticorum medius cum extimo digito connectitur membrana ad primum articulum usque producta. Alæ complicatæ versus caudæ extremitatem usque protenduntur. Pars crurum plumis denudata, pedes, unguesque fusci. In paludibus habitat.

29. BOTAURUS RUFUS.

Ardea superne nigricans, inferne rufescens; vertice nigro; collo ferrugineo; uropygio albo; re-
mi-

remigibus majoribus & 12 rectricibus nigricantibus; rostro superne nigricante, inferne corneo colore tincto; pedibus fuscis. . . LE BUTOR ROUX.

Ardeæ Stellaris tertium genus. *Aldrov. bujus icon satis accurata. Raj. Marsil. Willugh.* Ardea Stellaris altera. *Fonst.* Ardea Stellaris minor. Ardea Stellaris minor altera. *Frisch. bujus icones satis accurata.*

Crassitie *Botaurum minorem* paululum antecellit. Rostrum 4 circiter pollices longum est; collum 8 pollices. Cauda valde brevis est. Trium digitorum anticorum medius extimo digito membrana, ad primum articulum usque producta, coadunatur. Oculorum irides luteæ. Pars crurum plumis denudata, pedes, unguesque fusci. Habitat in *Italia* circa *Pononiam*. Paludes frequentat.

30. BOTAURUS BRASILIENSIS.

Ardea superne fusca, rufescente striata, inferne alba, fusco striata, marginibus pennarum rufescentibus; capite & collo superiore rufescentibus, nigro striatis; spatio inter rostrum & oculos nudo, ac flavo-virescente; remigibus nigro & cinereo variis, in apicibus albis; 12 rectricibus partim nigris, partim cinereis, albo transversim striatis; rostro superius fusco, in exortu & inferne flavo-virescente; pedibus obscure griseis. . . LE BUTOR DU BRÉSIL.

Alia Ardeæ species. *Marcgr. Fonst.* Ardea Brasiliensis, rostro ferrato, Stellari similis *Marcgravii. Willugh. Raj.*

Botaurum minorem crassitie circiter æmulatur. Ipsi longitudo $2\frac{1}{2}$ pedes circiter æquat. Rostrum $4\frac{1}{2}$ pollices longum est; cauda 4 pollices; pars crurum plumis denudata $2\frac{1}{4}$ pollices; digitorum anticorum medius $3\frac{1}{2}$ pollices: laterales paulo sunt breviores; posticus reliquis omnibus longitudine cedit. Trium digitorum anticorum medius cum extimo digito

gito connectitur membrana ad primum articulum usque producta. Alæ complicatæ caudam extremam attingunt. Oculi sunt nigri: ipsorum irides aureo colore imbutæ. Pars crurum plumis denudata, pedes, unguesque obscure grisei. Habitat in *Brasilia*.

** 31. BOTAURUS NÆVIUS.

Ardea fusca, superne saturatius, inferne dilutius, superne albo punctulata; remigibus saturate fuscis, macula candida in apice notatis; 12 rectricibus fuscis; spatio rostrum inter & oculos nudo virescente; rostro superne fusco, inferne flavovirescente; pedibus fusco-virescentibus. . . LE BUTOR TACHETÉ OU LE POUACRE.

Ardea nigra. *Frisch. bujus icon satis accurata.*

Cum *Cornice* crassitie circiter convenit. Ipsi longitudo $18\frac{1}{2}$ pollices æquat. Rostrum 3 pollices longum est, cauda $2\frac{1}{2}$ pollices; pars crurum plumis denudata 10 lineas; digitorum anticorum medius $1\frac{1}{2}$ pollicem, extimus $1\frac{1}{2}$ pollicem, intimus 16 lineas; posticus 13 lineas. Trium digitorum anticorum medius ad extimum digitum adnectitur membrana ad primum articulum usque protensa. Extremitates alarum $2\frac{1}{2}$ pedum & 6 linearum intervallo distant; alæ complicatæ caudam extremam attingunt. Pars crurum plumis denudata, pedesque fusco-virescentes; ungues vero fusci. Paludes frequentat, ibique *Piscibus*, *Ranis*, &c. victitat.

32. BOTAURUS AMERICANUS NÆVIUS.

Ardea fusca, superne saturatius, inferne dilutius; alis superne albo punctulatis; remigibus saturate fuscis, macula candida terminatis; 12 rectricibus cinereo-cærulescentibus; spatio rostrum inter & oculos nudo, & rostro inferiore viridibus, rostro superiore nigro-virescente; pedibus flavo-

virescentibus. . . LE BUTOR TACHETÉ D'AMÉRIQUE.

Ardea minor subfusco-grisea, cruribus brevioribus. *Browne.*
Ardea Stellaris minor. *Sloane. Raj.* *Ardea fusca.*
Klein. Butor brun. *Catesb. avec une figure exacte.*
Anglice, BROWN BITTERN.

Botauo minori crassitie cedit. Ipsi longitudo $1\frac{2}{3}$ pedem circiter æquat. Rostrum $3\frac{1}{4}$ pollices longum est; cauda 3 circiter pollices; pars crurum plumis denudata 10 lineas; digitorum anticorum medius 3 pollices, extimus $2\frac{1}{2}$ pollices, intimus $2\frac{1}{4}$ pollices; posticus 18 lineas. Trium digitorum anticorum medius cum extimo digito connectitur membrana ad primum articulum usque producta. Alæ complicatæ caudam extremam attingunt. Oculi sunt magni: ipsorum irides aureo colore imbutæ: palpebræ vero virides. Pars crurum plumis denudata, pedesque flavo-virescentes. Habitat in *Jamaïca, Carolina,* & in variis *Americæ Septentrionalis* regionibus. Juxta fluviorum & stagnorum ripas versatur.

33. C A N C R O F A G U S.

Ardea cristata, castanea; pennis scapularibus in exortu albis; crista in medio alba, ad latera nigra; spatio inter rostrum & oculos nudo, ac luteo; remigibus, & brevissimis rectricibus castaneis; rostro luteo, in apice nigricante, pedibus viridibus. . . LE CRABIER.

Ardeæ alia species, quæ vulgo Squaiotta dicitur Malalbergi. *Aldrov. Willugh. Raj.* Squaiotta Italarum. *Jonst. Charlet.*

Præcedenti crassitie cedit. Pars crurum plumis denudata, pedesque virides. Trium digitorum anticorum medius cum extimo digito connectitur membrana ad primum articulum producta. Habitat in *Italia* circa *Bonomiam.*

34. CANCROFAGUS CASTANEUS.

Ardea superne castanea, inferne sordide alba; tænia longitudinali candida a gutture ad ventrem usque producta; tectricibus alarum superioribus ad cœruleum vergentibus; remigibus nigris; 12 rectricibus castaneis; rostro fusco; pedibus rubris. . . . LE CRABIER MARRON.

Ardea rubra. *Schwenck.*

Cum *Cornice* crassitie circiter convenit. Rostrum 4 pollices longum est. Caput habet valde exiguum; collum vero maxime elongatum. Oculorum irides flavicantes. Pars crurum plumis denudata, pedesque rubri. Trium digitorum anticorum medius ad digitum extimum adnectitur membrana ad primum articulum protensa. In arboribus excelsis nidificat. *Pisciculis & Insectorum aquaticorum* omni genere vescitur. Habitat in *Silesia*.

35. CANCROFAGUS RUFUS.

Ardea cristata, ex croceo ad castaneum vergens, superne dilutius, inferne saturatius; capite superiore & crista, pennis longis & strictissimis constante, lutescente & nigro variegatis; remigibus & 12 brevissimis rectricibus ex croceo ad castaneum vergentibus; rostro viridi-cœruleo, in apice nigro; pedibus saturate rubris. . . . LE CRABIER ROUX.

Ardea Hæmatopos, seu Cirris Virgillii, Scaligeri. *Aldrov. bujus icon satis accurata. Willugh. Raj.*

Botaurum nævium crassitie circiter æquat, aut paululum ei cedit. Oculorum irides luteæ, circulo cocineo circumdatæ. Pars crurum plumis denudata, pedesque saturate rubri; ungues vero nigri. Trium digitorum anticorum medius extimo digito membrana, ad primum articulum usque protensa, coadunatur. Habitat in *Italia* circa *Bononiam*.

36. CANCROFAGUS RUFUS NÆVIUS.

Ardea cristata, ex croceo ad castaneum dilutum vergens; capite superiore & crista, pennis longis & strictissimis constante, lutescente & nigro variegatis; collo ad latera maculis nigris asperso; remigibus & 12 brevissimis rectricibus ex croceo ad castaneum dilutum vergentibus; rostro viridicœruleo, in apice nigro; pedibus flavicantibus....
LE CRABIER ROUX TACHETÉ.

Ardea castanei coloris alia. *Aldrov. bujus icon satis accurata.*

Præcedentem crassitie circiter æmulatur. Oculorum irides luteas ambit circulus coccineus. Pars crurum plumis denudata, pedesque flavicantes; ungues vero nigri. Trium digitorum anticorum medius cum extimo digito connectitur membrana ad primum articulum usque producta. Habitat in Italia circa Bononiam.

37. CANCROFAGUS LUTEUS.

Ardea cristata, superne luteo-rufescens, inferne candicans; capite, crista, pennis longis & strictissimis constante, & collo lutescente, albo & nigro variegatis; remigibus luteo-rufescentibus; 12 brevissimis rectricibus candicantibus, rostro luteo-rufescente; pedibus virescentibus.... LE CRABIER JAUNE.

Ardeæ aliud genus, quam Sguacco vocant. *Aldrov. bujus icon satis accurata. Willugh. Raj.*

Præcedenti paululum crassitie cedit; & rostro nonnihil brevior donatur. Oculorum irides aureo colore imbutas ambit circulus niger. Pars crurum plumis denudata, pedesque virescentes. Trium digitorum anticorum medius ad extimum digitum adnectitur membrana ad primum articulum protensa. Habitat in Italia circa Bononiam.

† ** 38. CANCROFAGUS PHILIPPENSIS.

Ardea superne castaneo & nigricante transversim & undatim striata, inferne griseo-rufescens; capite castaneo, in parte posteriore nigro variegato; spatio inter rostrum & oculos nudo, ac flavicante; collo superiore dilute castaneo; collo inferiore & pectore griseis, ad castaneum vergentibus; remigibus nigricantibus, quibusdam griseo, aliis castaneo in apice marginatis; 12 rectricibus nigricantibus; rostro superius nigricante, inferne albo-flavicante; pedibus griseo-fuscis. . . . LE CRABIER DES PHILIPPINES.

Pullum Gallinaceum minorem crassitie non superat. Ipsi longitudo 10 pollices explet. Rostrum 25 lineas longum est; cauda $1\frac{1}{4}$ pollicem; pars crurum plumis denudata 3 lineas; digitorum anticorum medius $1\frac{1}{2}$ pollicem, extimus 13 lineas; intimus $12\frac{1}{2}$ lineas; posticus autem pollicis unius longitudinem obtinet. Trium digitorum anticorum medius ad extimum digitum adnectitur membrana ad primum articulum producta. Extremitatum alarum distantia est $1\frac{5}{12}$ pedis & 10 linearum; alæ complicatæ caudam extremam attingunt. Pars crurum plumis denudata, pedes, unguesque griseo-fusci. Habitat in *Philippensibus Insulis*.

39. CANCROFAGUS AMERICANUS.

Ardea superne cinereo-cœrulescente, viridi obscuro & rufescente varia, inferne cinerea; vertice cinereo-cœrulescente; spatio inter rostrum & oculos nudo, ac flavicante; collo superiore fusco, xerampelino vario; collo inferiore & pectore candidis, maculis xerampelinis variegatis; remigibus nigris, albo marginatis; 12 rectricibus nigro-virescentibus; rostro superne nigro, inferne fusco-flavicante; pedibus flavis. . . . LE CRABIER D'AMÉRIQUE.

Héron ou Ardea varia major Chiliensis. *Feuillee.*

Præcedentem crassitie paululum antecellit. Oculorum pupilla obscure cœrulea: ipsorum irides aureo colore imbutæ. Pars crurum plumis denudata, pedesque flavi; ungues vero nigri. Trium digitorum anticorum medius extimo membrana, ad primum articulum protensa, coadunatur. Habitat in *America*. Juxta rivulorum ripas, haud procul a mare, versatur.

40. CANCROFAGUS BRASILIENSIS.

Ardea superne nigro-chalybea, fusco & flavicante varia, inferne alba, cinereo & pallide luteo variegata; capite superiore nigro-chalybeo, dilute fusco notato; remigibus virescentibus, macula candida in extremitate insignitis; 12 rectricibus virescentibus; spatio rostrum inter & oculos nudo, luteo; rostro superius fusco, inferne albo-flavicante; pedibus luteis. . . . LE CRABIER DU BRÉSIL.

Ardeola. *Marcgr. Fonst.*
Willughb. Raj.

Ardeola Brasiliensis *Marcgr.*
Cocoi primus. *Pison.*

Crassitie *Columbam* vix adæquat. Ipsius longitudo 16½ pollices circiter explet. Rostrum 2½ pollices longum est; cauda 2 pollices; pars crurum plumis denudata 15 circiter lineas; digitorum anticorum medius 2¾ pollices: laterales paulo sunt breviores; posticus reliquis longitudine cedit. Trium digitorum anticorum medius cum extimo connectitur membrana ad primum articulum producta. Alæ complicatæ caudam extremam attingunt. Oculorum pupilla nigra: ipsorum irides aureo colore imbutæ. Pars crurum plumis denudata, pedesque lutei; ungues vero grisei. Habitat in *Brasilia*.

41. CANCROFAGUS BAHAMENSIS.

Ardea cristata, superne albo & nigro striata, inferne

Tom. II.

Y

ferne

ferne obscure cœrulea; capite nigro-cœrulescente; vertice pallide luteo; tænia longitudinali in genis, & pennis in occipite strictissimis, longissimis, candidis; spatio rostrum inter & oculos nudo viridi; remigibus fuscis, cœruleo adumbratis; 12 rectricibus obscure cœruleis; rostro nigro; pedibus luteis.... LE CRABIER DE BAHAMA.

Ardea violacea. *Linn.* Ardea major grisea cristata, capite nigro, vertice & ciliis albicantibus. *Browne.*
 Ardea cœrulea. *Sloane. Raj.* Ardea Stellaris cristata Americana. *Klein.* Butor huppé. *Catesb. avec une figure pas assez exacte.* Anglice, CRESTED BITTERN.

Cum *Botaurus nœvius* crassitie circiter convenit. Ipsius longitudo $15\frac{1}{2}$ pollices circiter æquat. Rostrum $2\frac{2}{3}$ pollices longum est; cauda $2\frac{1}{4}$ pollices; pars crurum plumis denudata unum pollicem; digitorum anteriorum medius $2\frac{1}{2}$ pollices, extimus $1\frac{2}{3}$ pollicem, intimus $1\frac{1}{2}$ pollicem; posticus 14 lineas. Trium digitorum anteriorum medius extimo coadunatur membrana ad primum articulum protensa. Alæ complicatæ nonnihil ultra tres quartas longitudinis caudæ partes extenduntur. Oculorum irides rubræ. Pars crurum plumis denudata, pedesque lutei; ungues vero nigricantes. Habitat in *Carolina, Jamaïca & Bahamensi Insula.* In sepibus inter rupes provenientibus nidificat.

42. CANCROFAGUS COERULEUS.

Ardea cristata, cœrulea; capite, crista, strictissimis pennis constante, & collo, ad violaceum vergentibus; pennis in colli inferioris ima parte, & quibusdam scapularibus, strictissimis longissimis; remigibus ac 12 rectricibus cœruleis; spatio rostrum inter & oculos nudo, rostroque cœruleis, pedibus viridibus.... LE CRABIER BLEU.

Ardea cœrulea. *Linn.* Ardea plumbea cristata, capite nigro, vertice albo. *Browne.* Ardea cœruleo-nigra. *Sloane. Raj.* Ardea cyanea. *Klein.* Héron bleu.

bleu. *Catesb. avec une figure exacte.* Anglice, BLEW HERON.

Cornici paululum crassitie cedit. Ipsi longitudo $1\frac{1}{2}$ pedem & 6 circiter lineas æquat. Rostrum 3 pollices longum est; cauda 2 pollices; pars crurum plumis denudata $2\frac{1}{2}$ pollices; digitorum anticorum medius $2\frac{1}{2}$ pollices, extimus 2 pollices; intimus $1\frac{1}{2}$ pollicem; posticus $1\frac{1}{2}$ pollicem. Trium digitorum anticorum medius ad extimum digitum adnectitur membrana ad primum articulum usque protensa. Alæ complicatæ nonnihil ultra caudam extremam protenduntur. Oculorum irides luteæ. Pars crurum plumis denudata, pedesque virides; ungues vero nigricantes. Habitat in Carolina & Jamaica.

† ** 43. CANCROFAGUS VIRIDIS.

Ardea superne viridi-aurea, cupri puri colore varians, inferne fusco-castanea; spatium inter rostrum & oculos nudo, ac luteo; gutture albo, maculis fuscis vario; collo castaneo, albido in parte inferiore variegato; pennis in colli inferioris ima parte, in dorso supremo & scapulis, stric- tissimis & longissimis; marginibus alarum griseo- fulvis; remigibus & 12 rectricibus viridi-aureis; cupri puri colore variantibus; rostro superius fusco, inferius flavicante; pedibus griseo-fuscis....
LE CRABIER VERD.

Ardea virescens. Linn. Ardea Stellaris minima. Klein. Petit Butor. Catesb. avec une figure exacte. Anglice, SMALL BITTERN.

Crassitie Pullum Gallinaceum non multum excedit. Ipsi longitudo $1\frac{1}{2}$ pedem & 6 lineas æquat. Ros- trum $2\frac{1}{2}$ pollices longum est; cauda $2\frac{1}{2}$ pollices; pars crurum plumis denudata unum pollicem; digitorum anticorum medius $1\frac{1}{2}$ pollicem; extimus 18 lineas longus, intimus $1\frac{1}{2}$ pollicem; posticus 14 lineas. Trium digitorum anticorum medius cum extimo

connectitur membrana ad primum articulum producta. Extremitatum alarum distantia est 2 pedum; alæ complicatæ ad 6 linearum distantiam ultra caudam extremam protenduntur. Oculorum irides luteæ. Pars crurum plumis denudata, pedes, unguesque griseo-fusci. *Ranis, Cancris & Pisciculis* victitat. Habitat in *Carolina, Virginia, Martinica & Cayena.*

† ** 44. CANCROFAGUS VIRIDIS NÆVIUS.

Ardea superne viridi-aurea, cupri puri colore varians, inferne grisea; gutture albo, maculis fuscis vario; spatio inter rostrum & oculos nudo, ac flavicante; collo castaneo, albido in parte inferiore variegato; pennis in colli inferioris ima parte, in scapulis & in supremo dorso, strictissimis & longissimis; marginibus alarum albidis; alis superne albo punctulatis; remigibus saturate fuscis, exterius viridi-aureo adumbratis, plerisque macula alba in extremitate notatis, quibusdam griseo-fusco terminatis; 12 rectricibus obscure viridi-aureis, cupri puri colore variantibus, lateralibus in apice griseo-fuscis; rostro superius nigricante, inferne albo-flavicante; pedibus fuscis. . . . LE CRABIER VERD TACHETE.

Præcedenti nonnihil crassitie cedit. Ipsiustudo $1\frac{1}{4}$ pedem & 9 lineas explet. Rostrum $2\frac{1}{4}$ pollices longum est; cauda $2\frac{1}{4}$ pollices; pars crurum plumis denudata 8 lineas; digitorum anticorum medius $1\frac{1}{4}$ pollicem, extimus $16\frac{1}{2}$ lineas, intimus $1\frac{1}{2}$ pollicem; posticus 14 lineas. Trium digitorum anticorum medius ad extimum digitum adnectitur membrana ad primum articulum usque protensa. Extremitates alarum $1\frac{1}{2}$ pedis intervallo distant; alæ complicatæ ad 6 linearum distantiam ultra caudam extremam protenduntur. Pars crurum plumis denudata, pedes, unguesque fusci. Habitat in *Martinica.*

† ** 45. NYCTICORAX.

Ardea superne obscure viridis, inferne alba; vertice nigro—viridescente; tænia in syncipite & supra oculos candida; spatio inter rostrum & oculos nudo ac viridi—flavicante; pennis tribus in occipite strictissimis longissimis candidis; collo superiore albo—cinerascente; uropygio dilute cinereo; marginibus alarum albis; remigibus, rectoribusque 12 cinereis; rostro nigricante; pedibus viridi—flavicantibus. . . . LE BIHOREAU.

Ardea cirrata, alba, dorso nigro. *Barr.* Ardea varia. *Schwenck. Klein.* Ardea cinerea cirrata. *Frisch. bujus icon accurata.* Ardea cinerea altera, seu minor. *Aldrov. bujus icon satis accurata.* Ardea cinerea minor. *Fonst. Raj. Charlet. Rzac. Marsil.* Ardea cinerea minor, Germanis Nycticorax. *Willugh.* Nycticorax. *Gesn. Charlet. Sibbald. Aldrov. Fonst. Linn.* Corvus Nocturnus Agric. *Klein.* Héron ou Ardea cinerea rostro crassiori. *Feuillée.* Bihoreau ou Roupeau, Espèce de Héron. *Bel.* Corbeau de nuit. *Alb. Germanice, NACHT-RABE. Belgice, QUACK. Anglice, NIGHT-RAVEN.*

Cum Cornice crassitie circiter convenit. Ipsi-
us longitudo $1\frac{2}{3}$ pedem æquat. Rostrum $3\frac{1}{2}$ pol-
lices longum est; cauda $3\frac{1}{2}$ pollices; pars crurum
plumis denudata 13 lineas; digitorum anticorum
medius $2\frac{1}{2}$ pollices, extimus 2 pollices & $2\frac{1}{2}$ lineas,
intimus 2 pollices cum fesquilinea; posticus $1\frac{2}{3}$ pol-
licem. Trium digitorum anticorum medius cum
extimo connectitur membrana ad primum articulum
producta. Extremitates alarum $3\frac{1}{2}$ pedum interval-
lo distant; alæ complicatæ caudam extremam attingunt.
Oculorum irides flavo—aurantiæ. Pars cru-
rum plumis denudata, pedesque viridi—flavican-
tes; unguis vero nigricantes. Paludes frequentat.

† ** 46. ARDEOLA.

Ardea superne nigro—viridescens, inferne dilute ful-
va; spatio inter rostrum & oculos nudo ac flavi-
cante;

cante; collo superiore griseo-fulvo, ad castaneum vergente; pennis in colli inferioris ima parte longissimis; pectore maculis longitudinalibus nigricantibus vario; remigibus superne nigris, exterius viridescentibus, corpori vicinioribus fuscis, fulvo fimbriatis; 12 rectricibus nigro-virescentibus; rostro viridi-flavicante, superius in apice nigricante; pedibus virescentibus. . . .
LE BLONGIOS.

Petit Butor. *Edwards, avec une figure peu exacte.*

Turdum crassitie non multum superat. Ipsi longitudo $13\frac{1}{2}$ pollices explet. Rostrum 2 pollices & $6\frac{1}{2}$ lineas longum est; cauda 2 pollices; pars crurum plumis denudata 2 lineas; digitorum anticorum medius $1\frac{1}{2}$ pollicem; extimus sesquipollicem; intimus eandem longitudinem obtinet; posticus 13 lineas longus est. Trium digitorum anticorum medius extimo coadunatur membrana ad primum articulum protensa. Extremitates alarum $1\frac{7}{8}$ pedis & 6 linearum intervallo distant; alæ complicatæ caudam extremam attingunt. Pars crurum plumis denudata, pedesque virescentes; ungues vero grisei. Paludes frequentat.

† ** 47. ARDEOLA NÆVIA.

Ardea superne fusca, marginibus pennarum rufescentibus, inferne rufescens, pennis in medio fuscis; vertice nigro-virescente, pennis in fronte castaneo marginatis; spatio inter rostrum & oculos nudo ac flavicante; pennis in colli inferioris ima parte longissimis; imo ventre albo; remigibus superne nigris, exterius viridescentibus, corpori vicinioribus fuscis, fulvo fimbriatis; 12 rectricibus nigro-virescentibus, fulvo in apice marginatis; rostro superius fusco, inferne viridi-flavicante; pedibus virescentibus. . . . LE BLONGIOS TACHETE.

Petit Bator brun. Edwards, avec une figure assez exacte.
Anglice, LITTLE BROWN BITTERN.

Cum præcedente crassitie circiter convenit. Ipfius longitudo $11\frac{2}{3}$ pollices æquat. Rostrum 2 pollices & $2\frac{1}{2}$ lineas longum est; cauda $1\frac{2}{3}$ pollicem; pars crurum plumis denudata 2 lineas; digitorum anticorum medius $1\frac{2}{3}$ pollicem, extimus $1\frac{1}{2}$ pollicem, intimus eadem longitudine pollet; posticus 13 lineas longus est. Trium digitorum anticorum medius cum extimo connectitur membrana ad primum articulum producta. Extremitatum alarum distantia est $18\frac{1}{2}$ pollicum; alæ complicatæ caudam extremam attingunt. Pars crurum plumis denudata, pedesque virescentes; ungues vero grisei. Paludes frequentat.

Forfan hæc est præcedentis fœmina.

LXXXII. Genus Scopii. (1)

Hujus Character est

Digiti quatuor, membranis destituti; tres scilicet antici, posticus unus:

Crura in parte inferiore plumis denudata:

Rostrum crassum, longum, rectum, lateraliter planum:

Mandibulæ superioris apex aduncus.

** I. S C O P U S.

Scopus fuscus; superne saturatius, inferne dilutius; remigibus exterius saturate, interius dilute, fuscis; rectricibus caudæ inferioribus, rectricibusque 12 dilute fuscis, fusco saturatiore transversim striatis. . . . L'OMBRETTE. (2)

Cum *Egretta* crassitie circiter convenit. Ipfius lon-

(1) *Scopus a Dula*, id est, *umbra*: ab umbræ colore; unde nomen.

(2) Hoc nomine gallico hanc Avem designavi, propter *umbræ* colorem quo ejus pennæ sunt tinctæ.

longitudo $1\frac{1}{2}$ pedem explet. Rostrum $3\frac{1}{2}$ pollices longum est; cauda $6\frac{1}{2}$ pollices; pars crurum plumis denudata $2\frac{1}{2}$ pollices; digitorum anticorum medius 2 pollices, extimus $1\frac{1}{2}$ pollicem, intimus 1 pollicem & $7\frac{1}{2}$ lineas; posticus 13 lineas. Trium digitorum anticorum medius cum duobus digitis lateralibus connectitur membrana ad primum articulum usque protensa. Extremitates alarum $3\frac{1}{2}$ pedum intervallo distant; alæ complicatæ caudam extremam attingunt. Rostrum, pars crurum plumis denudata, pedes, unguesque nigricant. Mandibula superior pluribus partibus inter se coadunatis conflata videtur. Habitat in *Senegalensi* regione.

S E C T I O IX.

Eæ quæ rostrum habent crassum & breve; ipsius mandibula superiore cochleariformi, in apice unguiculata.

Unico genere, *Cochlearii* scilicet, constituitur hæc sectio.

LXXXIII. Genus *Cochlearii*.

Hujus character est

Digiti quatuor, membranis destituti; tres scilicet antici, posticus unus:

Crura in parte inferiore plumis denudata:

Rostrum crassum, breve:

Mandibula superior cochleariformis, in apice unguiculata.

** I. COCHLEARII.

Cochlearius superne cinereo—albus, inferne fuscus; capite superiore nigro; syncipite, genis & collo inferiore albis; dorso supremo saturate cinereo; remigibus & 12 retractoribus cinereo-albis. . . . LA CUILIERE.

Onocrotalus Americanus, cinereus, non maculosus. *Barr.*
Nu.

Numenio paululum crassitie cedit. Ipsi longitudo $1\frac{5}{7}$ pedem & 6 lineas æquat. Rostrum, quod sesquipollicis latitudinem obtinet, $2\frac{3}{4}$ pollices longum est; cauda $2\frac{1}{2}$ pollices; pars crurum plumis denudata $1\frac{1}{2}$ pollicem; digitorum anticorum medius $2\frac{1}{2}$ pollices, extimus $2\frac{1}{2}$ pollices, intimus 2 pollices; posticus 15 lineas. Trium digitorum anticorum medius ad extimum digitum adnectitur membrana ad primum articulum usque producta. Extremitatum alarum distantia est $2\frac{1}{2}$ pedum; alæ complicatæ ad unius pollicis distantiam ultra caudam extremam protenduntur. Mandibula superior saturate cinerea, attamen ad margines candicans; inferior penitus albida, & subtus membrana concolore, valde inflabili, instructa. Pars crurum plumis denudata, pedesque viridi—flavicantes; ungues vero grisei. Habitat in *Guiana*.

A. COCHLEARIIUS NÆVIUS.

LA CUILIERE TACHETÉE.

Onocrotalus Americanus, cinereus, maculatus. *Barr.*

Magnitudine & crassitie cum præcedente convenit. Ab illo tantum discrepat maculis fuscis quibus variegatus est. In *Guiana* similiter habitat.

2. COCHLEARIIUS FUSCUS.

Cochlearius fuscus; capite nigro; ventre candicante variegato; remigibus & 12 rectricibus fuscis.

... LA CUILIERE BRUNE.

Cancrofagus major, rostro cochlearis instar excavato, ingluvie magna extuberante. *Barr.* *Tamatia Brasiliensis* dicta. *Marcgr. Fonst.* *Gallinula aquatica*, *Tamatia Brasiliensis* dicta *Marcgravi.* *Willugh. Raj.*

Præcedentem crassitie circiter æmulatur. Rostrum, quod 15 circiter linearum latitudinem obtinet, 2 pollices & amplius longum est. Caudam habet valde brevem. Oculi sunt nigri. Mandibula superior similiter ni-

gra; inferior flavicans, & præcedentis instar, membrana maxime inflabili subtus instructa. Pars crurum plumis denudata, pedesque viridi—flavicantes; unguis vero nigricantes. Trium digitorum anticorum medius cum extimo connectitur membrana ad primum articulum producta. Habitat in *Guiana & Brasilia*.

S E C T I O X.

Eæ quæ rostrum habent breve, rectum, in apice conicum.

In hac sectione unicum quoque continetur genus, scilicet *Balearicæ*.

Omnes hujus sectionis Alites in capite ornantur corolla plumis, Graminis radicum æmulis, conflata.

LXXXIV. Genus *Balearicæ*.

Hujus character est

Digiti quatuor, membranis destituti; tres scilicet antici, posticus unus:

Crura in parte inferiore plumis denudata:

Rostrum breve, rectum, in apice conicum:

Caput ornatum corolla plumis, Graminis radicum æmulis, conflata.

† ** I. B A L E A R I C A.

Balearica cinereo—cœrulescens (*mas*) nigricans, ad viride vergens (*fœmina*); vertice splendide nigro; capite ad latera nudo, candido, rubro adumbrato; tectricibus alarum albis; remigibus minoribus castaneis, majoribus, rectricibusque 12 nigricantibus. . . . L'OISEAU—ROYAL.

Grus Balearica. *Fonst. Charlet. hujus icon satis accurata (rostro excepto). Friesch. hujus icon accurata.* *Grus Balearica* Plinii *Alároç. Willughb. hujus icon satis accurata. Raj. Sloane.* *Grus Balearica vel Japonica. Mus. Best.* *Grus Balearia. Klein.* *Grus Capensis fusca, capite aureo galeato. Petiv.* *Ciconia. Moebr.* *Ardea pavonina. Linn.* *Struthio ex China, Vischer. Klein.*

Klein. Pavo ex cinereo fuscus, pappo deaurato coronatus. Pavo nigricans, brevicaudus, pappo rariori coronatus. *Barr.* (*fœmina*). Pavo sine cauda Chionensis. *Fonst.* *bujus icon satis accurata (exceptis capite & corolla).* *Charlet.* Pavo marinus. *Clus.* Oiseau-royal. *Hist. de l'Acad.* avec une assez bonne figure. Grue panachée de l'Afrique. *Edwards,* avec des figures assez exactes du mâle & de la femelle. *Paon.* *Kolbe.* Anglice, CROWNED AFRICAN CRANE.

Cum *Ardea cristata* crassitie circiter convenit. Ipsi-
 us longitudo $2\frac{1}{2}$ pedes æquat. Rostrum $2\frac{1}{2}$ polli-
 ces longum est; cauda 5 pollices; pars crurum plu-
 mis denudata $4\frac{1}{2}$ pollices; digitorum anticorum me-
 dius $3\frac{1}{2}$ pollices, extimus $2\frac{1}{2}$ pollices, intimus $2\frac{1}{2}$
 pollices; posticus unum pollicem. Extremitates
 alarum $5\frac{1}{2}$ pedum intervallo distant; alæ complicatæ
 ad tres circiter quartas longitudinis caudæ partes
 extenduntur. Sub gutture quædam extat membra-
 na carnosa, rugosa, eleganti rubedine tinctæ: quæ
 in quibusdam individuis satis amplam obtinet cras-
 sitiem, dum est in aliis valde exigua. Ab occipi-
 tio amplus oritur fasciculus pennarum, Graminis
 radices satis bene referentium: quæ pennæ quatuor
 pollicum longitudinem obtinent, elegantemque cris-
 tam efformant. Ex istis autem pennis quælibet sca-
 po constat rufescente, valde plano, spiræ in modum
 intorto, & quibusdam pinnulis rarissimis, versus
 pennæ exortum candidis, in reliqua longitudine ni-
 gris, obsito. Pennæ collum obtegentes, istæ præ-
 fertim quibus obsita est colli inferioris pars infima,
 sunt longissimæ, stricissimæ, in acumen desinentes
 & pectori incumbentes. Oculorum irides eleganter
 cinereo—albæ. Rostrum griseo—fuscum. Pars cru-
 rum plumis denudata, pedesque cinereo—nigrican-
 tes; ungues vero penitus nigricant. Habitat in
Africa & Balearibus Insulis.

S E C T I O X I.

Eæ quæ rostrum habent conico—incurvum.

Hæc sectio binis conflatur generibus Avium, alis a se invicem discrepantium. Aliæ enim alis donantur inermibus, ut *Cariama*: aliæ alis corniculis sive calcaribus binis in parte anteriore armatis præditæ sunt, ut *Anhima*.

Hujus posterioris generis Aves corniculum cylindraceum antrorsum arcuatum in fronte gerunt.

LXXXV. Genus *Cariamæ*. (1).

Hujus character est

Digiti quatuor, membranis destituti; tres scilicet antici, posticus unus:

Crura in parte inferiore plumis denudata:

Rostrum conico—incurvum:

Alæ inermes.

I. C A R I A M A.

Cariama cristata, grisea, fusco & rufescente varia; crista, immediate supra rostri exortum in syncipite posita, nigra, cinereo variegata; remigibus majoribus, rectricibusque fuscis, griseo & rufescente variegatis. . . . LE CARIAMA.

Cariama. Pison. Marcgr. Jonst. Willughb. Raj.

Ardeam magnitudine circiter adæquat. Rostrum habet breve: crura & pedes, sicut & digitos, longissimos; attamen excipiendus est posticus digitus, qui brevis est, & altius quam in *Ardeis* collocatus; ita ut, ambulando, tribus tantum digitis anterioribus incedat. Crura sunt per mediam ipsarum longitudinem plumis denudata. Trium digitorum anti-

(1) *Cariama*, nomen hujus generis speciei a *Brafilienfibus* inditum.

ticorum medius duobus digitis lateralibus coadunatur membrana ad primum circiter articulum producta. Alæ complicatæ ultra caudæ exortum non multum protenduntur. Oculorum pupilla nigra: ipforum irides aureo colore imbutæ. Rostrum ex flavicante fufcescit. Pars crurum plumis denudata, pedesque sunt obscure flavi; ungues vero fusci. Habitat in *Brasilia*.

LXXXVI. Genus *Anhima* (1).

Hujus character est

Digiti quatuor, membranis destituti; tres scilicet antici, posticus unus:

Crura in parte inferiore plumis denudata:

Rostrum conico—incurvum:

Corniculum cylindraceum antrorsum arcuatum in fronte:

Alæ corniculis sive calcaribus binis in parte anteriore armatæ.

** I. A N H I M A.

Anhima nigricans, albo variegata; vertice ex albo & nigro vario; collo infimo & pectore cinereo, albo & nigro variegatis; ventre albo; alarum marginibus albo-rufescente variis; remigibus, retricibusque 12 nigricantibus. . . . LE KAMI-CHY. (2)

Anhima Brasiliensibus. *Marcgr. hujus icon satis accurata (rostro excepto)*. *Fonst. Willugb. Raj. Pison.* Aquila Americana, nigra, aquatica, maxima, cornuta. *Barr. Avis quædam ex rapacibus. Fonst. Palamedæa. Moebr. Bambiaya. Joan. de Laët. Cahuitahu. Comdam.*

Cignum crassitie paululum antecellit. Ipsius longi-

(1) *Anhima*, nomen hujus generis speciei a *Brasiliensibus* inditum.

(2) Hoc nomine in *Guiana* hæc avis designatur.

gītudo 3¹ pedes & 6 lineas explet. Rostrum 2 $\frac{1}{4}$ pollices longum est; cauda 10 pollices; pars crurum plumis denudata 2 pollices; digitorum anticorum medius 4 $\frac{1}{2}$ pollices, extimus 3 $\frac{1}{2}$ pollices, intimus 3 $\frac{1}{7}$ pollices; posticus autem 1 $\frac{1}{8}$ pollicem. Extremitates alarum 5 $\frac{1}{2}$ pedum intervallo distant; alæ complicatæ ad mediam circiter caudæ longitudinem extenduntur. In utriusque alæ margine, bina extant cornicula sive calcaria, minimi digiti extremitatis crassitie æmula, quorum superius pollicis unius longitudinem æquat, inferius vero 9 tantum lineas longum est: quæ calcaria figuram pyramidalem triangularem, apice nonnihil obtuso donatam, circiter æmulantur; & griseo—fusco colore imbuuntur. Corniculū cylindraceum quod in fronte gerit, 2 $\frac{1}{4}$ pollices longum est, ipsiusque diameter 2 circiter lineas æquat: candicante imbuitur colore. Palpebræ, oculorumque pupilla nigræ: ipsorum irides aureo colore imbutæ. Rostrum nigrum. Pars crurum plumis denudata, pedesque fusci; ungues vero nigricantes. Semper mas & fœmina simul incedunt. E luto nidum construunt, illumque ad radices arborum super terram ædificant. Habitant in *Brasilia* & *Guiana*.

S E C T I O XII.

Ex quæ rostrum habent conicum, lateraliter compressum.

In hac sectione unicum continetur genus, scilicet *Porphyronis*.

Omnes hujus generis Aves calvitio in fronte donantur.

LXXXVII. Genus *Porphyronis*.

Hujus character est

Digiti quatuor, membranis destituti; tres scilicet antici, posticus unus:

Crura in parte inferiore plumis denudata:

Rostrum

Rostrum conicum, lateraliter compressum:
Calvitium in fronte.

† ** I. PORPHYRIO.

Porphyrio superne obscure viridis, inferne splendide violaceus; calvitio in fronte saturate rubro; capite & collo superioribus splendide violaceis; genis, gutture & collo inferiore cœruleo—violaceis; tectricibus caudæ inferioribus albis; remigibus subtus cinereo—nigricantibus, plerisque superne splendide violaceis, interius fusco—nigricantibus, quibusdam corpori vicinioribus, & 12 rectricibus, obscure viridibus. . . . LA POULE-SULTANE.

Porphyrio cœsius, pedibus & rostro sanguineis. *Barr.* Porphyrio. *Gesn.* *bujus icon satis accurata (exceptis pedibus).* *Aldrov.* *Clus.* *Willugb.* *Raj.* *Fonst.* *Charlet.* *Linn.* Rallus aquaticus, rostro, fronte, pedibus rubris; reliquo corpore cyaneo, sub cauda plumis albis. *Klein.* Quachilton. *Euf.* *Nieremb.* Quachilton, seu Avis siliquastrini capitis. *Fern.* *Fonst.* Quachilto, sive Porphyrio Americanus. *Willugb.* *Raj.* Porphyrio. *Bel.* Oiseau pourpré ou Porphyriion. *Alb.* Poule-Sultane. *Hist. de l'Acad. avec une figure assez exacte.* Poule-Sultane ou Bluet. *Edwards, avec une figure exacte.* Germanice, PURPUR-VOGEL.

Cum Gallina crassitie circiter convenit. Ipsius longitudo $1\frac{5}{7}$ pedem & 3 lineas æquat. Rostrum $1\frac{7}{7}$ pollicem longum est; cauda $3\frac{1}{2}$ pollices; pars crurum plumis denudata $1\frac{7}{7}$ pollicem; digitorum anticorum medius $4\frac{7}{7}$ pollices, extimus $3\frac{7}{7}$ pollices, intimus 3 pollices & $4\frac{1}{2}$ lineas; posticus $2\frac{1}{4}$ pollices. Omnes digiti sunt a se invicem ad exortum usque discreti. Extremitates alarum $2\frac{1}{2}$ pedum & 6 linearum intervallo distant; alæ complicatæ caudam extremam attingunt. Oculi sunt nigri: ipsorum irides fulvæ. Rostrum saturate rubrum. Pars crurum plumis denudata, pedes, unguesque rubri.

Ha-

Habitat in *India Orientali* & variis *Americæ* regionibus sub Zona torrida positus.

A. PORPHYRIO MELANOCEPHALOS.

LA POULE—SULTANE A TESTE NOIRE.

Poule ou Gallinula palustris. *Feuillée.*

Magnitudine & crassitie præcedentem æmulatur. Cum illo colore quoque convenit; & ab eo non discrepat nisi capite nigro. Habitat in *America*.

† ** 2. PORPHYRIO MINOR.

Porphyrio superne obscure viridis, inferne splendide violaceus; calvitio in fronte rubro; capite splendide violaceo; collo superiore viridi—cæruleo; rectricibus caudæ inferioribus albis; remigibus subtus cinereis, superne viridibus, cæruleo adumbratis, plerisque interius fuscis; 12 rectricibus obscure viridibus. . . . LA PETITE POULE-SULTANE.

Crassitie *Limosam* circiter æquat. Ipsius longitudo $11\frac{1}{2}$ pollices explet. Rostrum $13\frac{1}{2}$ lineas longum est; cauda $2\frac{1}{2}$ pollices; pars crurum plumis denudata 15 lineas; digitorum anticorum medius $2\frac{1}{4}$ pollices, extimus $2\frac{1}{4}$ pollices, intimus 25 lineas; posticus $1\frac{7}{8}$ pollicem. Omnes digiti sunt a se invicem ad exortum usque discreti. Extremitatum alarum distantia est $1\frac{7}{8}$ pedis; alæ complicatæ caudam extremam attingunt. Rostrum ab ipsius exortu ad duas circiter tertias longitudinis partes usque rubrum, inde ad apicem luteum. Pars crurum plumis denudata, pedes, unguesque rubri. Præcedentis instar, in *India Orientali* & *America* habitat.

** 3. PORPHYRIO VIRIDIS.

Porphyrio superne obscure viridis, inferne albus; calvitio in fronte viridi—flavicante; genis candidis;

dis; remigibus subtus cinereis, superne obscure viridibus, plerisque interius cinereo-fuscis; 12 rectricibus obscure viridibus. . . . LA POULE—SULTANE VERTE.

An Porphyrio olivarius, pedibus leucophæis? *Barr.*

Præcedenti paululum crassitie cedit. Ipsi-
 gitudino 11½ pollices æquat. Rostrum 1½ pollicem
 longum est; cauda 2½ pollices; pars crurum plu-
 mis denudata 15 lineas; digitorum anticorum me-
 dius 2½ pollices, extimus 2¾ pollices, intimus 2½
 pollices; posticus autem octodecim lineas. Omnes
 digiti sunt a se invicem ad exortum usque discreti.
 Extremitates alarum 1½ pedis intervallo distant; alæ
 complicatæ extremitatem caudæ pertingunt. Ros-
 trum ex viridi flavicat. Pars crurum plumis denu-
 data, pedesque griseo-flavescentes; unguis vero
 grisei. Habitat in *India Orientali*.

4. PORPHYRIO FUSCUS.

Porphyrio superne fuscus, inferne albus; calvitio
 in fronte viridi-flavicante; genis candidis; re-
 migibus & 12 rectricibus fuscis. . . . LA POULE-
 SULTANE BRUNE.

Gallinulæ aquaticæ secundum genus, quod Glutt nomi-
 nant, quasi Glottidem. *Gesn. Aldrov.* Gallinula
 Chloropus tertia. *Fonst.* Porphyrio olivarius, pedi-
 bus & rostro viridibus. *Barr.* *Germanice, GLUTT.*

Magnitudine & crassitie præcedentem circiter æ-
 quat. Rostrum nigrum. Pars crurum plumis de-
 nudata, pedesque viridi-flavicantes; unguis vero
 grisei. Omnes digiti sunt a se invicem ad exortum
 usque directi. Habitat in *Germania*, ibique lacuum
 & piscinarum ripas frequentat.

5. PORPHYRIO RUFESCENS.

Porphyrio superne fuscus, marginibus pennarum ru-
 fescens, inferne rufescens; calvitio in fron-
 Tom. II. Z te

te viridi—flavicante; remigibus & 12 rectricibus fuscis, exterius & in apice rufescente marginatis. . . . LA POULE—SULTANE ROUSSATRE.

Gallinula terrestris. *Aldrov. Jonst. Willugh.* Gallinula terrestris, quæ vulgo Germanis Hegeſchara dicitur. Trochilus terrestris, vel Rallus terrenus. *Gesn. Germanice, HEGGESCHAER.*

Præcedentes magnitudine & crassitie circiter æmulatur. Rostrum, pars crurum plumis denudata, pedesque ex viridi flavicant; unguës vero sunt grisei. Digiiti omnes, qui quidem longissimi, sunt a se invicem ad exortum usque discreti. Habitat in *Germania.*

6. PORPHYRIO RUFUS.

Porphyrio superne rufus, maculis nigricantibus varius, inferne albus; calvitio in fronte pallide flavo; palpebris croceis; pennis basim rostri ambientibus, & genis candidis; remigibus nigris; 12 rectricibus rufis, nigricante maculatis. . . . LA POULE—SULTANE ROUSSE.

Gallinulæ aquaticæ quartum genus, Schmirring dictum, nobis Ochropus magnus. *Gesn.* Gallinula Ochropus major. *Aldrov. Jonst. Willugh. Raj.* Gallinula aquatica quarta Gesneri; Ochropus magnus ejusdem; Glareola tertia Schwenckfeldii. *Rzac.* Glareola tertia. *Schwenck. Klein.* Germanice, WASSER-HUN.

Præcedenti multum crassitie cedit. Rostrum ab ipsius exortu versus duas tertias longitudinis partes usque pallide luteum, in reliqua longitudine nigrum. Pars crurum plumis denudata, pedesque pallide lutei; unguës vero nigricantes. Digiiti omnes sunt a se invicem ad exortum usque discreti. Habitat in *Germania.*

7. PORPHYRIO PUNCTULATUS.

Porphyrio superne fusco—rufescens, maculis partim nigris partim candidis aspersus, inferne fuscus, cal-

calvitio in fronte obscure flavo; pennis basim rostri ambientibus, genis, gutture & collo inferiore albis; remigibus majoribus nigris, minoribus nigricantibus; 12 rectricibus, binis intermediis nigris, albo terminatis, lateralibus fuscis. . . .
 LA POULE—SULTANE MOUCHETÉE.

Glareola nona. *Schwenck. Klein.* Erythra, quam Germani Mattkern dicunt. *Aldrov.* Gallinula aquaticæ nonum genus quod Erythram nuncupo: vulgus Mattkern. *Gesn.* Gallinula Erythra. *Jonst. Raj.* Gallinula novalis minor. *Rzac.* Matkneztzell Leonardi Baltneri. *Willugh.* Cenchramus nonnullis. *Schwenck. Germanice, REIN-VOGEL.*

Cum *Rallo Genistarum* crassitie circiter convenit. Ipsi longitudo 11 pollices æquat. Pars crurum plumis denudata, pedesque, simul commensurati, 7 pollicum longitudinem obtinent. Digni, qui longiusculi, sunt a se invicem ad exortum usque discreti. Rostrum obscure flavum. Pars crurum plumis denudata, pedes, unguesque grisei. Habitat in *Germania*, ibique paludes frequentat.

8. PORPHYRIO NÆVIUS.

Porphyrio superne pennis in medio nigris, ad margines fordide rufis, albo fimbriatis, vestitus, inferne rufescens, lateribus fusco & albo transversim striatis; calvitio in fronte croceo; tænia utrinque supra oculos cinereo—alba; gutture cinereo—cærulefcente; collo inferiore & pectore maculis nigris aspersis; marginibus alarum candidis; remigibus & 12 rectricibus fusco—nigricantibus, rufo adumbratis; harum binis intermediis albo utrinque fimbriatis. . . . LA POULE—SULTANE TACHETÉE.

Poliopus. *Gesn. Aldrov.* Poliopus Gallinula minor. *Raj.* Grinetta, Mediolani Gillerdine, Poliopus Gallinula minor. *Willugh.* Petite Poule d'eau. *Alb. Germanice, DEFFYT. Anglice, SMALL WATER-HEN.*

Rallo aquatico nonnihil crassitie cedit. Ipsius longitudo $9\frac{1}{2}$ pollices æquat. Rostrum 10 circiter lineas longum est; cauda $1\frac{1}{2}$ pollicem; pars crurum plumis denudata 5 lineas; digitorum anticorum medius $1\frac{1}{2}$ pollicem: laterales paulo sunt breviores; posticus autem reliquis omnibus longitudine cedit. Omnes digiti sunt a se invicem ad exortum usque discreti. Extremitates alarum 15 pollicum intervallo distant; alæ complicatæ ad duas circiter tertias longitudinis caudæ partes extenduntur. Oculi exigui: ipsorum irides viridi-flavicantes. Rostrum quoque viridi-flavicans, obscurius tamen in exortu & apice mandibulæ superioris. Pars crurum plumis denudata, pedes, unguesque sordide virides. Juxta fluviorum & piscinarum ripas versatur, & paludes frequentat.

9. PORPHYRIO FRETI HUDSONIS.

Porphyrio superne fuscus, pennis in medio obscurioribus, inferne albo-rufescens, lateribus nigro transversim striatis; calvitio in fronte luteo; pennis basim rostri ambientibus, & gutture nigris; genis, collo inferiore & pectore cinereo-cærulescentibus; marginibus alarum candidis; remigibus & 12 rectricibus saturate fuscis, exterius fusco dilutiore marginatis. . . . LA POULE-SULTANE DE LA BAYE DE HUDSON.

Rallus Carolinus. Linn. Petite Foulque d'eau de l'Amérique. Edwards, avec une figure exacte. Anglica, LITTLE AMERICAN WATER HEN.

Præcedentem crassitie circiter æmulatur. Ipsius longitudo 8 circiter pollices explet. Rostrum 11 lineas longum est; cauda sesquipollicem; pars crurum plumis denudata $6\frac{1}{2}$ lineas; pes $1\frac{1}{2}$ pollicem; trium digitorum anticorum medius eandem obtinet longitudinem; extimus 14 lineas longus, intimus 13 lineas; posticus $7\frac{1}{2}$ lineas. Digiti omnes sunt a se invicem ad exortum usque discreti. Alæ compli-

plicatæ ad tres circiter quartas longitudinis caudæ partes usque protenduntur. Rostrum luteum. Pars crurum plumis denudata, pedes, unguesque viridescentes. Habitat in *Freto Hudsonis*.

10. PORPHYRIO MADERASPATANUS.

Porphyrio superne cinereus, inferne albus; calvitio in fronte & genis candidis; collo inferiore & pectore maculis lunulatis nigris aspersis; remigibus cinereis, exterius nigro fimbriatis; 12 rectricibus cinereis. . . . LA POULE—SULTANE DE MADRAST.

Crex Indica ex albo cinerea, nigroque mixta. *Raj.*
Anglice, MADERAS RAIL-HEN.

Magnitudine *Anatem* circiter æquat. Caudam habet brevissimam; rostrum & digitos longiusculos. Digni autem sunt a se invicem ad exortum usque discreti. Cujus coloris sint rostrum, pedesque, penitus me latet. Circa *Maderaspatanum* habitat.

O R D O XVIII.

AVES digitis quatuor, tribus anticis, uno postico, per totam longitudinem auctis membranis fissis, præditæ.

Hujus Ordinis Avium quædam digitis donantur membranis simplicibus auctis; aliæ digitis membranis emarginatis auctis præditæ sunt. In duas sectiones illas dividimus: prima continet eas quarum digiti membranis simplicibus obsiti sunt ut *Gallinula*: secunda illas quarum digiti membranis emarginatis præditi sunt, ut *Phalaropus*, *Fulica*.

S E C T I O I.

Eæ quarum digiti membranis simplicibus obsiti sunt.

In hac sectione unicum continetur genus, scilicet *Gallinulæ*.

Omnes hujus generis Alites rostro donantur recto, acuto.

LXXXVIII. Genus Gallinule.

Hujus character est

Digiti quatuor, tres antici, posticus unus, per totam longitudinem membranis fissis, simplicibus, aucti.

Rostrum rectum, acutum.

Omnium hujus generis Avium corpus est latera-liter compressum, & crura in parte inferiore plumis denudantur. Ipsarum sinciput plumis est similiter denudatum, & solummodo crassissima membrana obductum.

† ** I. GALLINULA.

Gallinula superne fusco-olivacea, inferne saturate cinerea, marginibus pennarum albis; membrana in sincipite saturate rubra; capite, collo & pectore nigricantibus; marginibus alarum candidis; remigibus superne splendide fuscis, priore candido marginata; 12 rectricibus saturate fuscis; cruribus tænia rubra circumdatis. . . LA POULE D'EAU.

Gallinula Chloropus nostra major. *Aldrov. Charlet. Jonst. Willughb. Raj. Sibbald. Sloane. Rzac.* Chloropus. *Linn* Fulica major pulla, fronte cera coccinea, oblongo-quadrata glabra obducta, membrana digitorum angustissima. *Browne.* Fulica minor fronte rubra. *Frisch. hujus figura satis accurata.* Rallus aquaticus noster. *Sibbald.* Poule d'eau ou Fulica Chloropus. *Feuillée.* Grande Poule d'eau ou de marais. Poule de Marais. *Alb. Germanice, ROHTBLASCHEN. Anglice, COMMON WATER-HEN.*

Cum Gallina minore crassitie circiter convenit. Ipsius longitudo $12\frac{1}{4}$ pollices æquat. Rostrum $14\frac{1}{2}$ lineas longum est; cauda $2\frac{1}{2}$ pollices; pars crurum plumis denudata $7\frac{1}{2}$ lineas; digitorum anticorum

medius $2\frac{1}{2}$ pollices, extimus $2\frac{1}{3}$ pollices, intimus 2 pollices & fesquilineam; posticus 13 lines. Membranæ quibus digiti obfiti sunt, non multum ultra lineæ unius latitudinem utrinque obtinent. Extremitates alarum $1\frac{7}{8}$ pedis intervallo distant; alæ complicatæ ad duas circiter tertias longitudinis caudæ partes extenduntur. Oculorum irides rubræ. Rostrum saturate rubrum, in extremitate tamen viridi-olivaceum, ad flavum inclinans. Crura, eo in loco in quo pennis primum denudantur, exigua circumdantur tænia rubra, duarum circiter linearum latitudinem obtinente. Crurum reliqua pars plumis denudata, pedes & digiti, sicut & ipsorum membranæ, viridescunt; unguis vero ex viridescente fuscescunt.

Femina paululum *mari* crassitie cedit. Ab illo quoque discrepat coloribus in toto corpore dilutioribus, pennis ventris margine alba magis conspicua præditis, & gutture candido.

Flumina & stagna frequentant. In fruticibus juxta ipsorum ripas provenientibus nidificant. Ova ponunt ex albo viridescencia, maculis rubro-fuscis varia.

** 2. GALLINULA MINOR.

Gallinula superne fusco-olivacea, inferne cinerea, marginibus pennarum albis; membrana in syncipite flavo-olivacea; collo inferiore saturate cinereo, ad olivaceum vergente; marginibus alarum candidis; remigibus fusco-nigricantibus, priore exterius candido marginata; rectricibus decem intermediis fusco-olivaceis, utrinque extrema candida. . . LA PETITE POULE-D'EAU.

Gallinula alia Chloropus Fulicæ similis Bellonii. *Aldrov.*
Willugh. Gallinula Chloropus alia. *Fonst.* Rallus
 Italarum. *Gesn.* *Aldrov.* *Fonst.* *Charlet.* *Willugh.* *Raj.*
 Poulette d'eau ou bien Rasle grand. *Bel.* *Germani-*
ce, WELSCH; WASSER HOUN.

Præcedenti nonnihil crassitie cedit. Ipsi longitudo unum pedem explet. Rostrum unum pollicem longum est; cauda $2\frac{1}{2}$ pollices; pars crurum plumis denudata 7 lineas; digitorum anticorum medius $2\frac{1}{2}$ pollices, extimus $2\frac{1}{2}$ pollices, intimus 2 pollices; posticus $11\frac{1}{2}$ lineas. Membranæ quibus digiti obfiti sunt, non multum ultra lineæ unius latitudinem utrinque obtinent. Extremitatum alarum distantia est $1\frac{7}{8}$ pedis; alæ complicatæ ad duas circiter tertias longitudinis caudæ partes extenduntur. Oculorum irides rubræ: palpebræ candidæ. Synciput plumis denudatur, & crassissima obducitur membrana flavo-olivacea. Rostrum, pars crurum plumis denudata, pedes & digiti, sicut & ipsorum membranæ, viridi-olivacei; ungues concolores quidem, sed nonnihil fuscescentes. Flumina & piscinas frequentat.

3. GALLINULA MAJOR.

Gallinula superne castanea, inferne obscure cinerea, marginibus pennarum albis; membrana in syncipite flavicante; capite & collo nigricantibus; imo ventre albo; remigibus & rectricibus decem intermediis castaneis, harum utrinque extrema candida. . . LA GRANDE POULE-D'EAU.

Gallinula Chloropos altera. *Aldrov. Jonst. Willughb. Raj. Klein. Rzsc.*

Præcedentes crassitie multum antecellit. Ipsi longitudo 18 fere pollices explet. Rostrum 2 pollices longum est. Mandibula superior in exortu flavicans, in reliqua longitudine nigra; mandibula inferior per totam longitudinem flavicat. Pars crurum plumis denudata, pedes & digiti, sicut & ipsorum membranæ, virides; ungues vero fusco-viridescentes.

Fœmina a mare discrepat coloribus in toto corpore dilutionibus.

Habitant in Italia circa Bononiam.

S E C T I O I I.

Eæ quarum digiti membranis emarginatis obsiti sunt.

Duo in hac sectione continentur genera Avium, forma rostri a se invicem discrepantium. Aliæ enim rostro donantur gracili, recto; in istis autem mandibula superior versus apicem deorsum inflexa est, ut *Phalaropus*: aliæ rostrum habent conicum, lateraliter compressum, ut *Fulica*.

LXXXIX. Genus *Phalaropi* (1).

Hujus character est

Digiti quatuor, tres antici, posticus unus, per totam longitudinem membranis fissis, emarginatis aucti:

Rostrum gracile, rectum; mandibula superior versus apicem deorsum inflexa.

Omnium hujus generis Avium crura in parte inferiore plumis denudantur. In quibusdam speciebus mandibula superior est minime ad apicem inflexa.

I. P H A L A R O P U S.

Phalaropus superne cinereo-cærulescens, pennis in medio nigricantibus, inferne albus; vertice nigricante; tænia in alis transversa candida; remigibus plerisque nigricantibus albo terminatis aut fimbriatis, minorum primis prorsus candidis; 12 rectricibus nigricantibus, dilute cinereo fimbriatis. . . . LE PHALAROPE.

Tringa gris de fer, au pied de Poule-d'eau, espèce de Bécassine. *Edwards*, avec une figure exacte. Snipe or Tringa. *Philos. Transf. hujus icon satis accurata. Anglice*, GREY COOT-FOOTED TRINGA.

Rallo

(1) *Phalaropus*, nomen Avibus hujus generis a me inditum ob similitudinem ipsorum pedum cum pedibus *Fulicæ*, græce *Φαλαρίς* vocatæ.

Rallo aquatico paululum crassitie cedit. Ipsi-
 gitudo 8 circiter pollices æquat. Rostrum $10\frac{1}{2}$ li-
 neas longum est; cauda $1\frac{1}{2}$ pollicem; pars crurum
 plumis denudata 5 lineas; digitorum anticorum me-
 dius $11\frac{1}{2}$ lineas, extimus 9 lineas, intimus 8 lineas;
 posticus $2\frac{1}{2}$ lineas tantum. Membranæ digiti inte-
 rioris in duos dividuntur lobos; digiti medii in tres;
 & digiti exterioris in quatuor. Inter lobos istos,
 majores lineam unicam latitudine non excedunt.
 Omnes sunt in marginibus exquisite denticulati. Alæ
 complicatæ extremitatem caudæ pertingunt. Ros-
 trum, quod quidem nonnihil horizontaliter planum,
 nigrum est. Pars crurum plumis denudata, pedes,
 digiti, sicut & ipsorum membranæ, unguesque ci-
 nerei. In *Anglia*, idque in *Eboracensi* Provincia,
 maris littora frequentat.

2. PHALAROPUS CINEREUS.

Phalaropus superne cinereus, inferne albus; tænia
 per oculos nigricante; fascia longitudinali in u-
 troque colli latere rufa; colli inferioris parte in-
 fima cinerea; uropygio albo & nigricante trans-
 versim striato; tænia in alis transversa candida;
 remigibus plerisque nigricantibus, minorum pri-
 moribus albo terminatis, corpori vicinioribus ob-
 scure fuscis; 12 rectricibus nigricantibus. . . LE
 PHALAROPE CENDRÉ.

Larus fidipes alter nostras, D. Johnson. *Willughb. Raj.*
Tringa lobata. Linn. Tringa mâle aux pattes de
 la Foulque d'eau. *Edwards*, avec une figure exacte.
Anglice, COCK COOT-FOOTED TRINGA.

Cum præcedente crassitie circiter convenit. Ip-
 sius longitudo 8 circiter pollices explet. Rostrum
 13 lineas longum est; cauda $1\frac{1}{2}$ pollicem circiter;
 pars crurum plumis denudata 7 lineas; digitorum
 anticorum medius unum pollicem, extimus 10 li-
 neas, intimus 8 lineas; posticus $2\frac{1}{2}$ lineas. Mem-
 branæ digiti interioris in duos dividuntur lobos; di-
 gitus

giti medii in tres; & digiti exterioris in quatuor. Inter lobos istos, majores lineam unam latitudine non multum excedunt. Alæ complicatæ caudam extremam attingunt. Pars crurum plumis denudata, pedes, digiti, sicut & ipforum membranæ, unguisque plumbeo colore tincti. Habitat in *Freto Hudsonis*.

3. PHALAROPUS FUSCUS.

Phalaropus superne obscure fuscus, marginibus penarum dilutioribus, inferne albus; capite superiore nigro; collo cinereo; tænia in alis transversa candida; remigibus plerisque nigricantibus, exterius albo fimbriatis, aut terminatis, corpori vicinioribus & 12 rectricibus obscure fuscis, fusco dilutiore fimbriatis. . . . LE PHALAROPE BRUN.

Fulica fusca rostro tenui. *Klein.* Tringa lobata. *Linn.* Tringa au pié-de-Foulque. *Edwards, avec une figure exacte.* *Anglice, COOT-FOOTED TRINGA.*

Præcedenti paululum crassitie cedit. Ipsi longitudo $7\frac{1}{2}$ pollices circiter æquat. Rostrum $11\frac{1}{2}$ lineas longum est; cauda 16 lineas; pars crurum plumis denudata $6\frac{1}{2}$ lineas; digitorum anticorum medius 9 lineas, extimus 8 lineas, intimus 7 lineas; posticus 2 lineas. Membranæ digiti interioris in duos dividuntur lobos; digiti medii in tres; & digiti exterioris in quatuor. Inter lobos istos, majores lineam unam latitudine non multum superant. Alæ complicatæ extremitatem caudæ pertingunt. Rostrum nigrum. Pars crurum plumis denudata, pedes & digiti, sicut & ipforum membranæ, plumbeo colore tincti; ungues vero nigri. Habitat in *America Septentrionali*.

4. PHALAROPUS RUFESCENS.

Phalaropus superne rufescens, pennis in medio nigricantibus, inferne rubricæ fabrilis colore tinctus;

tus; tænia supra oculos dilute rufescente; uropygio albo, nigricante maculato; tænia in alis transversa candida; remigibus nigris, minoribus albo exterius marginatis, corpori vicinioribus & 12 rectricibus in medio nigricantibus, ad margines rufescentibus. . . . LE PHALAROPE ROUSSATRE.

Fulicaria. *Linn.* Tringa rouge aux pattes de la Foulque d'eau. *Edwards*, avec une figure exacte. *Anglice*, RED COOT-FOOTED TRINGA.

Crassitie præcedentem paululum antecellit. Ipsius longitudo 8 circiter pollices explet. Rostrum $12\frac{1}{2}$ lineas longum est; cauda $17\frac{1}{2}$ pollicem; pars crurum plumis denudata 6 lineas; digitorum anticorum medius 11 lineas, extimus 8 lineas, intimus $7\frac{1}{2}$ lineas; posticus 2 lineas. Membranæ digiti interioris in duos dividuntur lobos; digiti medii in tres; & digiti exterioris in quatuor. Inter lobos istos, majores sesquilineam latitudine non excedunt. Alæ complicatæ ad caudæ extremitatem protenduntur. Rostrum, quod quidem nonnihil horizontaliter planum, aurantium, attamen in extremitate nigrum. Pars crurum plumis denudata, pedes, digiti, sicut & ipsorum membranæ, unguesque fusco-virescentes. Habitat in *Freto Hudsonis*.

X C. Genus *Fulicæ*.

Hujus character est

Digiti quatuor, tres antici, posticus unus, per totam longitudinem membranis fissis, emarginatis aucti:

Rostrum conicum, lateraliter compressum.

Omniū hujus generis Avium frons plumis est denudata, & crassissima membrana obducta. Ipsarum crura in parte inferiore plumis quoque denudantur.

† ** I. FULICA.

Fulica cinerea, superne saturatius, inferne dilutius; capite & collo nigricantibus; marginibus alarum candidis; fronte nuda, coccinea; cruribus tænia flavicante circumdatis; remigibus superne cinereo-fuscis, priore candido exterius marginata, minoribus in apice albis, corpori vicinioribus saturate cinereis; 12 rectricibus saturate cinereis, versus apicem cinereo-nigricantibus. . . . LA FOULQUE OU MORELLE.

Fulica atra. Linn. *Fulica nigricans*, sincipite glabro. Barr. *Fulica major* pulla, fronte cera alba superne acuminata glabra obducta, membrana digitorum latiori, lacera. Browne. *Fulica*. Gesn. Aldrov. Schwenck. Jonst. Willughb. Raj. Charlet. Sibbald. Prosp. Alp. Marfil. Moebr. Klein. Acta Upsal. *Fulica*, *Fulix* Latinis. Mus. Worm *Fulica*, sive *Fulix*; *Phalaris Varroni*; *Mergus niger* Alberto magno. Rzac. *Phalaris*. Gesn. Aldrov. Jonst. *Phalaris Kiranidæ*. Gesn. *Mergi* genus. Schwenck. *Pullus aquæ* Alberto. Gesn. *Poule d'eau*, *Foulque*, *Foucque*, *Foulcre*, *Jodelle*, *Jouarde*, *Belleque*. Bel. *Foulque chauve*, ou *Poule d'eau*. Alb. Germanice, WASSER HUN. Belgice, MEER-COOT. Anglice, COOT.

Craffitie Gallinam mediocrem circiter æmulatur. *Ipsius* longitudo 14 pollices explet. *Rostrum* 16 lineas longum est; *cauda* 2 pollices; *pars crurum plumis denudata* 9 lineas; *digitorum anticorum medius* 3 $\frac{1}{4}$ pollices, *extimus* 2 $\frac{1}{4}$ pollices, *intimus* 2 $\frac{1}{4}$ pollices; *posticus* 13 $\frac{1}{2}$ lineas. *Membranæ digiti interioris* in duos dividuntur lobos; *medii* in tres; & *digiti exterioris* in quatuor. *Lobus autem* quilibet maximus est; *quidam enim* quinque linearum latitudinem obtinent. *Extremitates alarum* 2 pedum intervallo distant; *alæ complicatæ tertiam* circiter longitudinis *caudæ partem* attingunt. *Crurum reliqua pars plumis denudata*, *pedes*, *digiti*, sicut & *ipforum membranæ*, unguesque fusco-olivacei.

Flu-

Flumina, piscinas & paludes frequentat. Ipsius nidus, qui quidem Graminis, Arundinum, &c. foliis conflatur, in summis aquis fluitat, ut una cum aqua attollatur vel subsidat; eumque Arundines sistunt, ne cum flumine devehatur.

† ** 2. FULICA MAJOR.

Fulica cinerea, superne saturatius, nonnihil ad olivaceum inclinans, inferne dilutius; capite & collo nigricantibus; marginibus alarum candidis; fronte nuda, candida; cruribus tænia rubra circumdatis; remigibus majoribus cinereo-fuscescentibus, minoribus plerisque dilutius cinereis, albo in apice fimbriatis; 12 rectricibus cinereo-nigricantibus. . . . LA GRANDE FOULQUE OU LA MACROULE.

Fulica crasso corpore, aterrima. *Barr.* Fulica aterrima. *Linn.* Fulica major Bellonii. *Willughb. Raj. Klein.* Fulica fronte alba. *Frisch. bujus icon satis accurata.* Fulica major Bellonii, Gallis Macroule, seu Diable de Mer. *Rzac.* Fulica quam Parisienses *Diabolum marinum* vocant. *Fonst. Aldrov.* Cotta major, sive calva. *Charlet.* Autre Espèce de Poule d'eau, autrement nommée Macroule ou Diable de Mer. *Bel.* Macreuse de la rivière de la Plata. *Feuillee.* *Anglice,* GREATER COOT.

Crassitie præcedentem paululum antecellit. Ipsius longitudo $14\frac{1}{2}$ pollices æquat. Rostrum 16 lineas longum est; cauda $1\frac{1}{2}$ pollicem; pars crurum plumis denudata $9\frac{1}{2}$ lineas; digitorum anticorum medius $3\frac{1}{2}$ pollices, extimus $2\frac{1}{4}$ pollices, intimus $2\frac{7}{8}$ pollices; posticus 13 lineas. Membranzæ digiti interioris in duos dividuntur lobos; digiti medii in tres; & digiti exterioris in quatuor. Lobus autem quilibet maximus est; quidam enim $5\frac{1}{2}$ linearum latitudinem obtinent. Extremitatum alarum distantia est $24\frac{1}{2}$ pollicum; alæ complicatæ mediam circiter caudæ longitudinem attingunt. Cauda in apice obtusa.
Rostrum

Rostrum flavo-olivaceum, attamen in extremitate candidum. Crurum pars plumis denudata, pedes, digiti, sicut & ipsorum membranæ, unguesque fusco-olivacei. Flumina, stagna & paludes frequentat.

3. FULICA MEXICANA.

Fulica superne pallide virescens, cyaneæ & fulvo variegata, inferne purpurea; capite & collo concoloribus; fronte nuda, coccinea; remigibus & 12 rectricibus pallide virescentibus. . . . LA FOULQUE DU MEXIQUE.

Fulicæ Mexicanæ altera species, Yohoalcoachillin dicta. Raj. Yohoalcoachillin. Fern.

Magnitudine & crassitie præcedentem circiter æmulatur, & cum illa forma convenit. Rostrum rubrum, excepto apice luteo. Habitat in Mexico.

O R D O X I X.

AVES digitis quatuor, tribus anterioribus membranis semifissis inter se connexis, postico soluto: cruribus ad podicem positis, & intra abdomen conditis, præditæ.

U nico genere, *Colymbi* scilicet, constituitur hic Ordo.

Omnes hujus generis Alites rostro donantur recto, acuto.

XCI. Genus *Colymbi*.

Hujus character est

Digitis quatuor, tres scilicet anteriores membranis semifissis inter se connexi, posticus solutus:

Rostrum rectum, acutum.

Omnes

Omnes hujus generis Aves cauda carent. Ipsarum pedes sunt lateraliter valde plani; & squamæ quibus cooperiuntur, in ipsorum posteriore parte duplicem efformant seriem dentium, ferræ denticulorum æmulorum. Ungues sunt quoque plani, & unguibus humanis similes.

† ** COLYMBUS.

Colymbus superne obscure fuscus, inferne albo-argenteus; spatio ab oris angulis ad oculos usque nudo; lateribus griseo-fuscis, pauco candido variegatis; tectricibus alarum superioribus minoribus, & majoribus corpori finitimis, remigibusque a tredecima ad vigesimam quartam usque candidis, cæteris fuscis, sed albo variis. . . . LA GREBE.

Colymbus. *Moedr.* Colymbus major. *Aldrov.* Charlet. *Willughb. Raj. Klein.* Colymbus major primus. *Fonst.* Mergi Genus quod in Lacu Lemano invenitur. *Gesn. Germanice,* DEUCHEL. *Anglice,* GREATER LOON-DIVER.

Fulicam paululum crassitie superat. Ipsius longitudo $1\frac{5}{7}$ pedem explet. Rostrum $2\frac{1}{2}$ pollices longum est; digitorum anticorum medius $2\frac{1}{2}$ pollices, extimus $2\frac{1}{2}$ pollices; intimus unum pollicem & $10\frac{1}{2}$ lineas; posticus 7 lineas. Extremitates alarum $2\frac{1}{2}$ pedum intervallo distant; alæ complicatæ uropygium attingunt. Oculorum irides cinereæ, pauco rubro mixtæ. Mandibula superior superne fusca, ad latera rubescens; inferior quoque rubescit, attamen in extremitate candicat. Pedes, unguesque, sicut & ipsorum membranæ, ex fusco nonnihil ad rubescentem inclinant colorem; ungues vero sunt fusci, apice candicante marginati. Habitat in Lemano lacu.

† ** 2. COLYMBUS CRISTATUS.

Colymbus cristatus, superne obscure fuscus, inferne albo-

albo-argenteus; spatio ab oris angulis ad oculos nudo; tania a naribus ad oculos candicante; gutture fasciculo plumoso longiori, candido, griseo & dilute rufescente mixto, utrinque donato; testricibus alarum superioribus minoribus, & majoribus corpori finitimis, remigibusque a decima quinta ad vigesimam quartam usque candidis, reliquis aut fuscis, aut fusco & albo variis. . .

LA GREBE HUPÉE.

Colymbus subtus albus, superne fuscus, rostro & pedibus virescentibus. *Barr.* Colymbus major cristatus. *Aldrov. bujus icon satis accurata. Marsil. bujus icon satis accurata (si membranæ essent semifissæ). Willughb. Klein. Fonst.* Colymbus cristatus Willughby. *Rzac. Uria Bellouii. Aldrov. Acitli Mergus Americanus. Hernand. Acitli Hernandezii. Raj.* Avis quædam, Anate paulo major, mergendo victum quærens, Agri Cestrensis, Incolis Cargoos dicta. *Charlet. Klein. Grand Plongeon de mer. Alb.* Grand Plongeon de rivière. *Bel. avec une figure passable. Anglice, GREAT SEA LOON.*

Crassitie præcedentem multum antecellit. Ipsiùs longitudo $1\frac{7}{8}$ pedem & 6 lineas æquat. Rostrium $2\frac{7}{8}$ pollices longum est; digitorum anticorum medius $2\frac{1}{2}$ pollices, extimus $3\frac{1}{8}$ pollices, intimus $2\frac{1}{2}$ pollices; posticus 8 lineas. Extremitatum alarum distantia est $2\frac{1}{2}$ pedum & 6 linearum; alæ complicatæ uropygium pertingunt. Oculorum irides luteæ. Mandibula superior superne fusco-nigricans, ad latera rubra; mandibula inferior quoque rubet, attamen in apice candicat. Pedes & digiti, sicut & ipsorum membranæ, ex fusco non-nihil ad rubescentem inclinant colorem; ungues vero nigricant, & candicante in apice marginantur. Flumina, lacusque frequentat; & juxta maris littora versatur.

† ** 3. COLYMBUS CRISTATUS MINOR.

Colymbus cristatus, superne obture fuscus, inferne
Tom. II. Aa albo

albo—argenteus; crista duplici; collo inferiore maculis castaneis vario; remigibus a tredecima ad vigesimam tertiam usque candidis, reliquis fuscis, plerisque cinereo aut albo variis. . . .
 LA PETITE GREBE HUPÉE.

An Colymbus cinereus major? *Raj.* An Colymbus, seu Podicipes cinereus D. Brown? *Willugh.* *Anglicæ,* ASH-COLOURED LOON.

Crassitie Vanellum non multum excedit. Ipsius longitudo 11 pollices æquat. Rostrum 15 lineas longum est; digitorum anticorum medius $1\frac{1}{2}$ pollicem, extimus $2\frac{1}{8}$ pollices, intimus $1\frac{7}{8}$ pollicem; posticus $5\frac{1}{2}$ lineas. Extremitates alarum $1\frac{1}{2}$ pedis & 6 linearum intervallo distant; alæ complicatæ ad uropygium usque protenduntur. Rostrum nigricans, attamen in ipsius extremitate & mandibulæ inferioris exortu griseo—fuscum. Pedes & digiti, sicut & ipsorum membranæ, fusco—olivacei; ungues vero nigricantes, candicante in apice fimbriati. Juxta maris littora versatur.

† ** 4. COLYMBUS CORNUTUS.

Colymbus cristatus superne obscure fuscus, inferne albo—argenteus; capite superiore nigricante; capite ad latera, guttureque dilute fulvis; spatio ab angulis oris ad oculos nudo; collo supremo rufo, in medio longis pennis nigris circumdato; lateribus albo, fusco, & fulvo variegatis; tectricibus alarum superioribus minoribus & majoribus corpori finitimis, remigibusque a decima quinta ad vigesimam quintam usque candidis, cæteris fuscis, plerisque, albo, aut griseo variis. . . . LA GREBE CORNUE.

Colymbus cristatus. *Linn.* Colymbus major. *Uria* vel *Urinatrix* major. *Gesn.* Colymbus alius major cristatus & cornutus. *Aldrov.* *Willugh.* *Raj.* Colymbus major secundus. *Aldrov.* Colymbus major alter. *Fonst.* Colymbus albus, major, cristatus, Al-

Aldrovandi. Klein. Colymbus medius cornutus. Frisch. *bujus icon satis accurata.* Colymbus cristatus seu auritus. Mus. Worm. Mergus major. Schwenck. Mergus major, seu Colymbus major cristatus; Urinatrix major. Rzac. Mergus cirrhatus, seu cristatus. Charlet. Aliud Mergi genus quod in Lacu Tigurino reperitur. Gesn. Admirandæ Avis cucullatæ aquaticæ species. Gaz. Rup. Best. Mus. Best. Avis cucullata aquatica Besseri. Jonst. Ardea exotica aurita. Petiv. Acidli, seu aqueus Lepus. Fern. Lepus aqueus. Euf Nieremb. Lepus aqueus, seu Colymbus cristatus Mexicanus. Willughb. Genus Anatis quam Acidli, seu aquaticum Leporem consueverunt vocare Mexicanenses. Jonst. Pygoscels major. Gesn. Plongeon hupé. Alb. Germanice, DUCHEL. Belgice, ARSEVOET. Anglice, CRESTED-DIVER.

Crassitie Colymbum vulgarem paululum antecellit. Ipsi longitudo 18 pollices æquat. Rostrum $2\frac{2}{3}$ pollices longum est; digitorum anticorum medius $2\frac{2}{3}$ pollices, extimus $2\frac{1}{2}$ pollices, intimus unum pollicem & $11\frac{1}{2}$ lineas, posticus 7 lineas. Extremitatum alarum distantia est $2\frac{1}{2}$ pedum & 9 linearum; alæ complicatæ uropygium pertingunt. Mandibula superior superne fusca, ad latera rubescens; inferior quoque rubescit, attamen in extremitate candidat. Pedes & digiti, sicut & ipsorum membranæ, exterius cinereo—cærulescentes, interius ex fusco nonnihil ad rubescentem vergentes colorem; ungues vero fusci, candicante in apice marginati. Lacus frequentat.

** 5. COLYMBUS CORNUTUS MINOR.

Colymbus superne obscure fuscus, inferne albo-argenteus; capite & collo supremo vestitis longiusculis pennis nigro—virescentibus; collo inferiore castaneo; fasciculo plumoso aurantio—rufescente pone utrumque oculum; tænia utrinque a rostro ad oculum nuda coccinea; remigibus a duodecima ad vigesimam sextam usque candidis,

reliquis fuscis, plerisque albo variis. . . . LA
PETITE GREBE CORNUE.

Trapazorola. Colymbus auritus. Linn. Colymbus
minor pullus, digitis inferne connectis, superne mar-
ginatis. Browne. Colymbus minor. Aldrov. Jonst.
Charlet. Klein. Colymbus minor; Colymbis. Uria
vel Urinatrix minor. Pygocelis minor. Trapazorola,
Mergulus. Gessn. Colymbus sive Podicipes minor.
Willughb. Raj. Sibbald. Sloane. Marfil. Yacapitza-
hoac, seu Avis rostri mucronati. Fern. Raj. Foul-
que à aigrettes ou à cornes. Edwards, avec une figure
exacte. Petit Plongeon de mer. Alb. Germanice,
DEUCHELIN. Belgice, AERSEVOET. Anglice,
DIDAPPER.

Cum *Colymbo cristato minore* circiter crassitie con-
venit. Ipsi longitudo unum pedem explet. Ros-
trum 15 lineas longum est; digitorum anticorum
medius 2 pollices, extimus $2\frac{1}{2}$ pollices, intimus
 $1\frac{1}{2}$ pollicem; posticus $5\frac{1}{2}$ lineas. Extremitates ala-
rum $1\frac{2}{3}$ pedis intervallo distant; alæ complicatæ
ad uropygium usque prætenduntur. Oculorum iri-
des rubræ. Mandibula superior nigricans, atta-
men in extremitate candicans; inferior in exortu
rubra, deinde nigricans, candicante terminata.
Pedes & digiti, ac ipsorum membranæ, exterius
cinereo—cærulescentes, interius ex fusco nonnihil
ad rubescentem inclinantes colorem; ungues vero
fusci, albido in extremitate marginati. Juxta ma-
ris littora versatur.

6. COLYMBUS AURITUS.

Colymbus superne fusco—nigricans, inferne albus;
capite & collo nigris, collo inferiore maculis al-
bis vario; fasciculo plumoso flexibili aurantio
pone utrumque oculum; marginibus alarum, re-
migibusque intermediis candidis. . . . LA GREBE
A OREILLES.

Colymbus auritus. Linn. Colymbus minor alius. Al-
drov.

drov. Mergulus niger. Alterum Merguli genus.
Gesn. Mergulus. *Schawenck.* Mergulus niger seu
 Colymbus minor. *Rzac.* Fouque oreillée. *Edwards,*
avec une figure exacte. *Germanice,* SCHWARTS DUC-
 CHELE.

Magnitudine & crassitie *Colymbum fluviatilem* nos-
 tratem nonnihil antecellit. Rostrum unum circiter
 pollicem longum est. Alæ complicatæ ad uropy-
 gium usque protenduntur. Oculorum irides elegan-
 ter rubræ. Rostrum nigrum, excepta mandibulæ
 inferioris extremitate albida. Pedes & digiti, sicut
 & ipsorum membranæ, exterius obscure viridescen-
 tes, interius rubescentes; unguis vero fusci. Pis-
 cinas frequentat.

7. COLYMBUS MINOR.

Colymbus superne fusco-nigricans, inferne albus,
 infimo ventre nigricante maculato; capite supe-
 riore nigro-virescente; tænia utrinque a rostro
 ad oculum nuda saturate rubra; macula utrinque
 rostrum inter & oculum, marginibus alarum, re-
 migibusque intermediis candidis. . . . LA PETI-
 TE GREBE.

Fouque noire & blanche. *Edwards,* avec une figure ex-
 acte.

Magnitudine & crassitie *Colymbum cornutum mino-
 rem* circiter æmulatur. Rostrum 15 circiter lineas
 longum est. Alæ complicatæ uropygium extremum
 pertingunt. Oculorum irides coccineæ. Mandibula
 superior nigricans, ab ipsius tamen exortu versus
 duas tertias longitudinis partes usque ad margines
 rubra; mandibula inferior in exortu similiter rubet,
 in extremitate nigricat. Pedes & digiti, sicut &
 ipsorum membranæ, exterius obscure viridescentes,
 interius rubescentes; unguis vero fusci. Juxta ma-
 ris littora versatur.

8. COLYMBUS INSULÆ S. THOMÆ.

Colymbus superne obscure fuscus, inferne albus, maculis griseis variegatus; macula utrinque rostrum inter & oculum candida; macula in medio pectore nigra; remigibus pallide rufis. . . . LA GREBE DE L'ISLE S. THOMAS.

Espèce de Plongeon ou Mergus major leucophæus, Feuillée.

Crassitie Gallinam juniorem adæquat. Rostrum unum pollicem longum est. Alæ complicatæ ad uropygium usque protenduntur. Oculi sunt griseo-rufi, albo circumdati. Rostrum ab ipsius exortu mediam versus longitudinem usque nigrum, inde ad extremitatem sordide album. Pedes, digiti, sicut & ipsorum membranæ, unguesque nigricantes. Habitat in *Insula S. Thomæ* in *America*.

** 9. COLYMBUS FLUVIATILIS.

Colymbus superne fuscus, ad fulvum vergens, inferne albo-argenteus; spatio ab oris angulis ad oculos nudo; collo inferiore griseo-fulvo; imo ventre griseo; uropygio infimo albo; remigibus a decima sexta ad vigesimam primam usque candidis, griseo-fusco maculatis, cæteris vel griseo-fuscis vel penitus fuscis. . . . LA GREBE DE RIVIERE OU LE CASTAGNEUX.

Colymbus cinereus, rostro & pedibus nigris. *Barr.* Colymbus & Colymbis, vel Urinatrix. *Gesn.* Colymbus minor. *Frisch. hujus icones satis accuratæ.* Colymbus minor Bellonii. *Fonst.* Colymbus minor Bellonii, vel saltem simillima Avis. *Aldrov.* Colymbus tertius. *Fonst.* Mergus parvus fluviatilis. *Gesn.* Tertium Urinatricum genus, sive Mergus minimus fluviatilis Bellonii. *Aldrov.* Petit Plongeon nommé Castagneux ou Zoucet. *Bel. avec une assez bonne figure.*

Pullum Gallinaceum minorem crassitie circiter æquat.

quat. Ipsius longitudo 9 pollices explet. Rostrum $11\frac{1}{2}$ lineas longum est; digitorum anticorum medius $1\frac{2}{3}$ pollicem; extimus eandem obtinet longitudo; intimus $15\frac{1}{2}$ lineas longus est; posticus 5 lineas. Extremitatum alarum distantia est $14\frac{1}{2}$ pollicum; alæ complicatæ uropygium attingunt. Mandibula superior superne fusca, ad latera fusco-rubescens; inferior rubescit, attamen in extremitate candicat. Pedes & digiti, sicut & ipsorum membranæ, ex fusco nonnihil rubescunt; ungues vero fusci, albo in extremitate marginati. Flumina, piscinasque frequentat.

A. COLYMBUS FLUVIATILIS NIGRICANS.

LA GREBE DE RIVIERE NOIRASTRE.

Colymbi minoris aliud genus. *Alarov.* Colymbus alter. *Fonst.*

Magnitudine & crassitie cum præcedente convenit. Ab illo tantum discrepat colore paululum saturatiore sive nigricante. Flumina & piscinas frequentat.

10. COLYMBUS FLUVIATILIS CAROLINENSIS.

Colymbus fuscus, superne saturatus, inferne dilutius; pectore ad olivaceum vergente; guttore nigro; imo ventre sordide albo; remigibus fuscis. . . LA GREBE DE RIVIERE DE LA CAROLINE.

Podiceps. *Linn.* Colymbus fuscus. *Klein.* Foulque à bec varié. *Catesb. avec une figure exacte.* *Anglice,* PIED BILL DOBCHICK.

Præcedentem paululum crassitie superat. Ipsius longitudo $9\frac{1}{2}$ pollices circiter explet. Rostrum 13 lineas longum est; digitorum anticorum medius $1\frac{2}{3}$ pollicem, extimus $1\frac{2}{3}$ pollicem, intimus unum pollicem; posticus 5 lineas. Alæ complicatæ uropygium attingunt. Oculi magni, quos ambit circulus albus. Rostrum griseum, excepto mandibulæ in-

ferioris exortu nigro. Tænia similiter nigra mediam versus longitudinem rostrum circumdat. Pedes, digiti, sicut & ipsorum membranæ, unguesque grisei. Habitat in *Carolina*, ibique piscinas frequentat.

† ** II. COLYMBUS FLUVIATILIS DOMINICENSIS.

Colymbus superne nigricans, inferne cinereo-albo-argenteus, maculis fuscis aspersus; spatium ab oris angulis ad oculos nudo; collo inferiore griseo-fusco—nigricante; remigibus ab octava ad undecimam usque cinereo—albis, cæteris griseo, griseo-fusco, aut albo variis, vel nigricantibus. ...
LA GREBE DE RIVIERE DE S. DOMINGUE.

Colymbo fluviatili nostrati multum crassitie cedit. Ipsius longitudo $7\frac{1}{2}$ pollices æquat. Rostrum $13\frac{1}{2}$ lineas longum est; digitorum anticorum medius unum pollicem & $6\frac{1}{2}$ lineas, extimus sesquipollicem, intimus 14 lineas; posticus 4 lineas. Extremitates alarum $13\frac{1}{2}$ pollicum intervallo distant; alæ complicatæ ad uropygium usque protenduntur. Rostrum nigrum. Pedes & digiti, sicut & ipsorum membranæ, fusci; ungues vero nigricantes, albido in extremitate simbriati. Habitat in *Dominicensi Insula*.

O R D O X X.

AVES digitis tribus anticis, membranis integris inter se connexis, digito postico nullo: cruribus ad pedicem positis, & intra abdomen conditis, præditæ.

Hujus Ordinis Avium aliæ rostro donantur recto, acuto; aliæ rostro lateraliter plano, & transversum striato præditæ sunt. In duas sectiones dividimus: in prima continentur illæ quæ rostro donantur recto & acuto, ut *Uria*: in secunda vero eæ quæ

quæ rostrum habent lateraliter planum, transversim striatum, in *Fratercula*, *Alca*.

S E C T I O I.

Eæ quæ rostrum habent rectum, acutum.

In hac sectione unicum continetur genus, scilicet *Uria*.

XCII. Genus *Uria*.

Hujus character est

Digiti tres antici, membranis integris inter se connexi; digitus posticus nullus:

Crura ad podicem posita, & intra abdomen condita:

Rostrum rectum, acutum.

† * * I. U R I A.

Uria superne fusco-nigricans, inferne alba; guttore & collo inferiore fusco-nigricantibus; remigibus fusco-nigricantibus, minoribus in apice albis; 12 rectricibus fusco-nigricantibus. . . LE GUILLEMOT.

Uria. Gesn. Aldrov. Jonst. Lomwia. Linn. Lomwia. Clus. Euf. Nierenh. Jonst. Lomwia Insulæ Farræ Hoieri. Sibbald. Willugh. bujus icon satis accurata. Raj. Jomuvia. Charlet. Cataractes Moebr. Lomben. Plaurus rostro Larino. Klein. Colymbus Groenlandicus. Frisch. bujus icon satis bona, si digitum posticum non exhiberet. Poule de mer. Alb. Anglice, GUILLAM.

Cum *Anate* crassitie circiter convenit. Ipsius longitudo $1\frac{3}{4}$ pollices. Rostrum $2\frac{1}{2}$ pollices longum est; cauda $2\frac{1}{2}$ pollices; digitorum medius $1\frac{1}{2}$ pollicem; extimus $1\frac{1}{2}$ pollicem, & intimus 17 lineas. Extremitatum alarum distantia est $1\frac{1}{2}$ pedis & 4 linearum; alæ complicatæ ad tres quartas longitudinis caudæ partes usque protenduntur. In variis istarum Avium individuis color nigricans modo plus

modo minus est saturatus. Rostrum nigrum: hujus autem utraque mandibula est ad apicem utrinque nonnihil emarginata. Pedes, digiti, sicut & ipsorum membranæ, unguesque nigri. Habitat in Septentrionalibus regionibus. Prope mare in rupibus inaccessis nidificat. Uno incubitu ovum unicum ponit, ovum Anserinum crassitie æquans, viridescens, maculisque irregularibus nigricantibus varium.

** 2. U R I A M I N O R.

Uria superne nigricans, inferne alba; (guttur & collo inferiore nigricantibus, *mas*); (guttur albo; collo inferiore obscure cinereo, *fœmina*); remigibus fusco-nigricantibus, minoribus in apice albis; 14 rectricibus nigricantibus. . . LE PETIT GUILLEMOT.

Alle. Linn. Arctica. Moebr. Mergulus melano-leucos rostro acuto brevi D. Brown. Willughb. Raj. Plautus Columbarius. Duyf Martensii. Rottge of Rotttetetje. Klein. Tourterelle de mer. Alb. Petit Plongeon noir & blanc. Edwards, avec des figures assez exactes du mâle & de la femelle. Belgique, KORTEKE. Anglice, GREENLAND DOVE.

Columbam crassitie circiter æmulatur. Ipsi longitudo 9 pollices explet. Rostrum 10 lineas longum est; cauda $1\frac{1}{2}$ pollicem; digitorum medius 15 lineas, extimus 13 lineas, & intimus 10 lineas. Extremitates alarum $13\frac{1}{2}$ pollicum intervallo distant; alæ complicatæ caudam fere extremam attingunt. Rostrum nigrum: hujus autem utraque mandibula est ad apicem utrinque nonnihil emarginata. Pedes & digiti sunt obscure rubescentes: ipsorum membranæ nigricantes; ungues vero nigri.

Fœmina a mare coloribus paululum discrepat.

Mare altum plerumque petit hæc Avis, & raro juxta littora versatur.

** 3. URIA MINOR NIGRA, COLUMBA GROENLANDICA VULGO DICTA.

Uria nigricans; tectricibus alarum superioribus mediis, & majoribus corpori finitimis candidis; remigibus plerisque exterius fuscis, intus candidis, corpori vicinioribus & 14 tectricibus nigricantibus. . . . LE PETIT GUILLEMOT NOIR, APPELLÉ VULGAIREMENT COLOMBE DE GROENLAND.

Uria. *Moabr.* Grylle. Columba Groenlandica. *Linn.* Columba Groenlandica dicta. *Willugh. Sibbald. Raj.* Columbus Groenlandicus. *Klein.* Pigeon du Groenland. *Anderf* avec une figure assez exacte. Colombe de Groenland. *Alb.* avec une figure passable du mâle (le bec est cependant trop court). *Belgice,* GROENLANDSE DUIF. *Anglice,* GREENLAND DOVE.

Craffitie præcedentem paululum antecellit. Ipsius longitudo $12\frac{1}{2}$ pollices æquat. Rostrum $18\frac{1}{2}$ lineas longum est; cauda $1\frac{1}{2}$ pollicem; digitorum medius $1\frac{7}{8}$ pollicem, extimus $1\frac{1}{2}$ pollicem, & intimus $13\frac{1}{2}$ lineas. Extremitates alarum $1\frac{7}{8}$ pedis intervallo distant; alæ complicatæ ad extremitatem caudæ fere pertingunt. Rostrum nigrum: hujus autem utraque mandibula est ad apicem utrinque nonnihil emarginata. Pedes & digiti, sicut & ipforum membranæ, rubri; ungues vero nigri. Habitat in mare Septentrionali. Mare altum plerumque petit, & raro juxta littora versatur.

4. URIA MINOR STRIATA.

Uria superne nigricans, nigro saturatiore transversim striata, inferne alba, tæniis transversis cinereis varia; tectricibus alarum superioribus mediis candidis, nigro variegatis; remigibus & tectricibus nigris. . . . LE PETIT GUILLEMOT RAYÉ.

Plautus Columbarius. *Klein.* Colombe tachetée de Groenlande. *Edwards,* avec une figure exacte.

Cum præcedente craffitie circiter convenit. Ipsius

fius longitudo 11 circiter pollices æquat. Rostrum 18½ lineas longum est; cauda 1½ pollicem; digitorum medius 15 lineas, extimus 14 lineas, & intimus 11 lineas. Alæ complicatæ caudam fere extremam attingunt. Rostrum nigrum. Pedes & digiti, sicut & ipsorum membranæ, fordide carneo colore tincti; ungues vero nigri. Digitus intimus per totam lateris interioris longitudinem membrana donatur. Habitat in mare Septentrionali.

S E C T I O I I.

Eæ quæ rostrum habent lateraliter planum, transversim striatum.

Bina in hac sectione continentur genera Avium rostri crassitie, longitudinis proportionem servata, a se invicem discrepantium. In aliis enim rostri crassities longitudinem æquat, ut in *Fratercula*: in aliis vero rostri longitudo crassitiem superat, ut in *Alca*.

XCIII. Genus *Fratercula*.

Hujus character est

Digiti tres antici, membranis integris inter se connexi; digitus posticus nullus:

Crura ad podicem posita, & intra abdomen condita:

Rostrum lateraliter planum, transversim striatum, cujus crassities longitudinem æquat.

† ** I. FRATERCULA.

Fratercula superne nigra, inferne alba; capite ad latera, guttureque fordide albo-griseis; torques nigro; remigibus nigricantibus, intermediis exterius, & corpori finitimis penitus, nigris; 16 rectricibus nigricantibus. . . . LE MACAREUX.

Alca Arctica. Linn. *Anas* Arctica. Clus. *bujus icon satis accurata.* Mus. Worm Sibbald. *Anas* Arctica Gausi; *Pica* marina, vel *Fratercula* Gessneri, Aldrovandi.

vandi. *Willughb. Raj.* Colymbus medius Groenlandicus. *Frisch. bujus icon parum accurata, nisi aliam speciem exhibeat.* Pica marina. *Aldrov.* Plautus Arcticus. *Klein.* Puffinus. *Charlet.* Puffinus Anglicus. *Gesn. Aldrov.* Spheniscus. *Moebr.* Lunda. *Clus. Euf. Nieremb. Jonst.* Papegey Duycker. *Klein.* Perroquet du Groenland. *Anderf. avec une assez bonne figure.* Plongeon ou Pie de mer à gros bec. *Alb. Germanice*, SEE PAPAGEY. *Belgice*, PAPPEGAALDUIKER. *Anglice*, PUFFIN.

Uriæ paululum crassitie cedit. Ipsius longitudo unum pedem explet. Rostrum, quod ad basim unius pollicis & $5\frac{1}{2}$ linearum crassitiem obtinet, 15 lineas longum est, & figuram triangularem circiter æmulatur. Cauda $1\frac{2}{3}$ pollicem longa est; digitorum medius $1\frac{2}{3}$ pollicem, extimus $18\frac{1}{2}$ lineas, & intimus 13 lineas. Extremitates alarum $1\frac{7}{8}$ pedis & 4 linearum intervallo distant; alæ complicatæ ad tertiam circiter longitudinis caudæ partem extenduntur. Oculi sunt nigri: ipsorum irides cinereo colore imbutæ: palpebræ nigræ. Supra superiorem palpebram exiguum extat incrementum carnosum, colore livido imbutum, & triangularis figuræ æmulum. Mandibulæ superioris basis obsita est substantia callosa, ultra quam rostrum tingit color lividus; in reliqua vero longitudine rostrum rubet. Rostrum autem tribus utrinque exaratur sulcis, uno scilicet immediate ultra partem livido colore imbutam, duobus vero in parte rubra collocatis. Nares sunt oblongæ, in livida parte prope rictum oris positæ. Mandibula superior est nonnihil in apice adunca. Pedes & digiti, sicut & ipsorum membranæ, sunt in aliis eleganter aurantii, in aliis vero rubri; unguis autem nigro-cœrulescentes. In *Septentrionalibus* regionibus habitat. In rupium foraminibus, ubi datur terra, nidificat; & ovum unicum uno incubitu ponit.

XCIV. Genus *Alcæ*.

Hujus character est

Digiti tres antici, membranis integris inter se connexi; digitus posticus nullus:

Crura ad podicem posita, & intra abdomen condita:

Rostrum lateraliter planum, transversim striatum, cujus longitudo crassitiem superat.

† ** I. A L C A M A J O R.

Alca superne nigra, inferne alba; macula utrinque rostrum inter & oculos ovata candida; gutture & colli inferioris parte suprema nigris; remigibus nigris, intermediis albo in apice marginatis; 16 rectricibus nigris. . . LE GRAND PINGOIN.

Anser Magellanicus. *Alca impennis*. *Linn.* *Alca torquata*, subtus albicans, superne nigricans. *Barr.* *Pinguin*. *Mus. Worm.* *Penguin Nautis nostratibus dicta*. *Willughb.* *Penguin Nautis nostratibus, quæ Goifugel Hoieri esse videtur*. *Raj.* *Chenalopex*. *Moebr.* *Mergus Americanus*. *Clus. Euf. Nieremb. Willughb. Charlet.* *Goirfugel*. *Clus. Euf. Nieremb. Foust.* *Penguin du Nord*. *Edwards, avec une figure exacte*. *Belgice*, PINGWIN. *Anglice*, NORTHERN PINGUIN.

Ad *Anseris domestici* crassitiem accedit. Ipsius longitudo $1\frac{1}{2}$ pedem & 9 lineas æquat. Rostrum, quod $18\frac{1}{2}$ lineas crassum, $4\frac{1}{4}$ pollices longum est; cauda 3 pollices; digitorum medius $3\frac{1}{2}$ pollices; extimus eandem obtinet longitudinem; intimus $2\frac{1}{2}$ pollices longus. Nunquam volat hæc Avis; corporis enim ipsius crassitiei proportionem servata, alas habet valde breves: quælibet scilicet, ab ipsius exortu ad extremitatem usque, $9\frac{1}{2}$ pollicum tantummodo longitudine pollet. Caput, guttur, collum, dorsum & uropygium cooperiunt pennæ splendide nigræ, serici instar, mollissimæ. Cauda acuta. Rostrum nigricat: utrinque autem octo in mandibula superiore, & decem undecimve in mandibula inferiore sulcis exaratur. Mandibula superior est nonnihil in extremitate adunca; inferior vero subtus angulosa. Nares sunt oblon-

longæ, sub pennis, prope rictum oris, positæ. Pedes, digiti, sicut & ipsorum membranæ, unguesque nigri. Habitat in mare Septentrionali.

† ** 2. A L C A.

Alca superne nigra, inferne alba; linea utrinque a rostro ad oculos candida; gutture & colli inferioris parte suprema fuliginosis; remigibus nigricantibus exterius, interius cinereo—albis, minoribus albo in apice marginatis, binis, corpori finitimis, nigris; 12 rectricibus nigricantibus....
LE PINGOIN.

Torda. Alca. Linn. Alca Hoieri, Clusii, Wormii Musei. Raj. Alca. Clus. Euf. Nieremb. Mus. Worm. Jonst. Sibbald. Rzac. Willughb. Plautus tonsor. Klein. Oiseau à bec tranchant. Alb. avec une figure passable. Anglice, AUK.

Anati domesticæ paululum crassitie cedit. Ipsi longitudo $14\frac{1}{2}$ pollices explet. Rostrum, quod versus basim 10 lineas crassum, $1\frac{1}{2}$ pollicem longum est; cauda $2\frac{1}{2}$ pollices; digitorum medius $1\frac{1}{2}$ pollicem, extimus $1\frac{2}{3}$ pollicem, & intimus 16 lineas. Extremitatum alarum distantia est $1\frac{1}{2}$ pedis & 6 linearum; alæ complicatæ ad mediam caudam non pertingunt. Oculorum irides avellanæ. Rostrum nigrum est: in utroque autem latere tribus in mandibula superiore, & duobus in mandibula inferiore sulcis exaratur, quorum capiti vicinior albicat. Mandibula superior est nonnihil in apice adunca; inferior vero subtus angulosa. Nares sunt oblongæ, sub pennis, prope rictum oris, positæ. Pedes, digiti, sicut & ipsorum membranæ, unguesque nigri. Habitat in Septentrionalibus regionibus. Juxta maris littora in Gallia quandoque versatur. In rupium foraminibus inaccessis nidificat: ova ponit candida, maculis nigris insignita.

† ** 3. A L C A M I N O R.

Alca superne nigra, inferne alba; tænia utrinque a rostro

rostro ad oculos albo punctulata; fascia infra oculos nigricante; remigibus, superne nigris, inferne cinereis, minoribus albo in apice marginatis; 12 rectricibus nigris. . . . LE PETIT PINGOIN.

Æthia. Bell. Mergus Bellonii. Aldrov. Jonst. Willughb. Raj. Plongeon de mer. Bel.

Præcedenti paululum crassitie cedit. Ipsi longitudo 15 pollices æquat. Rostrum, quod basin versus $7\frac{1}{2}$ lineas crassum, 2 pollices longum est; cauda $2\frac{1}{2}$ pollices; digitorum medius unum pollicem & $8\frac{1}{2}$ lineas, extimus $1\frac{3}{4}$ pollicem, intimus $15\frac{1}{2}$ lineas. Extremitates alarum $1\frac{1}{2}$ pedis intervallo distant; alæ complicatæ mediam circiter caudam attingunt. Cauda valde acuta. Rostrum nigrum, & in utroque latere binis sulcis minime profundis exaratum. Mandibula superior est nonnihil in extremitate adunca; inferior vero subtus angulosa. Nares sunt oblongæ, sub pennis, prope rictum oris, positæ. Pedes, digiti, sicut & ipsorum membranæ, unguesque nigricant. Juxta maris littora verfatur.

O R D O X X I.

AVES Digitis quatuor, tribus anterioribus membranis integris inter se connexis, postico soluto: cruribus ad podicem positis, & intra abdomen conditis, præditæ.

Hujus Ordinis Avium aliæ rostro donantur recto, apice mandibulæ superioris adunco; aliæ rostro recto, acuto præditæ sunt. In duas sectiones dividuntur: prima continet eas quæ rostro donantur recto, apice mandibulæ superioris adunco, ut *Spheniscus*, *Catarractes*: & secunda illas quæ rostrum habent rectum & acutum, ut *Mergus*.

S E C T I O I.

Eæ quæ rostro donantur recto, apice mandibulæ superioris adunco.

Duo in hac sectione continentur genera Avium mandibulæ inferioris apicis forma a se invicem discrepantium. In aliis enim mandibulæ inferioris apex est quasi truncatus, ut in *Sphenisco*: in aliis vero mandibulæ inferioris apex est rotundatus, ut in *Cattarraçte*.

XCV. Genus *Sphenisci*. (1)

Hujus character est

Digiti quatuor, tres scilicet anteriores membranis integris inter se connexi; posticus solutus:

Crura ad podicem posita, & intra abdomen condita:

Rostrum rectum:

Apex mandibulæ superioris aduncus, inferioris quasi truncatus:

Omnia hujus generis Avium digitus intimus per totam lateris interioris longitudinem membrana donatur.

I. S P H E N I S C U S.

Spheniscus superne nigricans, inferne albus; capite ad latera, guttureque sordide griseis; alis superne nigris, in parte inferiore albo fimbriatis, subtus candicantibus, nigro variegatis; rectricibus, strictissimis & rigidissimis, nigricantibus. . . . LE MANCHOT. (2)

Diomedea demersa. Linn. *Anser Magellanicus*. Clus.
Euf. Nieremb. Jonst. Charlet. *Anser Magellanicus*,
 seu

(1) *Spheniscus*, nomen a me hujus generis Avibus inditum.

(2) Nomine hoc gallico designavi hujusce generis Aves, propter ipsarum alarum brevitatem.

feu Pinguin. *Mus. Worm.* Pinguin. *Joan. de Laët.*
Willugb. Plautus pinguis. *Klein.* Pinguin aux
 piez noirs. *Edwards, avec une figure exacte.* *Belgique,*
 PINGUIN. *Anglice,* PENGUIN.

Magnitudine & crassitie cum proxime sequenti circiter convenit. Nunquam volat; alas enim habet valde breves: easque gerit penitus explicatas, & secundum ipsius latera extensas. Corpus superius vestiunt plumulæ maxime rigidæ & nigricantes. Pennæ alas obtegentes ita sunt exiguæ & rigidæ, ut squamas æmulentur. Rostrum, quod ab ipsius exortu mediam versus longitudinem usque penitus rugosum, nigricat, & versus ipsius extremitatem tænia insignitur transversa flavicante. Nares in mandibula superiore versus ipsius mediam circiter longitudinem positæ sunt. Pedes, digiti, sicut & ipsorum membranæ, unguesque nigri. Digitus posticus altius & in interiore pedis latere collocatur. Habitat in Mari meridionali.

† ** 2. SPHENISCUS NÆVIUS.

Spheniscus superne nigricans, punctulis cinereo-albis aspersus, inferne albus; tænia utrinque supra oculos candida; capite ad latera, guttureque fusco-nigricantibus; fascia supra pectus arcuata fusco-nigricante, utrinque secundum latera ad pedes usque protensa; alis superne nigris, in parte inferiore sordide albo fimbriatis, subtus sordide albis, nigro variis; 22 rectricibus, strictissimis & rigidissimis, nigricantibus. . . . LE MANCHOT TACHETÉ.

Diomedea demersa. *Linn.* Pinguin aux piez noirs. *Edwards, avec une figure exacte.*

Crassitie *Anatem moschatam* paululum antecellit. Ipsi longitudo $1\frac{3}{4}$ pedem æquat. Rostrum $2\frac{1}{2}$ pollices longum est; cauda 18 lineas; digitorum anteriorum medius $2\frac{1}{2}$ pollices, extimus $2\frac{1}{8}$ pollices, in.

intimus $1\frac{1}{2}$ pollicem; posticus, qui altius & in interiore pedis latere positus, 7 lineas. Nunquam volat hæc Avis; alas enim habet valde breves: quælibet scilicet, ab ipsius exortu ad extremitatem usque $6\frac{1}{2}$ pollicum tantummodo longitudinem obtinet. Eas gerit penitus explicatas, & secundum ipsius latera extensas. Corpus superius vestiunt plumulæ maxime rigidæ, scapo splendide nigro. Pennæ alas cooperientes ita sunt exiguæ & rigidæ, ut squamas æmulentur. Rostrum, quod ab ipsius exortu mediam versus longitudinem usque penitus rugosum, nigricat, & versus ipsius extremitatem tænia insignitur transversa flavicante. Nares in mandibula superiore versus ipsius mediam longitudinem positæ sunt. Pedes, digiti, sicut & ipsorum membranæ, unguesque nigri. Habitat in Mari meridionali.

Ille cujus descriptionem dedit *Edwardus*, ab isto colore discrepat. Omnibus in locis in quibus nuper descriptus nigricat, ille fuscescit, & punctulis cinereo-albis nequaquam variegatur. In reliquis cum isto perfecte convenit. Forsan ab eo sexu solummodo differt.

XCVI. Genus *Catarractis*. (1).

Hujus character est

Digiti quatuor, tres scilicet anteriores membranis integris inter se connexi, posticus solutus:

Crura ad podicem posita, & intra abdomen condita:

Rostrum rectum:

Apex mandibulæ superioris aduncus, inferioris rotundatus.

Hujus generis Avium digitus intimus per totam lateris interioris longitudinem membranula donatur.

I. C A T A R R A C T E S.

Catarractes superne fusco-purpurascens, inferne albus;

(1) *Catarractes*, nomen huic Avium generi a me inditum.

bus; capite anteriore, guttureque fuscis; alis quoque fuscis, in parte inferiore albo fimbriatis; re-
 tricibus, brevissimis, strictissimis & rigidissimis,
 nigris. . . LE GORFOU (1).

Phaëthon demersus. *Linn.* Penguin. *Edwards*, avec
 une figure exacte.

Anserem domesticum magnitudine & crassitie circiter æmulatur. Rostrum, quod 11 lineas crassum, $2\frac{1}{2}$ pollices longum est. Digitus posticus altius & in interiore pedis latere collocatur. Nunquam volat hæc Avis; alas enim habet valde breves: easque gerit penitus explicatas, & secundum ipsius latera extensas. Caput anterius, gutturque fusca sunt. Corpus superius obtegunt plumulæ maxime rigidæ. Pennæ synciput obtegentes in utroque mandibulæ superioris latere in acumen porriguntur, naresque cooperiunt. Rostrum rubrum. Pedes & digiti, & ipsorum membranæ, sordide rubri; ungues vero fusci. Habitat in Mari meridionali.

S E C T I O II.

Ææ quæ rostrum habent rectum & acutum.

In hac sectione unicum continetur genus, scilicet *Mergi*.

XCVII. Genus *Mergi*.

Hujus character est

Digiti quatuor, tres scilicet antici membranis integris inter se connexi, posticus solutus:

Crura ad podicem posita, & intra abdomen condita:

Rostrum rectum, acutum.

Omnes hujus generis Alites pedes habent valde lateraliter compressos. Ipsorum digitus intimus per
 totam

(1) Nomen istud a me huic generi Avium quoque inditum.

totam lateris interioris longitudinem membranula donatur.

† ** I. MERGUS MAJOR.

Mergus superne saturate fuscus, marginibus pennarum cinereis, inferne albus; capite & collo superioribus fuscis, & capite ad latera minutis maculis candidis vario; torque, totum collum non ambiente, fusco-nigricante; cruribus & remigibus fuscis; 20 rectricibus saturate fuscis, albo in apice marginatis. . . LE GRAND PLONGEON.

Colymbus maximus. *Fonst. Klein. Willugh. Raj.* Quædam Avis Colymbis congener, quæ in Acronio Lacu reperitur. *Gesn.* Avis Fluder dicta, seu Colymbus maximus. *Aldrov.* Germanice, GROSSE ZEE-FLUDER.

Cum *Anseræ domestico* crassitie circiter convenit. Ipsi longitudo $2\frac{1}{2}$ pedes & 6 lineas æquat. Rostrum $4\frac{1}{2}$ pollices longum est; cauda $2\frac{1}{2}$ pollices; digitorum anticorum medius $4\frac{1}{2}$ pollices, extimus $4\frac{1}{2}$ pollices, intimus $3\frac{1}{2}$ pollices; posticus 10 lineas. Extremitates alarum $3\frac{1}{2}$ pedum & 8 linearum intervallo distant; alæ complicatæ caudam fere extremam attingunt. Cauda in apice rotundata. Rostrum cinereo-fuscum. Pedes, digiti, unguesque nigricantes. Membranae quibus digiti inter se connectuntur, concolores, attamen in ipsarum medio candicantes. In *Acronio Lacu* reperitur.

† ** 2. MERGUS MINOR.

Mergus superne cinereo-fuscus, lineolis candicantibus variis, inferne albus; capite & collo superioribus cinereis, pennis ad latera cinereo-albo fimbriatis; remigibus primoribus fuscis, reliquis cinereo-fuscis, binis lineis candicantibus, oblique versus extremitatem positis, insignitis; tænia ad anum transversa, rectricibusque 20 cinereo-fuscis. . . LE PETIT PLONGEON.

Mergus maximus. *Klein.* *Æhyia. Gsn.* *Cephus.*
Moabr. *Colymbus maximus caudatus. Willugh. Raj.*
Colymbus maximus stellatus. Willugh. bujus icon satis
accurata. *Grand Plongeon tacheré. Alb.* *Angli-*
ce, GREATEST-LOON.

Crassitie Anatem moschatam paululum antecellit.
 Ipsi^{us} longitudo $1\frac{1}{2}$ pedem & 6 lineas explet. Ros-
 trum $2\frac{1}{2}$ pollices longum est; cauda $1\frac{1}{2}$ pollicem;
 digitorum anticorum medius 3 pollices, extimus $3\frac{1}{2}$
 pollices, intimus 2 pollices & $7\frac{1}{2}$ lineas; posticus
 7 lineas. Extremitatum alarum distantia est $2\frac{1}{4}$ pe-
 dum & 3 linearum; alæ complicatæ ultra caudæ ex-
 ortam non multum protenduntur. Cauda in apice
 rotundata. Rostrum griseo—fuscum sive corneo co-
 lore imbutum. Pedes, digiti, sicut & ipsorum
 membranæ, unguesque fusci; pedes tamen & digiti
 in latere interiore nonnihil ad rubescentem inclinant
 colorem. Lacus frequentat.

† ** 3. MERGUS GUTTURE RUBRO.

Mergus superne splendide fuscus, inferne albus; ca-
 pite posteriore & collo superiore fuscis, pennis
 ad latera albo fimbriatis; capite & collo ad late-
 ra cinereis; tænia longitudinali in collo inferio-
 re castanea; pennis scapularibus, alisque minutis
 maculis albis variegatis; remigibus & 20 rectri-
 cibus fuscis.... LE PLONGEON A GORGE ROUGE.

Mergus rostro nigro, capite & lateribus colli plumbeis,
 cervice & lateribus thoracis nigris lineolis variegatis;
 gula cum inferiori collo rubris; internis digitis lobus
 angustus additus. *Klein.* *Plongeon rouge-gorge.*
Edwards, avec une figure assez bonne, cependant pas assez
exactement coloriée. *Anglice, RED THROATED LOON.*

Anatem domesticam crassitie paululum antecellit.
 Ipsi^{us} longitudo $1\frac{1}{4}$ pedem & 6 lineas æquat. Ros-
 trum $2\frac{1}{2}$ pollices longum est; cauda $1\frac{1}{2}$ pollicem;
 digitorum anticorum medius $3\frac{1}{2}$ pollices, extimus
 $3\frac{1}{4}$ pollices, intimus $2\frac{1}{2}$ pollices; posticus 8 lineas.

Ex.

Extremities alarum $3\frac{1}{2}$ pedum intervallo distant; alæ complicatæ ultra caudæ exortum non multum protenduntur. Cauda in apice rotundata. Rostrum nigrum. Pedes, digiti, sicut & ipsorum membranæ, unguesque nigricantes; pedes tamen & digiti in latere interiore nonnihil ad rubescentem inclinant colorem. Habitat in Mari septentrionali. Supra loca paululum excelsa in fluminibus posita nidificat, & duo ova solummodo ponit.

4. M E R G U S G U T T U R E N I G R O .

Mergus superne splendide niger, inferne albus; capite posteriore & collo superiore cinereis; collo ad latera albo, maculis nigris vario; tænia longitudinali in collo inferiore nigra, violaceo & viridi variante; pennis scapularibus, alisque maculis albis variegatis; remigibus nigris, minoribus albo maculatis; cruribus exterius, & 20 rectricibus nigris. . . . LE PLONGEON A GORGE NOIRE.

Mergus Arcticus simpliciter. Klein. Colymbus Arcticus. Linn. Colymbus Arcticus Lumme Wormio dictus. Willughb. Raj. Sibbald. Rzac. Lumme. Mus. Worm. bujus icon satis accurata. Andersf. Singularis Hirundinis aquaticæ exoticæ species, Mus. Best. bujus icon satis accurata. Gaz. Rup. Best. Hirundo exotica aquatica. Jonst. Plongeon marqueté. Edwards, avec une figure exacte. Anglice, SPECKLED DIVER.

Magnitudine & crassitie præcedentem æmulatur. Rostrum 3 fere pollices longum est. Cauda in apice rotundata. Rostrum, pedes, digiti, sicut & ipsorum membranæ, unguesque nigri; pedes tamen & digiti in latere interiore nonnihil ad rubescentem inclinant colorem. Habitat in Mari septentrionali.

** 5. M E R G U S N Æ V I U S .

Mergus superne nigricans, maculis candidis variis, inferne albus; capite & collo splendide nigris; tænia transversa in collo inferiore albo & nigro

longitudinaliter striata; remigibus & 20 rectricibus nigricantibus.... LE PLONGEON TACHETE.

Colymbus maximus caudatus circa Insulam Jarsey occisus. *Willugh.* Colymbus maximus caudatus alius. *Raj.*

Mergum gutture rubro paululum crassitie superat. Ipsi longitudo $2\frac{1}{2}$ pedes explet. Rostrum $2\frac{1}{2}$ pollices longum est; cauda 2 pollices; digitorum anticorum medius $3\frac{1}{2}$ pollices, extimus $3\frac{2}{3}$ pollices, intimus 3 pollices; posticus 9 lineas. Extremitatum alarum distantia est $3\frac{1}{2}$ pedum; alæ complicatæ ultra caudæ exortum non multum protenduntur. Cauda in apice rotundata. Mandibula superior nigricans, inferior candicans. Pedes, digiti, sicut & ipsorum membranæ, unguesque nigricantes; pedes tamen & digiti in latere interiore nonnihil ad cærulescentem inclinant colorem. Habitat in Mari septentrionali.

† ** 6. MERGUS MAJOR NEVIUS.

Mergus superne niger, maculis candidis varius, inferne albus; capite & collo nigro-virescentibus, violaceo colore variantibus; tæniis transversis in collo inferius & ad latera albo & nigro longitudinaliter striatis; remigibus & 20 rectricibus nigricantibus.... LE GRAND PLONGEON TACHETE.

Mergus maximus Farrensis. *Mus. Worm. Clus. Euf. Nieremb. Jonst. Willugh. Raj. Klein.* Mergus Arcticus seu Farrensis. *Charlet.* Colymbus maximus stellatus nostras. Anser Nostratibus The Embergoose dictus. *Sibbald.* Anser Embergoose dictus *Sibbaldi. Klein.* Ildbrimel. *Clus. Euf. Nieremb. Jonst.* Grand Plongeon de mer de Terre Neuve. *Alb.* Oiseau appellé en Islande Huubryre. *Andersf. Anglice, GREATEST DIVER.*

Crassitie *Anserem domesticum* antecellit. Ipsi longitudo $2\frac{1}{2}$ pedes & 3 lineas æquat. Rostrum $4\frac{1}{2}$ pollices longum est; cauda $2\frac{1}{2}$ pollices; digitorum anticorum medius $4\frac{1}{2}$ pollices, extimus $4\frac{2}{3}$ pollices,
in-

intimus $3\frac{1}{2}$ pollices ; posticus $10\frac{1}{2}$ lineas tantum. Extremitates alarum $4\frac{1}{2}$ pedum intervallo distant ; alæ complicatæ ultra caudæ exortum non multum protenduntur. Cauda in apice rotundata. Rostrum nigrum, attamen in extremitate candicans. Pedes, digiti, sicut & ipsorum membranæ, unguesque nigricant ; pedes tamen & digiti in latere interiore nonnihil ad rubescentem inclinant colorem. Habitat in Mari septentrionali.

O R D O X X I I .

AVES Digitis tribus anticis, membranis integris inter se connexis, digito postico nullo: cruribus circa corpus medium & extra abdomen positis, corpore brevioribus, præditæ.

In hoc Ordine unicum continetur genus, scilicet *Albatri*.

Omnes hujus generis Alites rostro donantur lateraliter compresso ; apice mandibulæ superioris aduncus, inferioris quasi truncato.

XCVIII. Genus *Albatri*.

Hujus character est

Digitis tres antici, membranis integris inter se connexi ; digitus posticus nullus :

Crura circa corpus medium & extra abdomen posita, corpore breviora :

Rostrum lateraliter compressum :

Apex mandibulæ superioris aduncus, inferioris quasi truncatus.

Hujus generis Avium digitus intimus in latere interiore, & digitus extimus in latere exteriori per totam longitudinem membranula donantur. Ipsarum crurum pars infima plumis denudatur.

** I. ALBATRUS.

Albatrus superne fusco—rufescens, nigricante transversim striatus & maculatus, inferne albus; vertice griseo—rufescente; collo superiore & lateribus fusco transversim striatis; alarum marginibus albicantibus; remigibus majoribus nigris, minoribus, rectricibusque plumbeo—nigricantibus. . . . L'ALBATROS.

Diomedea exulans. Linn. Plautus Albatrus. Klein. Albatros. Edwards, avec une figure exacte. Vaisseau de Guerre. Alb.

Magnitudine & crassitie *Onocrotalum* paululum superat. Rostrum, quod solum ex hac Ave observavi, 6 pollices longum est; pluribus partibus inter se connexis conflatum videtur. Nares supra mandibulam superiorem prope caput positæ sunt: constant tubulis figura sua coni æmulis, cujus apex caput spectat, basis vero, in qua naris extat foramen, antrorsum vertitur. Digitorum medius 7 fere pollices æquat: laterales paulo sunt breviores. Membranis quoque exterius obsiti sunt. Extremitatum alarum distantia est 10 fere pedum; alæ complicatæ caudam extremam attingunt. Rostrum ferdide flavicans. Pars crurum plumis denudata, pedes, digiti, sicut & ipsorum membranæ, unguesque carneo colore imbuti. Habitat in *Capite Bonæ Spei*.

O R D O XXIII.

AVES Digitis quatuor, tribus anterioribus membranis integris inter se connexis, postico soluto: cruribus circa corpus medium & extra abdomen positis, corpore brevioribus: & rostro edentulo præditæ.

Inter hujus Ordinis Aves aliæ rostro donantur versus apicem adunco; aliæ rostro recto & la-

teraliter plano præditæ sunt. In duas sectiones eas dividimus: in prima continentur illæ quæ rostrum habent versus apicem aduncum, ut *Puffinus*, *Procellaria*, *Stercorarius*, *Larus*: in secunda vero illæ quæ rostrum habent rectum & lateraliter planum, ut *Sterna*, *Rygchopsalia*.

S E C T I O I.

Eæ quæ rostro donantur versus apicem adunco.

In hac sectione quatuor continentur genera Avium forma rostri a se invicem discrepantium. Aliæ enim rostrum habent subcylindraceum; inter quas in aliis utriusque mandibulæ apex est aduncus, ut in *Puffino*: in aliis apex mandibulæ superioris est aduncus, inferioris quasi truncatus, ut in *Procellaria*: in aliis apex mandibulæ superioris est aduncus, inferioris rotundatus, ut in *Stercorario*: aliæ rostrum habent lateraliter compressum; quarum omnium mandibula inferior est infra angulosâ, ut *Larus*.

XCIX. Genus *Puffini*.

Hujus character est

Digiti quatuor, tres scilicet antici membranis integris inter se connexi; posticus solutus:

Crura circa corpus medium & extra abdomen posita, corpore breviora:

Rostrum edentulum, subcylindraceum:

Apex utriusque mandibulæ aduncus.

Omnium hujus generis Avium digitus intimus in latere interiore, & digitus extimus in latere exteriori per totam longitudinem membranula donatur. Ipsarum crurum pars infima plumis denudatur.

** I. PUFFINUS.

Puffinus superne saturate cinereo—fuscus, inferne albus; remigibus fuscis, interius pro parte vel in
to-

totum candidis ; 12 rectricibus fuscis, laterali-
bus interius candidis. . . . LE PUFFIN.

Puffinus. *Fonst. Willugh. Raj. Sibbald.* Larus piger,
cunicularis. *Klein.* Sterna media, dorso fusco, ven-
tre, uropygio & fronte albidis. *Browne.* Diomedea
Avis. Gesn. Aldrov. bujus icon satis accurata. Fonst.
Willugh. Charlet. Raj. Shear-Water, i. e. Aquæ
superficiem radens. *Raj. Willugh.* *Anglice, MANKS*
PUFFIN.

Cum *Anate* crassitie circiter convenit. Ipsi-
us longitudo $16\frac{1}{2}$ pollices æquat. Rostrum 25 lineas lon-
gum est ; pluribus partibus inter se connexis con-
flatum videtur. Nares, quæ binis constant tubulis
cylindræis, supra mandibulam superiorem prope
caput positæ sunt. Cauda 5 pollices longa est ; pars
crurum plumis denudata 6 lineas ; digitorum antico-
rum medius $1\frac{1}{2}$ pollicem, extimus $1\frac{1}{4}$ pollicem, in-
timus $1\frac{1}{7}$ pollicem ; posticus, qui ungue solummo-
do constat, unius tantum lineæ longitudine pollet.
Extremities alarum $3\frac{1}{4}$ pedum intervallo distant ;
alæ complicatæ ad unius pollicis distantiam ultra
caudam extremam protenduntur. Rostrum flavi-
cans, excepto unco nigricante. Pars crurum plumis
denudata, pedes & digiti, sicut & ipsorum mem-
branæ, flavicant ; ungues vero nigricant. In sep-
tentrionalibus regionibus habitat.

† ** 2. PUFFINUS CINEREUS.

Puffinus superne cinereus, inferne albus ; capitæ
parte posteriore albicante ; remigibus cinereo al-
bis, prioribus nigro variis, intermediis interius,
& corpori finitimis in exortu tantum, candidis ;
12 rectricibus candidis. . . . LE PUFFIN CENDRE.

Crassitie præcedentem circiter æquat. Ipsi-
us longitudo $16\frac{1}{2}$ pollices explet. Rostrum 25 lineas lon-
gum est ; pluribus partibus inter se connexis con-
flatum videtur. Nares, quæ binis constant tubulis
cylindræis, supra mandibulam superiorem prope
ea-

caput positæ sunt. Cauda $4\frac{1}{2}$ pollices longa est; pars crurum plumis denudata 5 lineas; digitorum anticorum medius $1\frac{1}{2}$ pollicem, extimus unum pollicem & $8\frac{1}{2}$ lineas, intimus $16\frac{1}{2}$ lineas; posticus, qui ungue solummodo constat, unius tantum lineæ longitudinem obtinet. Extremitatum alarum distantia est $3\frac{1}{2}$ pedum & 6 linearum; alæ complicatæ ad unius pollicis distantiam ultra caudam extremam protendantur. Rostrum nigrum. Pars crurum plumis denudata, pedes & digiti, sicut & ipsorum membranæ, sunt griseo-fuscescentes; ungues vero nigricantes. In septentrionalibus regionibus habitat.

3. PUFFINUS CAPITIS BONÆ SPEI.

Puffinus in toto corpore fusco-nigricans; remigibus & rectricibus concoloribus. . . . LE PUFFIN DU CAP DE BONNE ESPÉRANCE.

Procellaria æquinoctialis. Linn. Sterna major fusca humile volans. Browne. Plautus Albatros spurius major. Klein. Grand Pierrot, Oiseau de tempête. Edwards, avec une figure exacte. Anglice, LARGER DARK PETERILL.

Corvum crassitie circiter æmulatur. Rostrum 3 circiter pollices longum est; pluribus partibus inter se connexis conflatum videtur. Nares, quæ binis constant tubulis cylindræis 6 circiter lineas longis, supra mandibulam superiorem prope caput positæ sunt. Alæ 15 circiter pollices longæ sunt. Rostrum flavicat. Pars crurum plumis denudata, pedes & digiti, sicut & ipsorum membranæ, fusci; ungues vero nigri. Digitus posticus, qui ungue solummodo constat, 2 linearum longitudinem obtinet. Habitat in Capite Bonæ Spei.

4. PUFFINUS BRASILIENSIS.

Puffinus fusco-nigricans; collo inferiore flavo; remigibus & rectricibus fusco-nigricantibus. . . . LE PUFFIN DU BRÉSIL.

Ma-

Majague. *Pison. Willugh. Raj.*

Magnitudine & crassitie *Anserem* circiter æmuletur. Cujus coloris sint rostrum, pedesque, prorsus me latet. Habitat in *Brasilia*. Circa fluviorum ostia in mari vivit; & in littore nidificat.

C. Genus *Procellariæ*.

Hujus character est
 Digiti quatuor, tres scilicet antici membranis integris inter se connexi, posticus solutus:
 Crura circa corpus medium & extra abdomen posita, corpore breviora:
 Rostrum edentulum, subcylindraceum:
 Apex mandibulæ superioris aduncus, inferioris quasi truncatus.

Omnium hujus generis Avium digitus intimus per totam lateris interioris longitudinem membranula donatur. Ipsarum crurum pars infima plumis denudatur.

† ** I. PROCELLARIA.

Procellaria superne nigricans, inferne cinereo-fusca; rectricibus caudæ superioribus candidis, nigricante terminatis; alarum marginibus cinereo-fusco fimbriatis; remigibus nigricantibus, plerisque in exortu interius candicantibus; 12 rectricibus nigricantibus, tribus utrinque extimis in exortu interius albidis. . . . LE PETREL.

Avis Petri. *Procellaria pelagica. Linn. Procellaria. Moebr. Plautus minimus procellarius. Plautus Albatrosi spurius minimus. Klein. Stromfinck. Clus. Euf. Nieremb. Jonst. Willugh. Pétrel des Anglois. Alb. Petit Pierrot. Edwards, avec une figure peu exacte. Pinson de mer ou de Tempête. Catesb. avec une figure passable. Petit Oiseau appelé Rotje. Andersf. Belgice, ROTJE. Anglice, PETTERIL.*

Cum *Alauda* crassitie circiter convenit. Ipsius lon-

longitudo $5\frac{1}{2}$ pollices explet. Rostrum 6 lineas longum est; pluribus partibus inter se connexis conflatum videtur. Nares, quæ binis constant tubulis cylindraceis, supra mandibulam superiorem prope caput positæ sunt. Cauda $2\frac{1}{2}$ pollices longa est; pars crurum plumis denudata $2\frac{1}{2}$ lineas; digitorum anticorum medius $9\frac{1}{2}$ lineas, extimus $8\frac{1}{2}$ lineas, intimus $7\frac{1}{2}$ lineas; posticus, qui ungue solummodo constat, tres quartas tantum lineæ unius partes longus est. Extremitatum alarum distantia est $12\frac{1}{4}$ pollicum; alæ complicatæ ad 6 linearum distantiam ultra caudam extremam protenduntur. Rostrum, pars crurum plumis denudata, pedes, digiti, sicut & ipsorum membranæ, unguesque nigri. Habitat in Mari septentrionali. In rupibus nidificat; & sæpissime mare altum petit.

† * * 2. PROCELLARIA CINEREA.

Procellaria superne cinerea, inferne alba; capite & collo concoloribus; remigibus plerisque exterius ac in apice cinereis, interius cinereo-albis, vel candidis, corpori finitimis cinereis, sed in exortu interius candidis; 14 rectricibus, 12 intermediis cinereo-albis, utrinque extrema candida. . . .

LE PÉTREL CENDRE.

Haffhert. *Clus. Euf. Nieremb.* Haffhert seu Equus marinus. *Fonst. Willugh.* Germanice, SEEPFERD.

Crassitie *Anatem domesticam* circiter æquat. Ipsi longitudo $1\frac{1}{2}$ pedem & 9 lineas explet. Rostrum 25 lineas longum est; pluribus partibus inter se connexis conflatum videtur. Nares, quæ binis constant tubulis cylindraceis, supra mandibulam superiorem prope caput positæ sunt. Cauda $4\frac{1}{4}$ pollices longa est; pars crurum plumis denudata $7\frac{1}{2}$ lineas; digitorum anticorum medius $2\frac{1}{2}$ pollices, extimus $2\frac{1}{4}$ pollices, intimus $2\frac{3}{4}$ pollices; posticus, qui ungue solummodo constat, $2\frac{1}{2}$ lineas lon-

longus est. Extremitates alarum $3\frac{1}{2}$ pedum & 3 linearum intervallo distant; alæ complicatæ ultra caudam extremam nonnihil extenduntur. Rostrum dilute griseum, exceptis extremitate flavicante & naribus fuscis. Pars crurum plumis denudata, pedes, digiti, sicut & ipsorum membranæ, unguesque grisei. Habitat in Mari septentrionali. In rupibus nidificat.

** 3. PROCELLARIA NÆVIA.

Procellaria alba, superne maculis nigricantibus varia; capite, gutture & collo superiore nigricantibus; remigibus in exortu candidis, versus extremitatem nigricantibus; 14 rectricibus lateralibus in exortu candidis, in extremitate nigricantibus. . . . LE PÉTREL TACHETÉ APPELÉ VULGAIREMENT DAMIER.

Procellaria Capensis. *Linn.* Plautus Albatros spurius minor, e nigro & albo varius. *Klein.* Pierrot tacheté. *Edwards,* avec une figure exacte. *Damier.* *Feuillee.*

Cum *Columba Romana* circiter crassitie convenit. Ipsi longitudo 14 pollices æquat. Rostrum 18 lineas longum est; pluribus partibus inter se connexis conflatum videtur. Nares, quæ binis constant tubulis subcylindraceis, supra mandibulam superiorem prope caput positæ sunt. Cauda 4 pollices longa est; pars crurum plumis denudata 4 lineas; digitorum anticorum medius $2\frac{1}{2}$ pollices; extremus eadem longitudine pollet; intimus $1\frac{1}{2}$ pollicem longus; posticus autem $2\frac{1}{2}$ lineas; ungue enim solo fere constat. Extremitates alarum $2\frac{1}{2}$ pedum intervallo distant; alæ complicatæ ad 11 linearum distantiam ultra caudam extremam protenduntur. Rostrum nigrum. Pedes & digiti, sicut & ipsorum membranæ, nigricantes; ungues vero nigri. Habitat in *Capite Bonæ Spei*.

CI. Genus *Stercorarii*.

Hujus character est

Digiti quatuor, tres scilicet antici membranis integris inter se connexi, posticus solutus:

Crura circa corpus medium & extra abdomen posita, corpore breviora:

Rostrum edentulum, subcylindraceum:

Apex mandibulæ superioris aduncus, inferioris rotundatus.

Omnium hujus generis Avium digitus intimus in latere interiore, & digitus extimus in latere exteriore per totam longitudinem membranula donatur. Ipsarum crurum pars infima plumis denudatur.

** I. STERCORARIUS.

Stercorarius fuscus, superne saturatus, inferne dilutius; remigibus & 12 rectricibus saturate fuscis. . . . LE STERCORAIRE.

Crassitie *Puffinum cinereum* nonnihil antecellit. Ipsius longitudo $1\frac{7}{8}$ pedem æquat. Rostrum $1\frac{1}{4}$ pollicem longum est; pluribus partibus inter se connexis conflatum videtur. Nares sunt oblongæ, & ad latera mandibulæ superioris prope ipsius uncum positæ. Cauda $4\frac{1}{2}$ pollices longa est; pars crurum plumis denudata 6 lineas; digitorum anticorum medius $1\frac{7}{8}$ pollicem, extimus $16\frac{1}{2}$ lineas, intimus 14 lineas; posticus 4 lineas. Extremitates alarum $3\frac{1}{2}$ pedum intervallo distant; alæ complicatæ ad 2 pollicum distantiam ultra caudam extremam protenduntur. Rostrum, pars crurum plumis denudata, pedes, digiti, sicut & ipsorum membranæ, unguesque nigri. In septentrionalibus regionibus habitat.

† ** 2. STERCORARIUS STRIATUS.

Stercorarius superne fuscus, pennis in apice rufescente

fescente marginatis, inferne sordide albus, fusco transversim striatus; capite fusco; guttore fusco-candicante; remigibus & 12 rectricibus in exortu albidis, in reliqua longitudine saturate fuscis. . .

LE STERCORAIRE RAYÉ.

Oiseau Arctique. *Edwards*, avec une figure exacte. *Anglice*, ARCTICK BIRD.

Cum *Procellaria cinerea* crassitie circiter convenit. Ipsius longitudo $1\frac{1}{2}$ pedem & 3 lineas æquat. Rostrum 2 pollices longum est; pluribus partibus inter se connexis conflatum videtur. Nares sunt oblongæ, & ad latera mandibulæ superioris prope ipsius uncum positæ. Cauda 6 pollices longa est; pars crurum plumis denudata 6 lineas; digitorum anticorum medius $1\frac{1}{2}$ pollicem, extimus $1\frac{7}{8}$ pollicem, intimus $16\frac{1}{2}$ lineas; posticus autem $4\frac{1}{2}$ lineas. Extremitatum alarum distantia est $3\frac{1}{2}$ pedum & 3 linearum; alæ complicatæ caudam extremam attingunt. Rostrum corneo colore imbutum, attamen in extremitate nigrum. Pars crurum plumis denudata, pedes & digiti flavicantes; ipsorum membranæ obscuriore colore tinctæ; ungues vero nigricantes. In septentrionalibus regionibus habitat.

3. STERCORARIUS LONGICAUDUS.

Stercorarius superne saturate cinereus, inferne albus; capite superius nigricante; collo candido; imo ventre dilute cinereo; remigibus minoribus saturate cinereis, majoribus, & rectricibus cinereo-nigricantibus, harum binis intermediis longissimis. . . LE STERCORAIRE A LONGUE QUEUE.

Plautus Stercorarius. *Klein*. Larus parasiticus. *Linn*. Larus subfuscus major, vertice nigro, ventre albido, rectricibus intermediis longissimis. *Browne*. Strandt-Jager, id est *κορυθαίονος*. *Raj*. Oiseau Arctique. *Edwards*, avec une figure exacte. *Anglice*, ARCTICK BIRD.

Præcedenti paululum crassitie cedit. Rostrum $1\frac{1}{2}$ pol

pollicem circiter longum est; pluribus partibus inter se connexis conflatum videtur. Nares sunt oblongæ, & ad latera mandibulæ superioris prope ipsius unguem positæ. Cauda 13 pollices longa est; digitorum anticorum medius cum ungue 15 circiter lineas: laterales paulo sunt breviores; posticus autem brevissimus. Alæ unius circiter pedis longitudinem obtinent; & dum complicantur, versus tertiam longitudinis caudæ partem extenduntur. Rostrum rubescens, excepta extremitate nigricante. Pars crurum plumis denudata, pedes & digiti flavi; ipsorum membranæ, unguesque nigricantes. In septentrionalibus regionibus habitat.

CII. Genus *Lari*.

Hujus character est
 Digiti quatuor, tres scilicet antici membranis integris inter se connexi, posticus solutus:
 Crura circa corpus medium & extra abdomen posita, corpore breviora:
 Rostrum edentulum, lateraliter compressum, versus apicem aduncum:
 Mandibula inferior infra angulosa.

Omnium hujus generis Avium pars crurum infimæ plumis denudatur.

** I. L A R U S N I G E R.

Larus superne splendide niger, inferne albus; capite & collo concoloribus; remigibus nigris, in apice albis; rectricibus candidis. . . . LE GOILAND NOIR.

Larus marinus. *Linn.* Larus ingens marinus. *Clus.*
 Larus maximus ex albo & nigro seu cœruleo-nigricante varius. *Willugh.* *Sibbald.* *Raj.* *Rzac.* *Klein.* *Gavia.*
Moabr. Grande Mouette noire & blanche. *Alb.*
Belgice, ZEE-MEUW. *Anglice,* GREAT BLACK AND WHITE GULL.

Anatem moschatam crassitie nonnihil superat. Ipsi-
 us longitudo $24\frac{1}{2}$ pollices explet. Rostrum $3\frac{1}{2}$ pol-
 lices longum est; cauda 6 pollices; pars crurum plu-
 mis denudata 15 lineas; digitorum anticorum me-
 dius $2\frac{1}{2}$ pollices, extimus $2\frac{1}{2}$ pollices, intimus 25
 lineas; posticus sesquipollicem. Extremitates ala-
 rum $5\frac{1}{2}$ pedum & 9 linearum intervallo distant; alæ
 complicatæ ad 2 pollicum distantiam ultra caudam
 extremam protenduntur. Palpebræ sulphureo colo-
 re imbutæ. Rostrum flavum; mandibula tamen in-
 ferior binis utrinque in parte angulosa insignitur
 maculis, quarum superior nigra, inferior vero ru-
 bra. Pars crurum plumis denudata, pedes & digi-
 ti, sicut & ipsorum membranæ, candicantes; un-
 gues vero nigri. Juxta maris littora versatur.

† ** 2. LARUS CINEREUS.

Larus superne cinereus, inferne albus; capite &
 collo concoloribus, alarum marginibus niveis;
 remigibus cinereis, in apice albis, quatuor pri-
 moribus versus apicem nigricantibus, extima ex-
 terius nigricante; 12 rectricibus candidis.... LE
 GOILAND CENDRE.

Præcedenti paululum crassitie cedit. Ipsi-
 us longitudo $17\frac{1}{2}$ pedem æquat. Rostrum $3\frac{1}{4}$ pollices longum est; cauda $7\frac{1}{2}$ pollices; pars crurum plumis denudata unum pollicem; digitorum anticorum medius $2\frac{7}{8}$ pollices, extimus 2 pollices & $3\frac{1}{2}$ lineas, intimus $1\frac{1}{2}$ pollicem; posticus 5 lineas. Extremitates alarum $4\frac{7}{8}$ pedum & 4 linearum intervallo distant; alæ complicatæ ad $1\frac{1}{2}$ pollicis distantiam ultra caudam extremam protenduntur. Rostrum flavicans; mandibulæ tamen inferioris pars angulosa rubet. Pars crurum plumis denudata, pedes & digiti, sicut & ipsorum membranæ, pallide rubri sive carneo colore imbuti; ungues vero ex rubro nigricantes. Juxta maris littora versatur.

** 3. LARUS GRISEUS.

Larus superne griseo-fuscus, inferne albus; capite, collo & uropygio concoloribus; remigibus griseo-fuscis, in apice albis, binis extimis in extremitate nigris; 12 rectricibus candidis. . . . LE GOILAND GRIS.

Larus fuscus. Linn. Larus major, f. Sterna minor. Frisch. *bujus icon satis accurata.* Larus cinereus maximus. Sloane. Willugh. Raj. Sibbald. Klein. Larus cinereus maximus marinus piscator. Marsil. An Larus subtus albus, dorso, rostro & pedibus fuscis? Barr. Burgher-meister Spitsbergenfis Friderici Martensii. Raj. Burgermeester. Plautus præconsul. Klein. Gaviotas de Oviedo. Sloane. Klein. Gouland ou Larus $\lambda\alpha\gamma\alpha\mu\epsilon\lambda\alpha\sigma$; cauda brevissima. Feuillee. Germanice, GROSSE HAFF-MÖWE. Anglice, HER-RING-GULL.

Cum *Anate domestica* crassitie circiter convenit. Iplius longitudo $1\frac{1}{2}$ pedem & 5 lineas æquat. Rostrum unum pollicem & $10\frac{1}{2}$ lineas longum est; cauda $4\frac{1}{2}$ pollices; pars crurum plumis denudata 15 lineas; digitorum anticorum medius $2\frac{1}{2}$ pollices, extimus $2\frac{1}{2}$ pollices, intimus 25 lineas; posticus $5\frac{1}{2}$ lineas. Extremitates alarum $4\frac{1}{2}$ pedum & 6 linearum intervallo distant; alæ complicatæ ad $1\frac{3}{4}$ pollicis distantiam ultra caudam extremam protenduntur. Palpebræ sunt in aliis flavæ, in aliis coccineæ. Oculorum irides lutæ. Rostrum flavum; mandibula tamen inferior in parte angulosa litura ampla rubra utrinque notatur. Pars crurum plumis denudata, pedes & digiti, sicut & ipsorum membranæ, in aliis flavi, in alteris candicantes sive carneo colore pallido imbuti; ungues vero nigri. Juxta maris littora versatur, & lacuum ripas frequentat.

** 4. LARUS FUSCUS.

Larus superne obscure fuscus, capite & collo concoloribus, inferne griseus, fusco transversim striatus;

tus; remigibus majoribus, rectricibusque 12 nigris, rectricibus lateralibus in exortu albidis. . . .
LE GOILAND BRUN.

Larus fuscus. *Klein.* Catarrhactes. *Gesn.* Catharacta. *Aldrov. Jonst. Charlet. Willugh. Raj.* Catarractes noster. *Willugh. Raj. Sibbald.* Mouette brune. *Alb.* Anglice, BROWN GULL.

Crassitie præcedentem nonnihil antecellit. Ipfius longitudo $1\frac{2}{3}$ pedem æquat. Rostrum $2\frac{7}{8}$ pollices longum est; cauda 6 pollices; pars crurum plumis denudata 9 lineas; digitorum anticorum medius $2\frac{1}{2}$ pollices, extimus 2 pollices, intimus $1\frac{2}{3}$ pollicem; posticus $4\frac{1}{2}$ lineas. Extremitatum alarum distantia est $3\frac{1}{2}$ pedum & 6 linearum; alæ complicatæ ad caudam extremam pertingunt. Oculorum irides luteæ. Rostrum nigrum. Pars crurum plumis denudata, pedes & digiti, sicut & ipsorum membranæ, griseo-flavicantes; ungues vero nigri. Maris littora frequentat.

† ** 5. LARUS VARIUS SIVE SKUA.

Larus superne albo & griseo-fusco, inferne albo & griseo varius; gutture candido; remigibus majoribus superne obscure fuscis, subtus cinereis; 13 rectricibus in exortu albis, fusco variegatis, deinde fuscis, albido in apice marginatis. . . . LE GOILAND VARIÉ OU LE GRISARD.

Larus. *Jonst.* Larus major. *Aldrov.* Larus major Aldrovandi, hybernus Baltneri. *Raj.* Larus major Aldrovandi, Ein Winder-Meb, id est, Larus hybernus Leonardi Baltneri. *Willugh.* Larus griseus maximus. *Klein.* Larus cinereus major. *Charlet.* Wagell Cornubiensium. *Willugh. Raj.* Skua. *Clus. Euf. Nieremb. Jonst.* Skua Hoieri. *Clus. Willugh.* Buphagus. *Moeb.* Mallemuck Spitzbergensis Friderici Martensii. *Raj.* Malle-Mucke. *Klein. Anders.* Grande Mouette grise. *Alb.* Caniar, Colin ou Grisard. *Bel.* Anglice, GREAT GREY GULL.

Larus cinereus paululum crassitie cedit. Ipsi-
 gitudo $1\frac{1}{2}$ pedem explet. Rostrum $2\frac{2}{3}$ pollices lon-
 gum est; cauda 6 pollices; pars crurum plumis de-
 nudata unum pollicem; digitorum anticorum medius
 $2\frac{1}{4}$ pollices, extimus $2\frac{1}{2}$ pollices, intimus $1\frac{1}{2}$ pol-
 licem; posticus 5 lineas. Extremitates alarum $4\frac{1}{2}$
 pedum & 6 linearum intervallo distant; alæ compli-
 catae ad $2\frac{2}{3}$ pollicum distantiam ultra caudam extre-
 mam protenduntur. Oculorum irides eleganter gri-
 seæ. Rostrum nigrum. Pars crurum plumis denu-
 data, pedes & digiti, sicut & ipsorum membranæ,
 in aliis candidantes, in aliis aurantii; unguis vero
 nigricantes. Juxta maris littora versatur.

** 6. GAVIA GRISEA.

Larus superne albo & griseo varius, inferne albidus;
 vertice griseo; imo ventre candido; remigibus
 majoribus, rectricibusque 12 obscure griseis,
 exterius rufescente marginatis; rectricibus late-
 ralibus interius maxima parte albis. . . . LA
 MOUETTE GRISE.

Larus chlamyde leucophæa alis brevioribus. *Klein.*
 Goiland ou Larus clamide leucophæa, alis breviori-
 bus. *Feuillée.*

Crassitie *Anatem domesticam* circiter æmulator.
 Ipsi- gitudo $1\frac{2}{3}$ pedem æquat. Rostrum $2\frac{2}{3}$
 pollices longum est; cauda $4\frac{1}{2}$ pollices; pars cru-
 rum plumis denudata 15 lineas; digitorum antico-
 rum medius $2\frac{1}{2}$ pollices, extimus $2\frac{1}{2}$ pollices, inti-
 mus $2\frac{1}{2}$ pollices; posticus 6 lineas. Extremitatum
 alarum distantia est $3\frac{1}{2}$ pedum & 6 linearum; alæ
 complicatae nonnihil ultra tres quartas longitudinis
 caudæ partes extenduntur. Oculi sunt nigri; ipso-
 rum irides fuscæ. Rostrum eleganter luteum,
 in extremitate nigricans. Pars crurum plumis denu-
 data, pedes & digiti, sicut & ipsorum membranæ,
 flavicantes; unguis vero nigricantes. Maris littora
 frequentat.

** 7. GAVIA GRISEA MINOR.

Larus superne albo & griseo varius, inferne albus; remigibus majoribus, rectricibusque 12 nigricantibus, albo terminatis, rectricibus lateralibus interius maxima parte albis. . . . LA PETITE MOUETTE GRISE.

Larus maculatus. *Marsil. hujus icon satis accurata. Klein. An Cephphus? Aldrov. Jonst. Willugh. Raj.*

Gaviam cineream majorem crassitie circiter æquat. Ipsi longitudo $15\frac{1}{2}$ pollices explet. Rostrum $1\frac{1}{2}$ pollicem longum est; cauda $4\frac{1}{2}$ pollices; pars crurum plumis denudata 14 lineas; digitorum anteriorum medius $1\frac{3}{4}$ pollicem, extimus $1\frac{7}{8}$ pollicem, intimus 16 lineas; posticus 3 lineas. Extremitates alarum $2\frac{1}{2}$ pedum intervallo distant; alæ complicatæ ad unius pollicis distantiam ultra caudam extremam protenduntur. Oculi sunt nigri: ipsorum irides candicantes. Rostrum aurantium, excepta extremitate nigra. Pars crurum plumis denudata, pedes, digiti, & ipsorum membranæ, aurantii; ungues vero nigri. Juxta maris littora versatur, & fluviorum, piscinarumque ripas frequentat.

† ** 8. GAVIA CINEREA.

Larus superne cinereus, inferne, & in capitis parte anteriore, niveus; ante oculos plumulis quibusdam nigris, pilorum æmulis; remigibus quinque primis in extremitate nigris, extrema exterior nigra, quarta & quinta alba macula in apice notatis; 12 rectricibus candidis. . . . LA MOUETTE CENDRÉE.

Larus canus. *Linn. Larus rostro nigro. Klein. Larus cinereus minor. Aldrov. Willugh. Larus cinereus alter. Jonst. Larus Americanus ad cyaneum vergens, cervice longiori. Barr. Kessler Leonardi Baltneri. Willugh. Mouette blanche. Alb. Anglice, WHITE WEB FOOTED GULL.*

Columbam Romanam crassitie nonnihil antecellit. Ipsi-
 us longitudo 14 pollices æquat. Rostrum 2 pol-
 lices longum est; cauda $4\frac{5}{8}$ pollices; pars crurum
 plumis denudata 7 lineas; digitorum anticorum me-
 dius $1\frac{1}{2}$ pollicem, extimus $1\frac{7}{8}$ pollicem, intimus 16
 lineas; posticus, qui ungue caret, unicam tantum-
 modo lineam. Extremitates alarum $2\frac{11}{12}$ pedum &
 8 linearum intervallo distant; alæ complicatæ ad
 $1\frac{1}{2}$ pollicis distantiam ultra caudam extremam pro-
 tenduntur. Oculorum irides eleganter griseæ: pal-
 pebræ aurantiæ. Rostrum flavicans, versus ipsius
 exortum nonnihil ad olivaceum inclinans. Pars
 crurum plumis denudata, pedes, & digiti, sicut
 & ipsorum membranæ, aurantii; unguis vero nigri-
 cantes. Flumina & piscinas frequentat.

† ** 9. GAVIA CINEREA MINOR.

Larus superne dilute cinereus, inferne niveus; ca-
 pite & collo concoloribus; macula utrinque pone
 oculos fusca; alarum marginibus & rectricibus
 candidis; remigibus septem primoribus nigro ter-
 minatis, interiusque marginatis, extrema exterius
 nigro fimbriata, sexta & septima alba macula in
 apice notatis; 12 rectricibus candidis.... LA PE-
 TITE MOUETTE CENDREE.

Larus cinereus. *Gesn.* Larus cinereus major. *Aldrov.*
 Larus cinereus primus. *Fonst.* Larus cinereus Jons-
 toni. *Barr.* Larus cinereus, seu Gavia cinerea Al-
 drovandi; Hirundo marina Gesneri. *Rzac.* Larus
 albus major. *Aldrov. Fonst. Willugh. Raj. Sibbald.*
 Larus marinus albus. *Gesn. Rzac.* Mouette blanche.
Bel. Germanice, MEB. Anglice, SECOB.

Præcedenti paululum crassitie cedit. Ipsi-
 us longitudo $13\frac{1}{2}$ pollices æquat. Rostrum $1\frac{1}{2}$ pollicem
 longum est; cauda $4\frac{1}{2}$ pollices; pars crurum plumis
 denudata 10 lineas; digitorum anticorum medius
 16 lineas, extimus 14 lineas, intimus 13 lineas;
 posticus 3 lineas. Extremitates alarum $2\frac{1}{2}$ pedum

intervallo distant; alæ complicatæ ad $1\frac{1}{2}$ pollicis distantiam ultra caudam extremam protenduntur. Rostrum rubro saturatissimo & quodammodo nigro imbutum. Pars crurum plumis denudata, pedes & digiti, sicut & ipsorum membranæ, rubro—aurantii; ungues vero nigricantes. Fluvios & piscinas frequentat.

† ** IO. GAVIA CINEREA MAJOR.

Larus superne dilute cinereus, inferne niveus; capite & collo superioribus, atque alarum marginibus, albis, fusco—maculatis; remigibus sex primoribus in extremitate, quatuor extimis exterius nigris, quinta exterius nigro marginata; binis extimis alba macula versus apicem notatis; 12 rectricibus candidis. . . . LA GRANDE MOUETTE CENDRÉE.

Larus cinereus minor. *Willugh. Raj. Sibbald. Charlet, Klein. Anglice, COMMON SEA-MEW.*

Gaviam cineream paululum crassitie superat. Ipsi longitudo 16 pollices explet. Rostrum $1\frac{1}{2}$ pollicem longum est; cauda 5 pollices; pars crurum plumis denudata 11 lineas; digitorum anticorum medius unum pollicem & $7\frac{1}{2}$ lineas, extimus $1\frac{1}{2}$ pollicem, intimus $14\frac{1}{2}$ lineas; posticus autem $3\frac{1}{2}$ lineas. Extremitates alarum $3\frac{1}{2}$, pedum & 4 linearum intervallo distant; alæ complicatæ ad 3 pollicum distantiam ultra caudam extremam protenduntur. Rostrum fusco—olivaceum, excepta extremitate flavicante. Pars crurum plumis denudata, pedes & digiti, sicut & ipsorum membranæ, fusco—olivacei; ungues vero nigricantes. Flumina, piscinasque frequentat.

† ** II. GAVIA CINEREA NÆVIA.

Larus superne cinereus, inferne niveus; capitis parte anteriore albicante, ante oculos plumulis quibus-

busdam piliformibus nigris; tectricibus alarum superioribus minoribus in exortu cinereis, in apice fusco-nigricantibus, majoribus cinereis, quibusdam fusco-nigricante maculatis; remigibus sex primoribus in extremitate, quatuor extimis exterius nigris, quinta & sexta alba macula in apice notatis; tectricibus 12 candidis, decem intermediis in apice nigris. . . . LA MOUETTE CENDRÉE TACHETÉE.

Larus cinereus Bellonii. *Willugh. Raj.* Larus cinereus piscator. *Klein.* Larus cinereus major Bellonii, Hirundo marina, Vultur piscarius: Gyr-falco marinus aliquibus dictus. *Marfil.* Larus albo-cinereus torque cinereo. *Aldrov. Willugh.* Larus albus. *Fonst.* Larus Kuutge-Gef. *Klein.* Kudge-Ghef Friderici Martensii. *Raj.* An Avis Kittiwake? *Sibbald.* Mouette cendrée, Gavian, Glammet. *Bel.*

Præcedentem crassitie circiter æmulatur. Ipsius longitudo 15 pollices æquat. Rostrum $2\frac{2}{3}$ pollices longum est; cauda $4\frac{1}{2}$ pollices; pars crurum plumis denudata 8 lineas; digitorum anticorum medius $1\frac{1}{2}$ pollicem, extimus $1\frac{1}{2}$ pollicem, intimus 16 lineas; posticus, qui ungue caret, duas tertias lineæ partes longus est. Extremitates alarum $2\frac{1}{2}$ pedum & 6 linearum intervallo distant; alæ complicatæ ad $1\frac{1}{2}$ pollicis distantiam ultra caudam extremam protruduntur. Rostrum nigricat. Pars crurum plumis denudata, pedes & digiti, sicut & ipsorum membranæ, sunt flavo-olivacei; ungues vero nigricantes. Juxta maris littora versatur; fluminaque & piscinas frequentat.

12. GAVIA HYBERNA.

Larus superne cinereus, inferne niveus; capite albo, maculis fuscis vario; collo superiore fusco; tectricibus alarum superioribus minoribus cinereo & nigricante variis; remigibus septem primoribus in extremitate, prima in totum, quatuor sequen-

quentibus exterius nigricantibus; 12 rectricibus candidis, area transversa nigra versus apicem notatis. . . LA MOUETTE D'HYVER.

Larus tridactylus. *Linn.* Larus fuscus seu hybernus. *Willughb. Raj.* Larus hybernus. *Klein.* Larus Brasiliensibus Guaca guacu dictus, *Marcgravii. Raj.* Larus Brasiliensibus Guaca guacu dictus, Lusitanis Gai-vota, *Marcgravii. Willughb.* Guaca guacu Brasiliensibus. *Marcg. Jonst.* An Larus minimus? *Rzac.* An Goiland ou Larus torquatus chlamyde nigra, & pedibus cinereis? *Feuillée.* Petite Mouette d'Irlande. *Alb.* Anglice, WINTER-MEW. *Belgique,* MEEUWE.

Crassitie præcedentem paululum antecellit. Ipsi-
us longitudo $16\frac{1}{2}$ pollices explet. Rostrum 2 pollices
& paulo plus longum est; cauda 5 pollices; pars
crurum plumis denudata, pes & trium digitorum
anticorum medius cum ungue, simul commensurati,
5 circiter pollices: digiti laterales medio paululum
longitudine cedunt; posticus valde brevis est. Ex-
tremities alarum $3\frac{1}{2}$ pedum & 3 linearum interval-
lo distant; alæ complicatæ ad 2 circiter pollicum
distantiam ultra caudam extremam protenduntur.
Oculorum irides avellanæ. Rostrum griseo-fuscum.
Pars crurum plumis denudata, pedes & digiti, sicut
& ipsorum membranæ, griseo-viridescentes; un-
gues vero nigri. Prata humida, paludesque frequen-
tat, & juxta fluviorum ripas versatur.

† ** 13. GAVIA RIDIBUNDA.

Larus superne cinereus, inferne niveus, capitè &
collo supremo cinereo-nigricantibus, ambitu ocu-
lorum albo, (capite anteriore albo maculato, *fæ-*
mina); pennarum scapularium extremitatibus &
alarum marginibus candidis; remigibus sex pri-
moribus in extremitate, tribus extimis exterius
nigris, sexta alba macula in apice notata; 12
rectricibus candidis. . . LA MOUETTE RIEUSE.

Atricilla. Linn. Larus minor, capite nigro, rostro rubro. Klein. Larus major cinereus Baltneri. Raj. Willughb. Larus major cinereus Baltneri; Gavia piscator. Rzac. Mouette rieuse. Catesb. avec une figure passable. Germanice, GROSSERER FISCH FRESSER. Anglice, LAUGHING GULL.

Cum *Gavia cinerea minore* crassitie circiter convenit. Ipsius longitudo $14\frac{1}{2}$ pollices æquat. Rostrum $1\frac{1}{4}$ pollicem longum est; cauda $4\frac{1}{3}$ pollices; pars crurum plumis denudata $8\frac{1}{2}$ lineas; digitorum anteriorum medius $1\frac{1}{2}$ pollicem, extimus $15\frac{1}{2}$ lineas, posticus 4 lineas. Extremitates alarum 3 pedum intervallo distant; alæ complicatæ ad $2\frac{1}{3}$ pollicum; distantiam ultra caudæ extremitatem protenduntur. Rostrum sanguineo colore imbutum. Pars crurum plumis denudata, pedes, digiti, sicut & ipsorum membranæ, unguesque nigricantes.

Fœmina a mare discrepat capite cinereo non ita saturato tincto, & parte capitis anteriore, guttureque albo maculatis.

Aves istæ voce risum quodammodo æmulantur; unde *ridibundæ* nomen. Juxta maris littora versantur.

** 14. GAVIA RIDIBUNDA PHÆNICOPOS.

Larus superne cinereus, inferne niveus; capite fusco-nigricante, oculorum ambitu albo; pennarum scapularium majorum extremitatibus, & alarum marginibus candidis; remigibus decem primoribus albis, nigro utrinque marginatis & terminatis; 12 rectricibus candidis. . . . LA MOUËTTE RIEUSE A PATTES ROUGES.

Larus cinereus alter rostro & pedibus rubris. Aldrov. Rzac. Larus cinereus Ornithologi. Willughb. Raj. Larus cinereus tertius. Jonst. Larus major cinereus. Schwenck. Rzac. Larus albus erythrocephalus. Schwenck Klein. Cephus Turneri. Gesn. Pipixcan, seu Avis furax. Fern. Mouette à tête brune. Alb. Germanice, GROSSER SEE-SCHWALM. Anglice, PEWIT.

Præ-

Præcedentem crassitie circiter æmulatur. Ipsi-
 us longitudo $15\frac{1}{2}$ pollices explet. Rostrum $1\frac{1}{2}$ polli-
 cem longum est; cauda $4\frac{1}{2}$ pollices; pars cru-
 rum plumis denudata 8 lineas; digitorum antico-
 rum medius $1\frac{1}{2}$ pollicem, extimus 15 lineas, in-
 timus 13 lineas; posticus 4 lineas. Extremitates
 alarum 3 pedum intervallo distant; alæ complicatæ
 ad 2 pollicum distantiam ultra caudam extremam
 protenduntur. Oculorum irides avellaneæ; palpe-
 bræ rubræ. Rostrum, pars crurum plumis denu-
 data, pedes & digiti, sicut & ipsorum membranæ,
 sanguineo colore tincti; unguis vero nigricantes.
 Præcedentis instar, voce risum quodammodo æmu-
 latur; unde *ridibundæ* nomen. Juxta maris littora
 versatur; & flumina, piscinasque frequentat.

† ** 15. GAVIA FUSCA.

Larus fuscus; syncipite candicante; capite superiore
 cinereo-albo; tænia utrinque longitudinali supra
 oculos, lineola alba circumdatos, nigricante; re-
 migibus viginti primoribus, & 12 rectricibus fus-
 co-nigricantibus. . . . LA MOUETTE BRUNE.

Larus Americanus minor stolidus, corpore fusco-ruben-
 te, vertice albo D. Sloane. *Raj.* Larus America-
 nus, castaneus, capite albo. *Barr.* Larus, Hirundo
 marina minor capite albo. *Klein.* Hirundo marina
 minor capite albo. *Sloane*, *bujus icon satis accurata*
(rostro & pedibus exceptis). *Raj. Barr.* Sterna sto-
 lida. *Linn.* Anæthetis minor fuscus, vertice cine-
 reo, rostro glabro. *Browne.* Passer stultus. *Euf.*
Nieremb. Fonst. Willugh. Raj. Charlet. Hirondelle
 marine à la tête blanche. *Catesb. avec une figure assez*
exacte. Oiseau appelé Diable ou Diablotin. *Nouv.*
Voy. de l'Amér. Anglice, NODDY.

Sternam majorem paululum crassitie superat. Ipsi-
 us longitudo $14\frac{1}{2}$ pollices æquat. Rostrum $1\frac{1}{2}$ pollicem
 longum est; cauda 5 pollices; pars crurum plumis
 denudata 4 lineas; digitorum anticorum medius
 unum pollicem & $4\frac{1}{2}$ lineas, extimus 14 lineas, in-
 timus

timus 11 lineas; posticus 4 lineas. Extremitates alarum $2\frac{1}{2}$ pedum & 8 linearum intervallo distant; alæ complicatæ ad caudæ extremitatem, excepta 6 linearum distantia, pertingunt. Synciput candicat. Rostrum, unguesque nigricantes. Pars crurum plumis denudata, pedes & digiti, sicut & ipsorum membranæ, fusci. Habitat in *America Septentrionali*. Mare frequentat; quandoque procul a littore discedit; & *Piscibus* victitat.

S E C T I O I I.

Ea quæ rostro donantur recto, lateraliter plano.

Hæc sectio duobus conflatur generibus Avium respectiva mandibularum longitudine a se invicem discrepantium. In aliis enim utraque mandibula æquali longitudine pollet, ut in *Sterna*: in aliis vero mandibula inferior superiore multo longior est, ut in *Rygcropsalia*.

CIII. Genus *Sternæ*.

Hujus character est
 Digiti quatuor, tres scilicet antichi membranis integris inter se connexi, posticus solutus:
 Crura circa corpus medium & extra abdomen posita, corpore breviora:
 Rostrum edentulum, rectum, lateraliter planum:
 Mandibula utraque æqualis longitudinis.

Omnium hujus generis Avium pars crurum infima plumis est denudata. Ipsarum quoque cauda est bifurca.

† ** I. S T E R N A M A J O R.

Sterna superne cinereo-alba, inferne nivea; capite superiore nigro; remigibus cinereo albis, septem primoribus interius versus scapum cinereo-nigricantibus; 12 rectricibus cinereo-albis. . . . LA GRANDE HIRONDELLE-DE-MER.

Sterna.

Sterna. *Gesn.* *Aldrov.* *Fonst.* *Sterna*. *Hirundo* marina. *Willughb.* *Raj.* *Sibbald.* *Linn.* *Rzac.* *Larus* minor; *Sterna* vel *Stirna*. *Gesn.* *Larus* albicans. *Marfil.* *Klein.* *Larus*. *Moeb.* *Larus* minor: s. *Hirundo* marina. *Frisch.* *bujus* icon accurata. *Speürer,* *Baltneri.* *Willughb.* *Klein.* *Patines* de *Oviedo.* *Raj.* *Goiland* ou *Larus* minor melanocephalos. *Feuillée.* *Grande* *Alouette* de mer. *Alb.* *Germanice,* SEE-SCHWALBE. *Belgice,* ICSTERRE. *Anglice,* SEA-SWALLOW.

Craffitie Rallum aquaticum non multum excedit. *Ipsius* longitudo $15\frac{1}{2}$ pollices æquat. *Rostrum* $2\frac{7}{8}$ pollices longum est; *cauda* $5\frac{1}{2}$ pollices; *pars* crurum plumis denudata 6 lineas; *digitorum* anticorum medius unum pollicem, *extimus* $9\frac{1}{2}$ lineas, *intimus* 8 lineas; *posticus* 3 lineas. *Extremitates* alarum $1\frac{1}{2}$ pedis intervallo distant; *alæ* complicatæ ad 15 linearum distantiam ultra *caudam* extremam protenduntur. *Cauda* maxime bifurca. *Rostrum* rubrum. *Pars* crurum plumis denudata, *pedes* & *digiti*, sicut & *ipforum* membranæ, obscure rubri; *ungues* vero nigricantes. *Ex arundinibus* nidum construit; *triaque* quatuorve ova uno incubitu ponit. *Fluvios,* *piscinasque* frequentat.

† ** 2. STERNA MINOR.

Sterna superne cinerea, inferne nivea; *syncipite* albo; *vertice* & *occipitio* nigris; *remigibus* tribus primoribus nigricantibus, *interius* maxima parte albis; *12* *rectricibus* candidis. . . . LA PETITE HIRONDELLE-DE-MER.

Sterna nigra. *Linn.* *Larus* subcinereus, *rostro* & *pedibus* croceis. *Barr.* *Larus* piscator. *Gesn.* *Aldrov.* *Fonst.* *Charlet.* *Willughb.* *Raj.* *Klein.* *Larus* minor cinereus. *Schwenck.* *Klein.* *Larus* minor cinereus; *Larus* piscator. *Gavia* minor. *Larus* fluviatilis. *Rzac.* *Larus* albus minor. *Aldrov.* *Fonst.* *Willughb.* *Fischerlin* *Leonardi* *Baltneri.* *Willughb.* *Petite* *Hirondelle* de mer. *Alb.* *Hirondelle* de mer. *Petite* *Mouette* blanche. *Bel.* *Germanice,* KLEIN SEE-SCHWALBE. *Anglice,* LESSER SEA-SWALLOW.

Cinclum

Cinclum crassitie non multum superat. Ipsi-
 gitudo $8\frac{3}{4}$ pollices explet. Rostrum $18\frac{1}{2}$ lineas lon-
 gum est; cauda $3\frac{3}{4}$ pollices; pars crurum plumis de-
 nudata 2 lineas; digitorum anticorum medius $7\frac{1}{2}$ li-
 neas, extimus 6 lineas, intimus 5 lineas; posticus
 2 lineas. Extremitates alarum $1\frac{1}{2}$ pedis & 8 linea-
 rum intervallo distant; alæ complicatæ ad 8 linea-
 rum distantiam ultra caudam extremam protendun-
 tur. Cauda maxime bifurca. Rostrum rubrum,
 attamen in extremitate nigricans. Pars crurum plu-
 mis denudata, pedes & digiti, sicut & ipsorum
 membranæ, rubri; unguis vero nigricans. Flu-
 mina & piscinas frequentat.

3. STERNA CINEREA.

Sterna cinerea; capite & gutture nigris, aliquando
 candido variis; marginibus alarum & tectricibus
 caudæ inferioribus albis; remigibus & 12 rectri-
 cibus cinereis. . . . L'HIRONDELLE-DE-MER CEN-
 DREE.

Larus cinereus minor. *Marfil.* *Larus fidipes* aliis aliis
 brevioribus. *Aldrov. Jonst. Willugh. Raj.*

Præcedentem paululum crassitie superat. Ipsi-
 gitudo 13 circiter pollices explet. Cauda 4 pol-
 lices longa est. Alæ complicatæ ad caudæ extre-
 mitatem nequaquam pertingunt. Rostrum nigrum.
 Pars crurum plumis denudata, pedes & digiti, sicut
 & ipsorum membranæ, rubri; unguis vero nigri.
 Juxta fluviorum & stagnorum ripas versatur.

† ** 4. STERNA NIGRA.

Sterna superne cinerea, inferne cinereo-nigricans;
 capite & collo superiore nigricantibus; imo ven-
 tre niveo; remigibus & 12 rectricibus cinereis,
 harum utrinque extrema exterius cinereo-alba. . . .
 L'HIRONDELLE-DE-MER NOIRE OU L'ÉPOUVAN-
 TAIL.

Larus niger. *Gesn. Aldrov. Foust. Charlet. Raj. Willugh.*
 Larus minor niger. *Schwenck. Klein.* Larus minor
 niger; Meva nigra. *Rzac.* Larus fidipes primus.
Foust. Larus niger fidipes. *Aldrov. Willugh. Raj.*
 Larus minor fidipes nostras. *Raj.* Larus minimus,
 s. Hirundo lacustris. *Frisch. hujus icon satis accurata.*
 Larus Pyrenaicus totus ater. *Barr.* Meva nigra,
Schwenckfeldii. Brand-Vogel seu Mey-Vogel Leo-
 nardi Baltneri. *Willugh.* Germanice, SCHWARTZER
 MEW. Anglice, SCARE-CROW.

Sternam minorem paululum crassitie superat. Ipsi-
 us longitudo $9\frac{1}{4}$ pollices explet. Rostrum 16 lineas lon-
 gum est; cauda 3 pollices; pars crurum plumis de-
 nudata $3\frac{1}{2}$ lineas; digitorum anticorum medius 10
 lineas, extimus 9 lineas, intimus $6\frac{1}{2}$ lineas; postic-
 us $2\frac{1}{2}$ lineas. Extremitates alarum $1\frac{1}{2}$ pedis inter-
 vallo distant; alæ complicatæ ad $1\frac{2}{3}$ pollicis distan-
 tiam ultra caudam extremam protenduntur. Cauda
 paululum bifurca. Rostrum nigrum. Pars crurum
 plumis denudata, pedes & digiti, sicut & ipsorum
 membranæ, obscure rubri; ungues vero nigri. Mem-
 branæ, quibus digiti inter se connectuntur, sunt val-
 de emarginatæ. Flumina & piscinas frequentat. In-
 ter arundines nidificat; & ova ponit tria vel qua-
 tuor sordide viridia, maculis nigricantibus variega-
 ta, lataque fascia nigra per medium cincta.

** 5. STERNA ATRICAPILLA.

Sterna superne saturate cinerea, inferne alba; ca-
 pite, collo & pectore supremo nigris; oculorum
 ambitu cinereo-albo; remigibus & 12 rectricibus
 saturate cinereis, harum utrinque extrema exterioris
 alba, saturate cinereo marginata. . . . L'HIRON-
 DELLE-DE-MER A TESTE NOIRE OU LE GACHET.

Goiland ou Larus albo-niger Hirundinis cauda. *Feuillee.*
 Petite Hironnelle de mer. *Alb.* Anglice, LESSER
 SEA SWALLOW.

Crassitie præcedentem nonnihil antecellit. Ipsi-
 us lon-

longitudo $9\frac{1}{2}$ pollices æquat. Rostrum $1\frac{1}{2}$ pollicem longum est; cauda $3\frac{1}{2}$ pollices; pars crurum plumis denudata 4 lineas; digitorum anticorum medius 10 lineas, extimus 9 lineas, intimus 7 lineas; posticus 3 lineas. Extremitates alarum $1\frac{1}{2}$ pedis & 10 linearum intervallo distant; alæ complicatæ ad 15 linearum distantiam ultra caudam extremam protenduntur. Cauda maxime bifurca. Rostrum nigrum. Pars crurum plumis denudata, pedes & digiti, sicut & ipsorum membranæ, sunt obscure rubri; ungues vero nigricantes. Fluvios & piscinas frequentat.

† ** 6. STERNA NÆVIA.

Sterna superne fusca, marginibus pennarum rufescentibus, inferne alba, rufescente ad latera adumbrata; basi mandibulæ superioris & sincipite cinereo-albis, pennis rufescente fimbriatis; macula pone oculos nigricante; uropygio dilute cinereo; alarum marginibus candidis; remigibus majoribus interius versus scapum & ad apicem saturate cinereis; 12 rectricibus dilute cinereis, ad apicem saturatioribus & albo-rufescente marginatis, utrinque extima exterius candida. . .
L'HIRONDELLE-DE-MER TACHETÉE.

Larus cinereus fissipes rostro ac pedibus rufescentibus.
Marfil. Rallus Lariformis. *Linn.* Rallus cinereus facie Lari. *Kirr-Meuw. Klein.* Mouette à pieds fendus. *Alb.* *Anglice,* CLOVEN FOOTED GULL.

Cum præcedente crassitie circiter convenit. Ipsius longitudo $10\frac{1}{2}$ pollices æquat. Rostrum 18 lineas longum est; cauda $3\frac{1}{2}$ pollices; pars crurum plumis denudata $4\frac{1}{2}$ lineas; digitorum anticorum medius 13 lineas, extimus unum pollicem, intimus 9 lineas; posticus 4 lineas. Extremitates alarum $2\frac{1}{2}$ pollicum intervallo distant; alæ complicatæ ad $1\frac{1}{2}$ pollicis distantiam ultra caudam extremam protenduntur. Cauda nonnihil bifurca. Rostrum ex fusco nigricat. Pars crurum plumis denudata, pedes,

des, digiti, & ipsorum membranæ, sunt griseo-viridescens; ungues vero nigricantes. Membranæ, quibus digiti inter se connectuntur, sunt valde emarginatæ. Juxta maris littora versatur; fluminæque & stagna frequentat.

† ** 7. STERNA FUSCA.

Sterna superne fusco-nigricans, pennis dorsi rufescente in apice marginatis, inferne fusca; tectricibus alarum inferioribus cinereo-albis; remigibus & 12 rectricibus nigricantibus, illarum duabus corpori vicinis, harum binis intermediis minuta macula rufescente terminatis. . . . L'HIRONDELLE-DE-MER BRUNE.

Crassitie præcedentem paululum antecellit. Ipsi longitudo 11 pollices explet. Rostrum $1\frac{1}{2}$ pollicem longum est; cauda 3 pollices; pars crurum plumis denudata 6 lineas; digitorum anticorum medius 11 lineas, extimus $10\frac{1}{2}$ lineas, intimus 8 lineas; posticus $3\frac{1}{2}$ lineas. Extremitatum alarum distantia est $24\frac{1}{2}$ pollicum; alæ complicatæ caudam extremam fere pertingunt. Cauda nonnihil bifurca. Rostrum griseo-fuscum, excepta extremitate nigricante. Pars crurum plumis denudata, pedes, digiti, & ipsorum membranæ, obscure rubri; ungues vero nigricantes. Habitat in *Dominicensi Insula*.

CIV. Genus *Rygchopsaliæ*.

Hujus character est

Digitus quatuor, tres scilicet antichi membranis integris inter se connexi, posticus solutus:

Crura circa corpus medium & extra abdomen posita, corpore breviora:

Rostrum edentulum, rectum, lateraliter planum:

Mandibula inferior superiore multo longior.

Hujus generis Avium pars crurum infima plumis est denudata.

† ** I. R Y G C H O P S A L I A.

Rygchopsalia superne fusco-nigricans, inferne alba; capite anteriore concolore; remigibus primoribus nigricantibus, interius griseis, aut albo terminatis, sequentibus fusco-nigricantibus, interius albis, aut albido marginatis, corpori finitimis prorsus fusco-nigricantibus; 12 rectricibus, quatuor utrinque extimis candidis, secundum scapi longitudinem fusco notatis. . . . LE BLEC-EN-CISEAUX.

Rygchopsalia dorso nigro, ventre albo. *Barr.* Rygchops nigra. *Linn.* Larus piscator ater, rostro depresso, forcibus referente. *Barr.* Plotus rostro conico inæquali. *Klein.* Phalacrocorax. *Moebr.* Avis Carolinensis rostro cultriformis. *Petiv. hujus rostri icon accurata.* Avis Maderaspatana major, Novaculae facie. *Raj.* Coupeur d'eau. *Catesb. avec une figure très-exacte.* Anglice, CUT WATER.

Cum *Gavia cinerea navia* crassitie circiter convenit. Ipsi longitudo $1\frac{7}{8}$ pedem & 6 lineas æquat. Mandibula superior ab ipsius extremitate ad oris angulos usque $3\frac{1}{2}$ pollices longa est, inferior $4\frac{1}{2}$ pollices; cauda $4\frac{1}{2}$ pollices; pars crurum plumis denudata 9 lineas: digitorum anticorum medius 13 lineas, extimus $11\frac{1}{2}$ lineas, intimus 10 lineas; posticus $4\frac{1}{2}$ lineas. Extremitates alarum $3\frac{1}{2}$ pedum intervallo distant; alæ complicatæ ad 3 pollicum distantiam ultra caudam extremam protenduntur. Cauda valde bifurca. Mandibulæ inferioris margines cultratæ sunt; ipsius margo superior, dum Avis rostrum clausum tenet, sulco in mandibulæ superioris parte infima exarato includitur. Mandibula autem superior est in apice obtusa, inferior quasi quadratim abscissa. Rostrum in exortu rubrum, in reliqua longitudine nigrum. Pars crurum plumis denudata, pedes, digiti, & ipsorum membranæ, rubri; ungues vero nigri. Volando aquæ superficiem radit, & in ea mandibula inferiore introducta, ex

illa cibum, *Pisces* scilicet & *Vermes aquaticos*, extrahit. Habitat in *America*.

A. RYCHOPSALIA FULVA.

LE BEC—EN—CISEAUX FAUVE.

Rychopsalia fulva, rostro nigro. *Barr.* *Rynchops fulva.* *Linn.*

Magnitudine & crassitie præcedentem æmulatur. Ab illa solummodo discrepat corporis superioris colore fulvo in omnibus partibus in quibus præcedens ex fusco nigricat, & rostro penitus nigro. In reliquis cum illa perfecte convenit. Habitat in *Guiana*.

O R D O XXIV.

AVES *Digitis* quatuor, tribus anterioribus membranis integris inter se connexis, postico soluto: cruribus circa corpus medium & extra abdomen positis, corpore brevioribus: & rostro denticulato præditæ.

Hujus Ordinis Avium aliæ rostro donantur subcylindraceo, mandibulæque superioris apice adunco; aliæ rostro superne convexo, inferne planiusculo præditæ sunt. In duas sectiones dividuntur: in prima continentur illæ quæ rostro donantur subcylindraceo; mandibulæ superioris apice adunco, ut *Merganser*: & in secunda illæ quæ rostrum habent superne convexum, inferne planiusculum, ut *Anser*, *Anas*.

S E C T I O I.

Ææ quæ rostro donantur subcylindraceo; mandibulæ superioris apice adunco.

Unico genere, *Merganseris* scilicet, constituitur hæc sectio.

Hujus

Hujus generis Avium rostra sunt, ferræ instar, denticulata.

CV. Genus *Merganseris*.

Hujus character est

Digiti quatuor, tres scilicet antici membranis integris inter se connexi, posticus solutus:

Crura circa corpus medium & extra abdomen posita, corpore breviora:

Rostrum, *ferræ instar*, denticulatum, subcylindraceum:

Mandibula superior in apice adunca.

Omnium hujus generis Avium digitus intimus per totam lateris interioris longitudinem membrana donatur. Ipsarum quoque crurum pars infima plumis est denudata.

† ** I. M E R G A N S E R.

Merganser superne splendide niger, uropygio cinereo (*mas*), cinereus (*fœmina*), inferne albofulvescens; capite & collo supremo obscure viridibus, violaceo colore variantibus (*mas*), sordide rufis (*fœmina*); alarum rectricibus majoribus intermediis a medio ad extremitatem usque candidis, aliis saturate cinereis; remigibus primoribus cinereo-fuscis, plerisque intus dilute cinereis, aliis candidis, corpori vicinis exterius nigro marginatis; 18 rectricibus cinereis, scapo nigricante donatis. . . . L'HARLE.

Merganser. *Gesn. Aldrov. Jonst. Sibbald. Charlet. Marfil. Mus. Worm. Willugh. Raj. Rzac.* Merganser capite nigro. *Frisch. bujus icon satis accurata.* Mergus. *Moebr.* Mergus cirrhatus sive longiroster major. *Gesn. Raj. Aldrov.* Mergus cirrhatus. *Jonst. Barr. Serrator simpliciter. Klein.* Anas raucedula. *Gesn.* Anas raucedula, seu Mergus raucedulus. *Aldrov. Jonst.* An Corvus marinus? *Rzac.* Oye de mer. *Alb. Vautour d'Islande. Andersf.* Germanice, MEER-RACH. *Anglice, GOOSANDER.*

Anatem domesticam paululum crassitie superat. Ipsius longitudo $2\frac{1}{2}$ pedes explet. Rostrum $2\frac{1}{2}$ pollices longum est; cauda 5 pollices; pars crurum plumis denudata 4 lineas; digitorum anticorum medius $2\frac{1}{2}$ pollices; extimus eadem longitudine pollet; intimus 2 pollices & $3\frac{1}{2}$ lineas longus; posticus $8\frac{1}{2}$ lineas. Extremitatum alarum distantia est $2\frac{1}{4}$ pedum; alæ complicatæ ad mediam circiter caudæ longitudinem extenduntur. Pennæ partem capitis superiorem obtegentes reliquas paululum longitudine excedunt, & cristæ in modum eriguntur. Cauda acuta. Oculorum irides sanguineo colore tinctæ. Mandibula superior superius & ad uncum nigra, ad latera obscure rubra; inferior penitus nigra. Pars crurum plumis denudata, pedes, digiti, & ipsorum membranæ, coccinei; ungues vero rubescentes.

Fœmina magnitudine & crassitie cum *mare* circiter convenit; ab illo autem colore discrepat.

Juxta maris littora versantur.

† ** 2. MERGANSER CRISTATUS.

Merganser cristatus, superne splendide niger, uropygio fusco & cinereo-albo transversim & undatim striato (*mas*), cinereus (*fœmina*), inferne albus; capite & collo supremo nigro-violaceis, obscure viridi colore variantibus (*mas*), sordide rufis (*fœmina*); (torque albo *mas*); collo infimo & pectore supremo rufescente, albo & nigro variegatis; tectricibus alarum quibusdam cinereo-fuscis, aliis candidis, aliis fusco-nigricantibus aut fuscis; remigibus undecim primoribus fusco-nigricantibus, sequentibus pro maxima parte candidis, aut albis nigro marginatis, aut fuscis; 18 rectricibus fuscis, exterius ad margines cinereo-albo variegatis. . . L'HARLE HUPE.

Merganser. *Mergus fuscus*. Linn. *Mergus* quem Bellonius gallice Herle vocat. *Fonst.* *Mergus cirratus fuscus*. Willughb. Raj. *Mergus cirratus fuscus*; Anas lon-

longirostra Gesneri; Serula Venetorum. *Rzac.* Mergus longiroster minor. *Gesn.* Mergus longirostrus. *Jonst. Charlet. Barr.* Anas longirostra. *Gesn.* Anas longirostra, sive Mergus longiroster. *Aldrov.* Anas longirostra prima. Anas longirostra secunda. *Schwenck.* Anatis species, Herle seu Harle Gallis dicta. *Aldrov.* Serrator cirratus. *Klein.* Herle. *Bel. Jonst.* Harle. *Alb.* Plongeon à la poitrine rouge. *Edwards,* avec une figure assez exacte du mâle. *Germanice,* GROSSE LANGSCHNAEBLICHT. *Anglice,* LESSER CORMORANT.

Præcedenti paululum crassitie cedit. Ipsi longitudo $1\frac{1}{2}$ pedem & 6 lineas æquat. Rostrum $2\frac{2}{3}$ pollices longum est; cauda $3\frac{2}{3}$ pollices; pars crurum plumis denudata $3\frac{1}{2}$ lineas; digitorum anticorum medius $2\frac{1}{2}$ pollices, extimus 2 pollices & $6\frac{1}{2}$ lineas, intimus 2 pollices & sesquilineam; posticus 9 lineas. Extremitates alarum $2\frac{7}{8}$ pedum & 6 linearum intervallo distant; alæ complicatæ mediam circiter caudam pertingunt. Pennæ summum caput vestientes sunt valde graciles, flexibiles, longissimæ, elegantissimamque cristam retrorsum dependentem efficiunt. Cauda in extremitate acuta. Mandibula superior in aliis nigra, in aliis rubescens; inferior rubra. Pars crurum plumis denudata, pedes, digiti, sicut & ipsorum membranæ, unguesque rubri.

Fœmina magnitudine & crassitie cum mare circiter convenit; ab illo autem colore discrepat. Mandibula superior superne ex fusco viridescit, ad latera rubet; inferior est penitus rubra. Pars crurum plumis denudata, pedes, digiti, sicut & ipsorum membranæ, unguesque rubro-aurantii.

Juxta maris littora versantur.

† ** 3. MERGANSER CRISTATUS MINOR SIVE ALBELLUS.

Merganser cristatus, superne splendide niger, inferne albo-argenteus; capite & collo candidis;

crista partim candida partim obscure viridi—violacea; macula per oculos nigro—viridescente; torque semicirculari in collo superiore nigro, simili in collo inferiore; lateribus cinereo—albis, tæniolis fuscis undatim variegatis; scapularibus superioribus candidis, nigro exterius marginatis; rectricibus alarum quibusdam nigricantibus, aliis candidis; remigibus decem primoribus nigricantibus, sequentibus concoloribus sed violaceo aut albo variis, corpori finitimis, & 16 rectricibus cinereis (*Mas*).

Merganser superne cinereo—fuscus, inferne albo—argenteus; partibus capitis & colli supremi superioribus fulvis; gutture albo; colli inferioris infima parte cinereo—alba. (*Fœmina*).... LE PETIT HARLE HUPE OU LA PIETTE.

Albellus. *Linn.* Mergus varius major, vulgo Mergus Rheni & Monialis alba. *Gesn.* Mergus Rhenanus, quibusdam Monialis alba. *Charlet. Jonst.* Mergus Rheni. *Aldrov. Willugh. Raj.* Mergus varius. Mergus alius major cirrhatus. *Gesn. Aldrov.* Mergus major cirratus *Gesneri. Raj.* Mergus major. *Jonst.* Mergus varius, qui Monialis fusca dicitur. *Gesn. Aldrov.* Mergus Argentinensis. *Gesn. Aldrov.* Mergus mustelaris. Anas seu Mergus, quem vulgo Miseni mustelarem appellant. *Gesn.* Anas crucifera. *Frisch. bujus icon accurata.* Anas longirostra quinta. Anas longirostra septima. *Schwenck.* Anas Albella. *Klein.* Albellus aquaticus. *Aldrov. Jonst.* Albellus alter, seu Mergo mustelari leucomelano congener. *Aldrov. Willugh.* Serrator minimus. *Klein.* Piette. *Bel.* Plongeon de mer. *Alb.* Germanice, WYSSSE NONN. Anglice, SMEW.

Craffitie *Querquedula* paululum antecellit. Ipfius longitudo $1\frac{1}{2}$ pedem explet. Rostrum 16 lineas longum est; cauda $3\frac{1}{4}$ pollices; pars crurum plumis denudata $2\frac{1}{2}$ lineas; digitorum anticorum medius 25 lineas, extimus 2 pollices, intimus $1\frac{1}{2}$ pollicem; posticus $7\frac{1}{2}$ lineas. Extremitatum alarum distantia est

est 2 pedum; alæ complicatæ ad tertiam circiter caudæ partem extenduntur. Cauda in apice rotundata. Rostrum, pars crurum plumis denudata, pedes & digiti, sicut & ipsorum membranæ, ex plumbeo colore viridescunt; ungues vero nigricant.

Fœmina crassitie paululum mari cedit.

Juxta maris littora versantur; fluviisque & piscinas frequentant. *Piscibus & Insectis aquaticis* vescuntur.

4. MERGANSER LEUCOMELANUS.

Merganser superne niger, inferne albus; rectricibus alarum plerisque albis; remigibus majoribus nigris, minoribus candidis; rectricibus fuscis....

L'HARLE BLANC ET NOIR.

Mergus alter. *Aldrov.* Aliud Mergi genus. *Gesn.* *Anas longirostra* sexta. *Schwenck.* Tiers. *Bel.* *Germanice,* WISSE TUCH-ENT.

Cum *Mergansere cristato* crassitie circiter convenit. Ipsius longitudo $1\frac{1}{2}$ pedem & 6 lineas explet. Rostrum 4 pollices longum est. Rostrum, pars crurum plumis denudata, pedes & digiti, sicut & ipsorum membranæ, rubri. Habitat in *Germania*, ibique piscinas frequentat.

5. MERGANSER NIGER.

Merganser superne niger, inferne albus; collo spadiceo; tænia transversa in alis candida, remigibus majoribus, rectricibusque nigris.... L'HARLE NOIR.

Mergus niger. *Gesn.* *Aldrov.* *Fonst. Barr.* *Anas longirostra* tertia. *Schwenck.* *Germanice,* SCHWARZER TEUCHER.

Magnitudine & crassitie *Anatem domesticam* circiter æmulatur. Rostrum, pars crurum plumis denudata, pedes, digiti, sicut & ipsorum membranæ, unguesque nigri. Habitat in *Germania*, ibique flumina & piscinas frequentat.

6. MER-

6. MERGANSER STELLATUS.

Merganser superne fusco-nigricans, inferne albus; capite superiore spadiceo; macula per oculos nigra, infra oculos stellata candida; rectricibus alarum superioribus albis; remigibus quatuordecim primoribus nigris, sequentibus candidis, corpori finitima nigra; 16 rectricibus fusco-nigricantibus... L'HARLE ETOILÉ.

Mergus minutus. Mergus melanoleucus. *Linn.* Mergus albus. *Gesn. Aldrov. Jonst.* Alterum Mergi varii Genus. *Gesn.* Tertium Mergi varii Genus, seu Mergus Glacialis. *Aldrov.* Mergus Glacialis. *Jonst. Willughb. Charlet. Raj.* Anas stellata. *Klein.* Râle d'eau. *Alb.* Germanice, YSENTLE. Belgice, PYLSTERT. Anglice, WEAZEL COOT.

Cum *Querquedula* crassitie circiter convenit. Ipfius longitudo 16 circiter pollices æquat. Extremitatum alarum distantia est 2 circiter pedum; alæ complicatæ tertiam caudæ partem usque protenduntur. Cauda in apice rotundata. Rostrum nigrum. Pars crurum plumis denudata, pedes, digiti, & ipsorum membranæ, in aliis nigri, in aliis pallide aurantii; ungues vero nigri. Flumina & piscinas frequentat.

† ** 7. MERGANSER CINEREUS.

Merganser cristatus, superne cinereus, pennis colli & uropygii cinereo-albo in apice marginatis, inferne albo-fulvescens; capite & collo supremo spadiceis; gutture albo; remigibus decem primoribus cinereo-fuscis, sequentibus interius albidis, ac quibusdam prorsus candidis, excepta in extremitate macula cinerea, corpori vicinioribus, & 20 rectricibus cinereis.... L'HARLE CENDRÉ OU LE BIEVRE.

Mergus vertice & collo rubentibus. *Barr.* Mergus ruber. *Gesn. Aldrov. Jonst. Charlet.* Merganser capite rufo. *Frisch.* hujus icon satis accurata. Castor seu

seu Fiber Bellonii. *Aldrov.* Bièvre Oiseau. *Bel.*
Germanice, ROTER TEUCHER. *Anglice*, RED-HEA-
 DED DIVER.

Craffitie *Anatem domesticam* paululum antecellit. Ipsi-
 us longitudo $1\frac{1}{2}$ pedem æquat. Rostrum 2 pol-
 lices & $4\frac{1}{2}$ lineas longum est; cauda $4\frac{1}{2}$ pollices;
 pars crurum plumis denudata 3 lineas; digitorum
 anticorum medius $2\frac{1}{2}$ pollices, extimus $2\frac{1}{2}$ polli-
 ces, intimus 25 lineas; posticus 7 lineas. Extremi-
 tates alarum $2\frac{1}{2}$ pedum intervallo distant; alæ com-
 plicatæ tertiam circiter caudæ partem attingunt.
 Pennæ omnes caput superius obtegentes sunt gra-
 ciles, longissimæ, elegantemque cristam efficiunt.
 Cauda in apice rotundata. Mandibula superior fus-
 ca, inferior rubra. Pars crurum plumis denudata,
 pedes, digiti, sicut & ipsorum membranæ, ungues-
 que rubescentes. *Piscibus* vescitur. Fluvios, pisci-
 nasque frequentat.

8. MERGANSER VIRGINIANUS CRISTATUS.

Merganser cristatus superne nigricans, inferne al-
 bus, imo ventre fusco; capite & collo nigris;
 crista orbiculari nigra, utrinque in medio candi-
 da; remigibus minoribus nigricantibus, exterius
 albo marginatis, majoribus, rectricibusque fus-
 cis. (*Mas*).

Merganser cristatus, in toto corpore fuscus; crista
 orbiculari. (*Fœmina*)... L'HARLE HUPÉ DE
 VIRGINIE.

Mergus cucullatus. *Linn.* Serrator cucullatus. *Klein.*
 Ecatototl seu Avis venti. *Fern. Raj.* Avis venti.
Euf. Nieremb. Avis venti, Heatotolt. *Willugh.*
Fonst. Heatototl altera. *Euf. Nieremb. Fonst. Wil-*
lugh. Canard hupé. *Catesb. avec une figure exacte.*
Anglice, ROUND-CRESTED DUCK.

Anati domesticæ paululum craffitie cedit. Ipsi-
 us longitudo $16\frac{1}{2}$ pollices circiter æquat. Rostrum $2\frac{1}{2}$
 pollices longum est; cauda 4 pollices; pars crurum plu-
 plu-

plumis denudata $3\frac{1}{2}$ lineas; digitorum anticorum medius 25 lineas, extimus 2 pollices, intimus $1\frac{1}{2}$ pollicem; posticus $6\frac{1}{2}$ lineas. Alæ complicatæ ad tres circiter quartas caudæ partes extenduntur. Pen-næ partem capitis superiorem obtegentes maxima longitudine pollent, & crassam efficiunt cristam orbicularem. Oculorum irides luteæ. Rostrum nigrum. Pars crurum plumis denudata, pedes, digiti, & ip-sorum membranæ, griseo—fusci; ungues vero ni-gricantes.

Fœmina a *mare* discrepat colore in universo copo-re fusco. Cristam gerit *maris* crista minorem & penitus fuscam.

Habitant in *Virginia*, *Carolina* & *Mexico*; flumi-naque & stagna frequentant.

S E C T I O II.

Eæ quæ rostro donantur superne convexo, inferne planiusculo.

Duo in hac sectione continentur genera Avium, latitudine rostri respectivè ad ipsius crassitiem a se invicem discrepantium. In aliis enim rostri crassities latitudinem æquat, ut in *Anserè*: in aliis rostri latitudo crassitiem superat, ut in *Anatè*.

In omnibus hujus sectionis Avibus rostri apex un-guiculatus est & obtusus. Ipsarum rostra sunt, limæ instar, denticulata.

CVI. Genus *Anserinum*.

Hujus character est

Digiti quatuor, tres scilicet antichi membranis inte-gris inter se connexi, posticus solutus:

Crura circa corpus medium & extra abdomen po-sita, corpore breviora:

Rostrum, *limæ instar*, denticulatum, superne con-convexum, inferne planiusculum, ipsius crassities

latitudinem æquans; ipsius apex unguiculatus, obtusus.

Omnium hujus generis Avium digitus intimus per totam lateris interioris longitudinem membranula donatur. Ipsarum crurum pars infima plumis denu-
datur.

** I. ANSER DOMESTICUS.

Anser versicolor, 18 rectricibus. . . . L'OYE DO-
MESTIQUE.

Anser versicolor non cirratus. *Barr.* Anser. *Gesn. Rzac. Cbarlet. Frisob. bujus icon accurata.* Anser domesti-
cus. *Gesn. Aldrov. Schwenck. Jonst. Willugh. Raj. Sloane. Sibbald. Prosper. Alp.* Anser domesticus,
rusticus. *Klein.* Anser domesticus. *Lin.* Anas.
Moebr. Cygnus subcinereus subtus albidus, rostro
recto latiusculo. *Browne.* Oye privée. Oye, Jars.
Bel. Germanice, GANSS. Belgice, GANS. Anglice, Goose.

Ad Gallo-pavonis crassitiem accedit. Ipsius lon-
gitudino $2\frac{1}{2}$ pedes & 3 lineas æquat. Rostrum $2\frac{1}{2}$
pollices longum est; cauda 6 pollices; pars crurum
plumis denudata 8 lineas; digitorum anticorum me-
dius $3\frac{1}{2}$ pollices, extimus $3\frac{1}{2}$ pollices, intimus 3
pollices; posticus 10 lineas. Extremitates alarum
 $5\frac{1}{2}$ pedum intervallo distant; alæ complicatæ tres
quartas caudæ partes attingunt. Color in illo ut in
reliquis Avibus domesticis varius. Alii enim sunt pe-
nitius candidi: alii in universo corpore superiore ci-
nerei: alii cinereo-fusci: alii albo, cinereo, &c.
variegati; in toto autem corpore inferiore candidi.
Cauda in apice rotundata. Oculorum irides rube-
scentes. Rostrum, pars crurum plumis denudata,
pedes & digiti, sicut & ipsorum membranæ, in ju-
nioribus lutei, in adultis rubri; ungues vero ni-
gricantes.

Hujus speciei varietas est.

** A.

** A. ANSER CRISTATUS.

L'OYE HUPÉE.

Anser versicolor cirratus. Barr.

A præcedente non discrepat nisi pennis summum caput vestientibus reliquis longioribus, & cristam efficientibus.

** 2. ANSER SYLVESTRIS.

Anser superne cinereo-fuscus, marginibus pennarum dilutioribus, inferne albidus, imo ventre nivo; rectricibus alarum superioribus minimis dilute cinereis; remigibus primoribus exterius ad duas tertias longitudinis partes griseis, in reliqua parte nigricantibus, sequentibus exterius griseis, interius fuscis; 12 rectricibus nigricantibus, exterius & in apice albo fimbriatis, utrinque extrema penitus candida. . . . L'OYE SAUVAGE.

Anser cinereus corpore subrotundo. *Barr.* *Anser sylvestris.* *Frisch. hujus icon accurata. Prosp. Alp.* *Anser ferus sylvestris vel immansuetus. Anser ferus. Gesn. Aldrov. Schwenc. Jonst. Willugh. Raj. Charlet. Sibbald. Rzac. Marfil.* *Anser ferus simpliciter. Klein.* *Anser ferus alius, sive tertius sylvestris, sive Flandricus. Aldrov.* *Anser palustris noster, Grey Lag dictus. Raj.* *Anser ferus. Linn.* *Tlalacatl, seu Anser montanus. Fern.* *Oye sauvage. Bel. Alb. Kolbe.* *Germanice, WILDE GANSS. Anglice, WILD GOOSE.*

Præcedenti paululum crassitie cedit. Ipsius longitudo $2\frac{2}{3}$ pedes & 6 lineas explet. Rostrum $2\frac{1}{2}$ pollices longum est; cauda $5\frac{1}{2}$ pollices; pars crurum plumis denudata 7 lineas; digitorum anticorum medius $3\frac{1}{4}$ pollices, extimus $3\frac{1}{2}$ pollices, intimus 3 pollices; posticus 9 lineas. Extremitatum alarum distantia est $5\frac{1}{2}$ pedum; alæ complicatæ ad tres quartas caudæ partes extenduntur. Cauda in apice rotundata. Oculorum irides rubescentes. Rostrum

ab

ab ipsius exortu mediam longitudinem usque nigricans, deinde croceum, & tandem in extremitate nigrum. Pars crurum plumis denudata, pedes & digiti, sicut & ipsorum membranæ, luteo—aurantii; unguis vero nigricans. Stagna & paludes frequentat.

3. ANSER SEPTENTRIONALIS SYLVESTRIS.

Anser superne griseo—fuscus, marginibus pennarum dilutioribus, inferne albus, maculis nigris variis; plumulis basim mandibulæ superioris ambientibus albis; remigibus nigricantibus, minoribus griseo marginatis; 18 rectricibus griseo—fuscis, dilutiore colore fimbriatis. . . . L' OYE SAUVAGE DU NORD.

Anser erythropus. Anser Canadensis fuscus maculatus. Linn. An Anserinum genus aliud? *Marfil.* Oie moqueuse. *Edwards, avec une figure exacte.* *Anglice,* LAUGHING-GOOSE.

Cum *nestrate* crassitie circiter convenit. Ipsi-
us longitudo $2\frac{1}{2}$ pedes circiter æquat. Rostrum $2\frac{1}{2}$
pollices circiter longum est; cauda 6 pollices;
pars crurum plumis denudata 10 lineas; digi-
torum anticorum medius $3\frac{1}{2}$ pollices, extimus 3
pollices, intimus $2\frac{1}{2}$ pollices; posticus 10 lineas.
Alæ complicatæ nonnihil ultra tres quartas caudæ
partes extenduntur. Cauda in apice rotundata.
Rostrum, pars crurum plumis denudata, pedes &
digiti, sicut & ipsorum membranæ, rubri; unguis
vero nigri. In *Septentrionalibus* regionibus habitat.

† ** 4. ANSER CANADENSIS SYLVESTRIS.

Anser superne griseus, marginibus pennarum dilu-
tioribus, inferne cinereo—albus, imo ventre can-
dido; capite & collo nigris, ad violaceum ver-
gentibus; genis & gutture tænia alba, ad occi-
pitium producta, insignitis; remigibus primori-
bus nigricantibus, exterius pro parte griseis;
Tom. II. E e se₂

sequentibus exterius griseis, interius fuscis, corpori finitimis prorsus griseis; uropygio, rectricibusque 18 nigricantibus. . . . L'OYE SAUVAGE DE CANADA.

Anser Canadensis. Willughb. Raj. Klein. Sloane. Anser Canadensis. Linn. Oye de Canada. Catesb. avec une figure exacte de la tête & du col. Oie de Canada. Edwards, avec une figure exacte. Anglice, CANADA GOOSE.

Anserem domesticum paululum crassitie superat. Ipsi-
us longitudo $3\frac{5}{7}$ pedes & 9 lineas explet. Ros-
trum $2\frac{1}{2}$ pollices longum est; cauda $7\frac{1}{2}$ pollices; pars
crurum plumis denudata 8 lineas; digitorum anti-
corum medius $3\frac{1}{2}$ pollices, extimus $3\frac{7}{8}$ pollices,
intimus 3 pollices; & posticus unum pollicem.
Extremitates alarum $5\frac{1}{2}$ pedum intervallo dis-
tant; alæ complicatæ ad duas tertias caudæ partes
extenduntur. Oculorum irides avellanæ: palpe-
bræ ad margines candidæ. Rostrum nigricans. Pars
crurum plumis denudata, pedes & digiti, sicut &
ipforum membranæ, plumbeo colore saturato im-
buti; ungues vero nigricantes. Habitat in America
Septentrionali regione.

5. ANSER SYLVESTRIS Freti HUDSONIS.

Anser superne obscure fuscus, pectore concolore,
inferne albus, fusco adumbratus; capite & collo
candidis, vertice rufescente, collo superiore ni-
gricante maculato; uropygio dilute cinereo-cæ-
rulescente; remigibus nigricantibus, minoribus
exterius cinereo marginatis; 18 rectricibus ob-
scure fuscis, cinereo fimbriatis. . . . L'OYE SAU-
VAGE DE LA BAYE DE HUDSON.

Anser cærulescens. Linn. Oie aux ailes bleuës. Ed-
wards, avec une figure exacte. Anglice, BLUE-
WINGED GOOSE.

Nostratem crassitie circiter æmulatur. Ipsi-
us lon-
gitude

gītudo $2\frac{7}{8}$ pedes circiter æquat. Rostrum 2 pollices longum est; cauda $5\frac{1}{2}$ pollices; pars crurum plumis denudata 7 lineas; digitorum anticorum medius 3 pollices; extremus $2\frac{1}{2}$ pollices longus, intimus $2\frac{1}{4}$ pollices; posticus 9 lineas. Alæ complicatæ nonnihil ultra tres quartas caudæ partes extenduntur. Cauda in extremitate rotundata. Rostrum, pars crurum plumis denudata, pedes & digiti, sicut & ipforum membranæ, rubri; ungues vero nigri. Habitat in *Freto Hudsonis*.

6. ANSER MOSCOVITICUS.

Anser superne obscure fuscus, marginibus pennarum dilutioribus, inferne albus; tuberculo in exortu rostri carnosio, aurantio, albo marginato; palleari in gutture pendulo; (capite & collo supremo fuscis, *mas*); (capite, collo & pectore fulvis, *fæmina*); alarum tectricibus & remigibus albis; (his in *fæmina* fuscis); reetricibus obscure fuscis, albido fimbriatis. . . . L'OYE DE MOSCOVIE.

Anser Rufficus. *Klein.* Cygnoides Orientalis. *Linn.*
Oye de Moscovie. *Alb.* Anglice, MUSCOVIAN GANDER.

Anserem domesticum crassitie superat. Ipsius longitudo $3\frac{1}{2}$ pedes & 6 lineas explet. Extremitates alarum $5\frac{1}{2}$ pedum & 6 linearum intervallo distant. Cauda in apice rotundata. Oculorum irides eleganter luteæ. Rostrum aurantium. Pars crurum plumis denudata, pedes & digiti, sicut & ipforum membranæ, eleganter aurantii; ungues vero nigri.

Fæmina magnitudine paululum *mari* cedit. Ab illo coloribus quoque discrepat, & tuberculum carnosum, in mandibulæ superioris exortu positum, non in hac tantam crassitiem obtinet.

Habitant in *Moscovia*.

** 7. ANSER GUINEENSIS.

Anser superne griseo-fuscus, marginibus pennarum

dilutioribus, inferne albus; tænia inter rostrum & oculos candida, basim rostri ambiente; tuberculo in exortu rostri carnosio luteo—aurantio; paleari in gutture pendulo; tænia a capite ad dorsum per summum collum fusca; collo inferiore & pectore fulvis; remigibus majoribus fusco—nigricantibus, minoribus griseis, albido exterius & in apice marginatis; 18 rectricibus griseo—fuscis, albido fimbriatis. . . . L'OYE DE GUINÉE.

Anser Hispanicus, an potius Guineensis. *Willugh. Klein.*
 Anser Hispanicus seu Cygnoides. *Marfil.* Anser
 cygneus Guineensis. *Raj.* Anser Chinesiensis.
Frisch. bujus icon satis accurata, & insuper capitis icon accurata. Cygnus subfuscus, collo longiori, rostro latiori basi gibbo. *Browne.* Cygnoides australis.
Linn. Oye d'Espagne. *Alb.* *Anglice, SWAN-GOOSE.*

Cum præcedente crassitie circiter convenit. Ipfus longitudo $3\frac{1}{2}$ pedes & 4 lineas æquat. Rostrum 3 pollices longum est; cauda 7 pollices; pars crurum plumis denudata 8 lineas; digitorum anticorum medius $3\frac{1}{2}$ pollices, extimus $3\frac{1}{2}$ pollices, intimus $2\frac{1}{2}$ pollices; posticus 10 lineas. Extremitates alarum $5\frac{1}{2}$ pedum & 6 linearum intervallo distant; alæ complicatæ nonnihil ultra tres quartas caudæ partes extenduntur. Cauda in apice rotundata. Oculorum irides rubescunt. Rostrum luteo—aurantium. (In quibusdam individuis rostrum, tuberculumque carnosum nigricant.) Pars crurum plumis denudata, pedes & digiti, sicut & ipsorum membranæ, aurantii; ungues vero nigricantes. Habitat in *Guinea*.

8. ANSER GAMBENSIS.

Anser superne obscure purpureus, inferne albus; tuberculo in exortu rostri carnosio rubro; alis in anteriore parte calcari præditis. . . . L'OYE DE GAMBIE.

Anser

Anser Gambensis. Willughb. Raj. Anser Chilenfis,
Klein. Anglice, GAMBO-GOOSE.

Craffitie *Anatem moschatam* adæquat; sed cruribus donatur magis elongatis. Ab aliis hujus generis speciebus præcipue differt calcari quodam in utriusque alæ anteriori parte, posito. Rostrum rubrum. Pars crurum plumis denudata, pedes, digiti, & ipsorum membranæ, rubescunt. Habitat in *Gambensi* regno.

† ** 9. ANSER ÆGYPTIACUS.

Anser superne obscure, inferne dilute rufescens, fusco transversim & undatim striatus; vertice albo; macula per oculos, & plumulis basim rostri ambientibus dilute castaneis; gutture sordide albicante, castaneo maculato; macula in pectore infimo castanea; uropygio splendide nigro; ventre sordide albo; tectricibus alarum superioribus albis, majoribus tænia transversa nigra notatis; remigibus primoribus nigris, plerisque exterius viridi-aureis, violaceo colore variantibus, sequentibus exterius castaneis, interius griseo-fuscis; 14 tectricibus nigris, exterius superne viridi colore variantibus. . . . L'OYE D'EGYPTE.

Anser Hispanicus parvus. Raj. Ganfer des Anglois.
Alb.

Anatem moschatam craffitie non multum excedit. Ipsius longitudo $2\frac{1}{2}$ pedes & 6 lineas æquat. Rostrum 25 lineas longum est; cauda $5\frac{1}{2}$ pollices; pars crurum plumis denudata 9 lineas; digitorum anticorum medius $3\frac{1}{2}$ pollices, extimus $2\frac{1}{2}$ pollices, intimus $2\frac{1}{2}$ pollices; posticus 13 lineas. Extremitatum alarum distantia est $4\frac{1}{2}$ pedum; alæ complicatæ caudam extremam fere pertingunt. Cauda in extremitate obtusa. Oculorum irides albidæ: palpebræ rubescentes. Rostrum rubrum, exceptis tamen ipsius extremitate, narium ambitu & mandibulæ

bulæ superioris superiore parte, in exortu, nigris. Pars crurum plumis denudata, pedes & digiti, sicut & ipforum membranæ, rubri; ungues vero nigricantes. Piscinas frequentat.

10. ANSER NIVEUS.

Anser in toto corpore albus; remigibus quatuor vel quinque primoribus nigris, cæteris & rectricibus candidis. . . . L'OYE DE NEIGE.

Anser grandinis. *Schwenck.* Anser grandinis, nivis, hibernus. *Klein.* Germanice, SCHNEE GANS.

Cum *Anser* *sylvæstri* magnitudine & crassitie circiter convenit. Cujus coloris sint rostrum & pedes prorsus me latet. Ætate nunquam in conspectum veniunt hujus speciei Anseres; hyeme autem gregatim volant.

** II. CYGNUS.

Anser in toto corpore albus; tuberculo in exortu rostri carnoso, nigro, antrorsum inflexo; remigibus, rectricibusque candidis. . . . LE CYGNE.

Anser Cygnus. *Klein.* Cygnus. *Gesn. Mus. Worm. Jonst. Coarlet. Frisch. hujus icon accurata. Prosp. Alp.* Cygnus, Cynus, Olor. *Gesn. Rzac.* Cygnus mansuetus. *Willughb. Raj. Sibbald. Linn. Marsil.* Cynus. *Gaz. Rup. Best.* Cynus. *Aldrov.* Olor. *Schwenck.* Cygne. *Alb.* Cyne, Cygne. *Bel. Germanice, SCHWAN. Belgice, SCHWAAN. Anglice, SWAN.*

Hæc est hujus generis maxima species. Ipsius longitudo $4\frac{1}{2}$ pedes & 7 lineas explet. Rostrum $3\frac{1}{2}$ pollices longum est; cauda $7\frac{1}{2}$ pollices; pars crurum plumis denudata 18 lineas; digitorum anteriorum medius $5\frac{1}{2}$ pollices, extimus $5\frac{1}{2}$ pollices, intimus $4\frac{1}{2}$ pollices; posticus 13 lineas. Extremitatum alarum distantia est $7\frac{1}{2}$ pedum & 3 linearum; alæ complicatæ duas circiter tertias caudæ partes

attingunt. Cauda in extremitate obtusa. Rostrum rubrum, excepta mandibulæ superioris extremitate nigra. In utroque capitis latere, rostrum inter & oculum, spatium extat triangulare, eodem nigro ac tuberculum tinctum, & plumis destitutum. Pars crurum plumis denudata, pedes & digiti, sicut & ipsorum membranæ, plumbeo colore imbuti; ungues vero nigri.

Fœmina a mare differt magnitudine qua paululum ei cedit, & tuberculo carnofo, supra mandibulæ superioris exortum posito, non ita crasso.

Hujus speciei juniores multum grisei admixtum habent. Ipsorum rostrum plumbeo colore imbuitur, excepto mandibulæ superioris apice nigro. In utroque rostri latere tænia quoque extat nigra, a naribus ad caput usque protensa.

† ** 12. CYGNUS FERUS.

Anser in toto corpore albus; rostro in exortu luteo; remigibus, rectricibusque 20 candidis. . . . LE CYGNE SAUVAGE.

Anser candidus, pedibus nigris, rostro luteo, cervice longiori. *Barr.* Anser Cygnus. *Klein.* Cygnus ferus. *Willugh.* *bujus capitis icon satis accurata.* *Raj.* *Charlet.* *Sibbald.* *Marfil.* Cygnus. *Linn.* Cygnus. *Aldrov.* Olor. *Schwenck.* Cigne sauvage. *Edwards,* *avec une figure exacte.* *Anglice,* WILD SWAN.

Præcedenti multum crassitie cedit. Ipsi longitudo $3\frac{1}{2}$ pedes & 6 lineas æquat. Rostrum $2\frac{1}{2}$ pollices longum est; cauda 7 pollices; pars crurum plumis denudata 16 lineas; digitorum anticorum medius $4\frac{1}{2}$ pollices, extimus 4 pollices, intimus $3\frac{1}{2}$ pollices; posticus 9 lineas. Extremitatum alarum distantia est $6\frac{1}{2}$ pedum; alæ complicatæ nonnihil ultra mediam caudam extenduntur. Cauda in apice obtusa. Rostrum ab ipsius extremitate ad nares usque nigrum, inde ad exortum usque luteum: color autem luteus ad oculos usque protenditur;

quod spatium plumis denudatur. Palpebræ similiter luteæ. Pars crurum plumis denudata, pedes & digiti, sicut & ipsorum membranæ, griseo-fusci; ungues vero fusci. Fluvios, lacus & stagna frequentat.

† ** 13. ANSER LANUGINOSUS SIVE EIDER.

Anser superne albus, collo & pectore supremo coloribus, inferne niger, medio uropygio colore; summo capite splendide nigro, nigredine versus nares in tres cuspides abeunte, & per occipitium producta in duas tænias, tænia longitudinali candida divisas; colli superioris parte supra dilute viridi; alarum marginibus partim fuscis, partim candidis; harum tectricibus albis, & nigricantibus; primoribus remigibus nigricantibus, intermediis exterius splendide nigris, corpori finitimis candidis; 16 tectricibus nigricantibus, utrinque extrema albido terminata. (*Mas*).

Anser fusco-rufescens, maculis transversis nigricantibus varius; ventre fusco; capite & collo supremo maculis longitudinalibus nigricantibus variatis; alis fuscis, duplici transversa tæniola insignitis; tectricibus fuscis. (*Fœmina*). . . L'OYE A DUVET OU L'EIDER.

Anser plumis mollissimis. *Klein*. Anas mollissima. *Linn*. Anas S. Cutberti, seu Farnensis. *Willugh. Raj*. Eider, Anas plumis mollissimis. *Mus. Worm Willugh. Sibbald*. Avis inter Anserem & Anatem feram media. *Mus. Besl*. Berg-Ente. *Klein*. Canard à duvet. *Anderf*. Grand Canard noir & blanc. *Edwards*, avec des figures exactes du mâle & de la femelle. *Germanice*, EYDER-ENTE. *Anglice*, CUTBERT-DUCK.

Anseri Ægyptiaco nonnihil crassitie cedit. Ipsi longitudo $1\frac{1}{2}$ pedem & 6 lineas explet. Rostrum $2\frac{1}{7}$ pollices longum est; cauda $3\frac{1}{7}$ pollices; pars crurum plumis denudata 7 lineas; digitorum anteriorum medius $2\frac{1}{7}$ pollices; extimus eadem longi-
tu-

tudine pollet; intimus $2\frac{1}{2}$ pollices longus; posticus autem 10 lineas. Extremitates alarum $2\frac{1}{2}$ pedum intervallo distant; alæ complicatæ median circiter caudam attingunt. Rostrum nigricat, nonnihil tamen in extremitate dilutius. Pedes & digiti, sicut & ipsorum membranæ, unguesque nigricantes.

Fœmina magnitudine & crassitie cum mare circiter convenit; ab illo autem multum colore differt.

In *Septentrionalibus* regionibus habitant. Quinque sexve ova ponunt in nido musco & ipsarum lanugine, ab ipsismet arrepta, conflato. Pretiose autem colligitur ista lanugo, quam Galli *Ederdon* vocant, & ex illa *pedum tegumenta* conficiuntur. Maximum volumen acquirit, maximumque calorem producit. Si ante perfectam incubationem nidus arripiatur, fœmina alterum construit, ibique tria ova ponit; si secundus nidus iterum arripiatur, tertium ædificat, & in eo ovum unicum ponit.

14. BERNICLA.

Anser superne niger, marginibus pennarum cinereis, inferne albus, cinereo mixtus; vertice & collo nigris; capite anteriore & gutture albis; iænia utrinque rostrum inter & oculos nigricante; remigibus cinereo-nigricantibus; rectricibus nigris. . . . LA BERNACHE.

Anser Brenta. Klein. Anser arborum. Gesn. Schwencck. Rzac. Anser Canadensis. Frisch. bujus icon satis accurata. Bernicla. Charlet. Bernicla seu Bernicla. Raj. Willughb. Sibbald. Bernicla vel Branta. Gesn. Aldrov. Jonst. Bernicula. Linn. Bernacle. Clus. Clakis. Baum-Ganz. Gesn. Rott-Gans. Klein. Oye nonnette, Cravant. Bel. Germanice, SCHOTTISCHE-GANSS. BERNICLA. Anglice, BERNACLE.

Anseri domestico multum crassitie cedit. Ipsi longitudo $2\frac{1}{2}$ pedes circiter æquat. Rostrum 16 circiter lineas longum est. Rostrum nigrum. Pars

crurum plumis denudata, pedes & digiti, sicut & ipsorum membranæ, fusci; ungues vero nigricantes. Juxta maris littora versatur.

15. BERNICLA MINOR.

Anser superne obscure cinereus, marginibus penarum albidis, inferne albus; vertice & collo superiore nigricantibus; capite anteriore & gutture fulvis; collo inferiore & pectore fuscis; uropygio candido; remigibus & rectricibus intermediis nigris, harum utrinque extimis albis. . .

LA PETITE BERNACHE.

Anser Brenta. Klein. Brenthus. Gesn. Aldrov. Jonst. Willughb. *bujus icon satis accurata.* Raj. An Anser five Anas montana Spitzbergenfis Frederici Martensii. Raj. Oye de Canada. Alb. Anglice, RAT-GOOSE. ROAD-GOOSE.

A præcedente multum crassitie superatur. Ipsi longitudo 2 circiter pedes explet. Rostrum 14 lineas longum est. Extremitatum alarum distantia est $4\frac{1}{2}$ pedum & 6 linearum; alæ complicatæ caudam fere extremam attingunt. Oculorum irides avellanæ. Rostrum, pars crurum plumis denudata, pedes, digiti, sicut & ipsorum membranæ, unguesque nigri. Juxta maris littora versatur, & fluminum ostia frequentat.

† ** 16. B R E N T A.

Anser cinereo—fuscus, pennis griseo in apice marginatis; capite, collo & pectore supremo nigricantibus, collo ad latera albo maculato; imo ventre candido; remigibus superne nigricantibus, inferne cinereis; 18 rectricibus, binis intermediis cinereo—nigricantibus, lateralibus nigricantibus. . . . LE CRAVANT.

Anser Brenta. Klein. Brenta. Willughb. Raj. Branta. Charlet. Bernicla authoris. Aldrov. Bernicla, Brenta. Jonst. Bernicula. Linn. Anas torquata Bel-

Bellonii. *Fonst. Aldrov.* Glaucius. *Frisch. bujus*
icon satis accurata. Oye de Brenta. *Alb.* Cane
 au colier blanc, Cane de mer. *Bel.* *Belgice, ROT-*
 GANS. *Anglice, BRENT-GOOSE.*

Cum *Anate moschata* crassitie circiter convenit.
 Ipsi longitudo $1\frac{1}{2}$ pedem & 7 lineas æquat. Ros-
 trum 18 lineas longum est; cauda $4\frac{1}{2}$ pollices; pars
 crurum plumis denudata 8 lineas; digitorum anti-
 corum medius $2\frac{1}{2}$ pollices, extimus 23 lineas, in-
 timus unum pollicem & $7\frac{1}{2}$ lineas; posticus autem
 6 lineas. Extremitates alarum $3\frac{1}{2}$ pedum inter-
 vallo distant; alæ complicatæ nonnihl ultra tres
 quartas caudæ partes extenduntur. Oculorum iri-
 des avellaneæ. Rostrum nigrum. Pars crurum plu-
 mis denudata, pedes, digiti, sicut & ipsorum mem-
 branæ, unguesque sunt fusco-nigricantes, nonni-
 hil ad obscure rubescentem colorem vergentes.
 Juxta maris littora versatur.

CVII. Genus *Anatinum.*

Hujus character est

Digiti quatuor, tres scilicet antici membranis in-
 tegris inter se connexi, posticus solutus:

Crura circa corpus medium & extra abdomen po-
 sita, corpore breviora:

Rostrum, *limæ instar*, denticulatum, superne con-
 vexum, inferne planiusculum, ipsius latitudo
 crassitiem superans; ipsius apex unguiculatus,
 obtusus.

Omnium hujus generis Avium digitus intimus
 per totam lateris interioris longitudinem membra-
 nula donatur. Ipsarum crurum pars infima plumis
 est denudata.

** I. ANAS DOMESTICA.

Anas versicolor; rostro recto; rectoribus quatuor
 intermediis in mare sursum reflexis. . . . LE CA-
 NARD DOMESTIQUE.

Anas

Anas versicolor, cauda brevi, acuta, sursum reflexa; *Barr.* *Anas.* *Gesn.* *Aldrov.* *Rzac.* *Moabr.* *Anas*
cicur. *Gesn.* *Anas domestica.* *Aldrov.* *Schwenck.*
Jonst. *Charlet.* *Frisch.* *bujus icon accurata.* *Linn.* *Prosp.*
Alp. *Anas domestica vulgaris.* *Willugh.* *Raj.* *Sloane.*
Sibbald. *Klein.* *Anas domestica varie variegata*, pen-
 nis uropygii sursum recurvis. *Browne.* *Anas auran-*
tia, Turcica quibusdam dicta. *Marsil.* *Canard,*
Cane. *Bel.* *Canard de Madagascar.* *Alb.* *Ger-*
manice, ENT. *Belgice,* EEND-VOGEL. *Anglice,*
 DUCK.

Ad *Gallinæ* crassiciem accedit. Ipsi^{us} longitudo $1\frac{1}{4}$ pedem & 9 lineas æquat. Rostrum $2\frac{1}{2}$ pollices longum est; cauda $3\frac{1}{4}$ pollices; pars crurum plumis denudata 8 lineas; digitorum anticorum medius $2\frac{1}{2}$ pollices, extimus $2\frac{3}{4}$ pollices, intimus 2 pollices; posticus 8 lineas. Extremitates alarum $2\frac{1}{2}$ pedum & 3 linearum intervallo distant; alæ complicatæ mediam circiter caudam attingunt. Reliquarum omnium domesticarum Avium instar, colore variat. Cauda in extremitate acuta. Rostrum in aliis viridescens, in aliis nigricans. Pars crurum plumis denudata, pedes & digiti, sicut & ipsorum membranæ, rubro—aurantii; ungues vero nigricantes.

Femina magnitudine paululum *mari* cedit. Illius instar, colore variat. Ab illo solummodo differt quatuor caudæ retractoribus intermediis nequaquam sursum reflexis.

Hujus varietates sunt

A. ANAS DOMESTICA CIRRATA.

LE CANARD DOMESTIQUE HUPÉ.

Anas domestica cirrata. *Frisch.* *bujus icon satis accurata.*

Hæc species a præcedenti differt crista eleganti plumulis cinereis constante. Plerumque superne est grisea, inferne alba.

B. ANAS PERSICA.

LE CANARD DE PERSE.

Anas Persica. Frisch. hujus icon accurata.

Magnitudine cum præcedentibus convenit. Caput & collum superius ipsi cinereum; superne & inferne flavescit; alas majori macula cinerea & violacea insignitas gerit; rectrices habet fusco-nigricantes. Rostrum ejus, pedes, digiti, & ungues nigricant.

** 2. ANAS ROSTRO INCURVO.

Anas versicolor; rostro incurvato; 20 rectricibus; quatuor intermediis in mare sursum reflexis. . . .

LE CANARD A BEC COURBÉ.

Anas adunca. Linn. Anas adunco rostro. Klein. Willughb. Anas domestica curvirostra. Frisch. hujus icon accurata. Anas domestica rostro adunco. Raf. Canard à bec crochu. Canard à tête élevée. Alb. Germanice, KRUMSCHNABLICHE HAUS ENTE. Anglice, HOOK BILL'D DUCK.

Cum præcedente crassitie circiter convenit. Ipsi longitudo 2 pedes explet. Rostrum $2\frac{1}{4}$ pollices longum est; cauda $3\frac{1}{2}$ pollices; pars crurum plumis denudata 7 lineas; digitorum anticorum medius $2\frac{1}{2}$ pollices, extimus $2\frac{1}{4}$ pollices, intimus 2 pollices; posticus $7\frac{1}{2}$ lineas. Extremitatum alarum extensarum distantia est $2\frac{1}{4}$ pedum; alæ complicatæ ad mediam circiter caudam extenduntur. Præcedentis instar, colore variat; ab illa solummodo discrepat rostro paulo magis elongato, deorsum incurvato. Cauda in extremitate acuta. In aliis rostrum viridescit: in aliis flavicat; in aliis nigricat. Pars crurum plumis denudata, pedes & digiti, sicut & ipsorum membranæ, aurantii; ungues vero nigricantes.

Femina magnitudine paululum mari cedit. Illius instar, colore variat. Ab illo solummodo differt quatuor caudæ rectricibus intermediis nequaquam sursum reflexis.

** 3. ANAS MOSCHATA.

Anas versicolor capite papilloso, rectricibus 20. . .
LE CANARD MUSQUÉ.

Anas maxima, capite cera interrupta obducto. *Browne.*
Anas moschata. *Willugh. Raj. Sloane. Linn.* Anas
Americana moschata. *Barr.* Anas moscata Cairina
Aldrovandi. *Marsil. bujus icones satis accuratae.* A-
nas Cairina. *Aldrov. Jonst. Cbarlet. Willugh.* Anas
peregrina. *Schwenck.* Anas Muscovitica. *Cbarlet.*
Anas Indica. *Gesn. Aldrov. Cbarlet. Frisb. bujus icon*
accurata. Klein. Barr. Willugh. Anas Indica prima.
Jonst. Anatis Indicæ rara quædam species. Anas
Indica alia. *Gesn. Aldrov.* Anas Indica altera. *Jonst.*
Anas Indica tertia. *Aldrov. Jonst.* Anas Lybica.
Jonst. Cbarlet. Aldrov. Anas sylvestris magnitudine
Anteris. *Marcgr. Jonst. Willugh. Raj.* Anas syl-
vestris Brasiliensis Apeca Apoa dicta. *Raj. Willugh.*
Ipecati Apoa. *Pison. Marcgr. Jonst.* Ipeca-Guacu.
Pison. Willugh. Raj. An, Espèce de Poule d'eau,
ou Fulica varia calyptrata? *Feuillee.* Canard de
Moscovie. *Alb.* Grosse Cane de la Guinée. *Bel.*
Germanice, INDIANISCHER ENTRACH. Anglice,
GUINY-DUCK.

Crassitie *Anatem domesticam* multum antecellit.
Ipsius longitudo 2 pedes & sesquipollicem æquat.
Rostrum 2 pollices longum est; cauda $6\frac{1}{2}$ pollices;
pars crurum plumis denudata 5 lineas; digitorum
anticorum medius $2\frac{1}{2}$ pollices, extimus $2\frac{1}{4}$ pollices,
intimus 2 pollices; posticus 10 lineas. Extremita-
tum alarum distantia est $2\frac{1}{2}$ pedum; alæ complica-
tæ ultra caudæ exortum non multum protenduntur.
Cauda in extremitate acuta. Oculos circumdat cu-
tis nuda, exiguis papillis carnosis coccineis, punc-
tulis candidis aspersis, obsita. Rostrum coccineum,
excepto mandibulæ superioris exortu circa nares
fusco, sicut & unguiculo in extremitate rostri posito.
Pars crurum plumis denudata, pedes & digiti, sicut
& ipsorum membranæ, rubri; ungues vero candi-
cantes.

Fæmina magnitudine multum *mari* cedit: ab illo
quo-

quoque coloribus discrepat. Aves istæ non minus colore variant quam *Anates domesticæ nostrates*.

** 4. A N A S F E R A.

Anas cinereo—albo & cinereo—fusco transversim & undatim striata; capite & collo supremo viridi-aureis, violaceo colore variantibus; torque albo; pectore saturate castaneo; uropygio nigro—viridescente; macula alarum viridi—violacea, tænia primum nigra dein alba utrinque donata; remigibus pro maxima parte griseo—fuscis; 20 rectricibus, quatuor intermediis nigro—virescentibus, sursum reflexis. (Mas).

Anas superne fusca, marginibus pennarum rufescentibus, inferne dilute fulva, fusco maculata; gutture rufescente; macula alarum viridi—violacea, tænia primum nigra dein alba utrinque donata; rectricibus albo—rufescentibus, tæniis obliquis cinereo—fuscis insignitis. (Fœmina). . . .
LE CANARD SAUVAGE.

Boschas. Linn. Anas fera. Aldrov. Cbarlet. Rzsc. Anas fera torquata minor. Gesn. Anas fera prima, seu torquata minor. Schwenck. Anas fera, sive torquata, mas. Frisch. hujus icon satis accurata. Anas fera, femella. Frisch. hujus icon satis accurata. Anas fera oblongo & crasso corpore. Barr. Anas torquata minor Aldrovandi; Boschas major. Raj. Anas sylvestris. Prosp. Alp. Anas sylvestris vera. Anas sylvestris major. Klein. Boschas major. Willughb. Jonst. Sibbald. Boschas major, sive Anas torquata minor. Aldrov. Metzcanauhtli, seu Anas Lunaris. Fern. Metzcanauhtli. Raj. Canard sauvage. Bel. Kolbe. Alb. Germanice, WILD ENDTE. Belgice, WILDE EENDE. Anglice, WILD-DUCK.

Cum *Anate domestica* crassitie circiter convenit. Ipsius longitudo $1\frac{3}{4}$ pedem & 6 lineas æquat. Rostrum $2\frac{1}{2}$ pollices longum est; cauda $3\frac{1}{4}$ pollices; pars crurum plumis denudata 8 lineas; digitorum anteriorum medius $2\frac{1}{2}$ pollices, extimus $2\frac{7}{8}$ pollices, intimus

mus 2 pollices; posticus $7\frac{1}{2}$ lineas. Extremitatum alarum distantia est $2\frac{1}{2}$ pedum; alæ complicatæ ad mediam circiter caudam pertingunt. Cauda in extremitate acuta. Rostrum ex viridi flavicat. Pars crurum plumis denudata, pedes & digiti, sicut & ipsorum membranæ, aurantii; ungues digitorum trium anteriorum nigricantes; unguis autem postici digiti paululum rubescens.

Fœmina magnitudine nonnihil *mari* cedit. Ab illo quoque coloribus discrepat. Mandibula superior est rubescens, nigro maculata; inferior penitus rubescit. Ungues nigricantes.

Paludes frequentant.

Hujus speciei varietates sunt

A. BOSCHAS MAJOR.

LE GRAND CANARD SAUVAGE.

Anas torquata major. *Aldrov. Jonst.* *Anas fera torquata major.* *Gesn. bujus icon satis accurata.* *Anas fera, torquata, viridis, rostro croceo, seu carneo.* *Barr.* *Anas fera secunda, seu torquata major.* *Schwenck. Klein.* *Boschas major Athenæi.* *Gesn.* *Germanice, STOR-ENT.*

Magnitudine præcedentem paululum antecellit; ipsius enim longitudo a rostri apice ad caudam extremam usque $2\frac{1}{2}$ pedes explet. Extremitates alarum $3\frac{1}{4}$ pedum fere intervallo distant. Cum illa coloribus satis bene convenit, excepto tamen dorso fuliginoso. Stagna & paludes frequentat.

B. BOSCHAS MAJOR GRISEA.

LE GRAND CANARD SAUVAGE GRIS.

Anas juncea. *Frisch. bujus icon accurata.* *Anas fera quarta, seu juncea.* *Schwenck.* *Germanice, SCHMAEL ENDE.*

Magnitudine & forma satis præcedenti similis; sed cinereo colore tingitur. Rostrum, pars crurum plu-

plumis denudata, pedes, digiti, sicut & ipsorum membranæ, unguesque nigri. Piscinas frequentat.

C. BOSCHAS MAJOR NÆVIA.

LE GRAND CANARD SAUVAGE TACHETÉ.

Anas fera tertia, seu major. *Schwenck.* Germanice, ROSZ ENDTE.

Cum præcedentibus etiam magnitudine convenit. Coloribus *Boschadem majorem* satis bene æmulatur; ab illa solummodo discrepat dorso nigro, flavicante maculato. Stagna & paludes frequentat.

D. ANAS FERA NIGRA.

LE CANARD SAUVAGE NOIR.

Anas fera torquata nigra. *Frisch. hujus icon accurata.*

Magnitudine cum præcedentibus convenit. Caput & collum, nigra ei sunt. Superne & inferne nigricat. Pectus obscure fuscum. Macula magna in alis violacea. Rostrum nigricans. Pedes fusci.

5. ANAS FERA SIVE BOSCHAS MEXICANA.

Anas superne nigro-viridescens, tæniis arcuatis sordide albis varia, inferne fulva, maculis binis in imo ventre candidis; capite & collo supremo viridi-aureis, nigro-violaceo colore variantibus; tectricibus alarum superioribus minimis cyaneis, mediis candidis, majoribus viridi-aureis; remigibus majoribus fulvis, minoribus splendide viridibus; reetricibus intermediis nigro-virescentibus, violaceo colore variantibus.... LE CANARD SAUVAGE DU MEXIQUE.

Genus quoddam *Anatis feræ.* *Jonst.* Avis latirostra. *Euf. Nieremb. Willugh.* Tempatlahoac. *Raf.* Tempatlahoac altera, seu Avis lati rostri. *Fern.*

Magnitudine & crassitie cum *Anate domestica* cicer convenit. Cauda in extremitate acuta. Oculi
 Tom. II. Ff sunt

sunt nigri: ipsorum irides pallide flavæ. Rostrum nigricans. Pars crurum plumis denudata, pedes & digiti, sicut & ipsorum membranæ, pallide rubri. Habitat in *Mexico*, ibique lacus frequentat.

† ** 6. ANAS CLYPEATA.

Anas superne nigro—viridescens, inferne castanea; capite & collo viridi—auris, violaceo colore variantibus; pectore supremo albo, maculis lunulatis nigricantibus vario; rectricibus alarum superioribus cinereo—cæruleis; macula alarum viridi—auræ, cupri puri colore variante, tænia candida superius donata; remigibus primoribus fuscis, sequentibus exterius viridi—auris, corpori finitimis obscure viridi aureis, tænia albida notatis; 14 rectricibus, octo intermediis in medio fuscis, ad margines candicantibus, extimis candicantibus (*Mas*).

Anas superne fusca marginibus pennarum rufescentibus, inferne fulva, fusco maculata; macula alarum viridi—auræ, cupri puri colore variante, tænia candida superius donata; remigibus primoribus griseo—fuscis, sequentibus exterius viridi aureis, corpori finitimis fuscis, rufescente marginatis; rectricibus octo intermediis in medio fuscis, ad margines candicantibus, extimis candicantibus (*Fœmina*)... LE SOUCHET.

Anas clypeata. Anas platyrhynchos. *Linn.* Anas rostro latiori, clypeato, pedibus rubris. *Barr.* Anas latirostra. *Schwenck. Klein.* Anas latirostra major. *Gesn. Aldrov.* Anas latirostra major, Anas platyrhynchos, Anas schellaria, Clangula. *Rzac.* Anas latirostra sive clypeata. *Frisch. bujus icon satis accurata. (mas).* Anas latirostra tertia fusca. *Frisch. bujus icon satis accurata (fœmina).* Anas latirostra Americana. *Klein.* Anas platyrhynchos altera sive clypeata Germanica. *Raj. Willughb.* Anas platyrhynchos erythropus. *Aldrov. Willughb.* Anas platyrhynchos pedibus rubris. *Fonst.* Anas platyrhynchos pedibus luteis. *Aldrov. Fonst. Willughb. Raj.* Alterum genus platyrhyn-

tyrhynchi Anatis. *Gesn. Aldrov.* Anas virescens, seu capite virescente. *Marfil. Klein.* Phasianus marinus. *Charlet.* Canard d'Amérique au grand bec. *Catesb. avec une figure passable de la femelle.* Pélican d'Allemagne. *Alb.* Germanice, BREIT-SCHNABEL. Anglice, SHOVELER.

Anati domesticæ paululum crassitie cedit. Ipsi longitudo $1\frac{7}{8}$ pedem æquat. Rostrum $2\frac{1}{2}$ pollices longum est; cauda $3\frac{1}{2}$ pollices; pars crurum plumis denudata 5 lineas; digitorum anticorum medius 2 pollices, extimus $1\frac{1}{2}$ pollicem, intimus 18 lineas, posticus 6 lineas. Extremitates alarum $2\frac{1}{2}$ pedum intervallo distant; alæ complicatæ caudam fere extremam attingunt. Cauda in extremitate acuta. Oculorum irides intense luteæ. Rostrum nigrum, versus extremitatem, præsertim in mandibula superiore, maximam latitudinem obtinens: binæ autem mandibulæ in tota ipsarum circumferentia exiguis obsitæ sunt denticulis longiusculis, flexibilibus, & pectinis denticulorum æmulis. Pars crurum plumis denudata, pedes & digiti, sicut & ipsorum membranæ, eleganter aurantii; ungues vero grisei.

Femina crassitie paululum *mari* cedit. Rostrum rubescens, nigro maculatum.

Paludes frequentant.

Hujus speciei varietas est

A. ANAS CLYPEATA VENTRE CANDIDO.

LE SOUCHET A VENTRE BLANC.

Anas muscipapa, subrus alba, superne varia, rostro nigro.

Barr. Anas muscaria. *Gesn. Aldrov. Jonst Klein.*

Anas muscaria, Mugg-Ent. *Willugh. Raj.* Anas latirostra, sive fuligula. *Frisch. hujus icon satis accurata.*

Anas fera decima septima, seu minor quinta. *Schwenck.*

Germanice, MUGG-ENT.

Cum præcedente forma, magnitudine & coloribus perfecte convenit: ab illa solummodo discrepat ventre candido.

7. ANAS CLYPEATA MEXICANA.

Anas tæniis arcuatis fulvis, nigris & candidis varia; ventre fulvo; macula alarum splendide viridi-aurea; remigibus fuscis; reëtricibus tæniis arcuatis fulvis, nigris & candidis variegatis. . . . LE SOU-CHET DU MEXIQUE.

Yacapatlahoac, feu Avis lati rostri. *Fern. Raf.*

Anati domestice paululum crassitie cedit. Cauda in extremitate acuta. Rostrum versus ipsius extremitatem maximam latitudinem obtinet, & per totam circumferentiam exiguis oblitum est denticulis longiusculis, flexibilibus, pectinisque denticulorum æmulis. Mandibula superior ex obscure rubro fusciscit, attamen in extremitate ex fulvo nigricat: mandibula inferior pallide rubet. Pars crurum plimis denudata, pedes, digiti, & ipsorum membræ, sunt quoque pallide rubri. Habitat in *Mexico*.

† ** 8. STREPERA.

Anas superne fusca, lineis candicantibus arcuatis varia, inferne alba, griseo maculata; capite & collo supremo superne fuscis, maculis rufescentibus variegatis, inferne albo-rufescentibus, fusco maculatis; uropygio nigro; imo ventre candicante & griseo-fusco transversim & undatim striato; macula alarum splendide nigra, tænia superne rufa, inferne alba donata; remigibus plerisque interius griseis, exterius griseo-fuscis, vel cinereo-albis nigro fimbriatis, corpori finitimis profus griseis; 16 reëtricibus, sex utrinque extimis griseis, candicante exterius & in apice marginatis, quibusdam fulvo diluto notatis. (*Mas*).

Anas superne fusca, marginibus pennarum albo-rufescentibus, inferne alba, griseo maculata; macula alarum splendide nigra, tænia superne rufa, inferne alba donata; reëtricibus sex utrinque extimis griseis; candicante exterius & in apice marginatis,

natis, quibusdam fulvo diluto notatis. (*Fœmina*).
 LE CHIPEAU.

ADDS *Strepera*. *Gesn. Aldrov. Linn.* *Anas platyrhynchos* rostro nigro & plano. *Aldrov. Jonst. Raj.* *Anas fera decima*, seu *Strepera. Schwenck. Klein.* *Gadwall, or Gray. Willugh. Germanice, SCHNARR ENDE. Anglice, GADWALL.*

Ad *Anatis domesticæ* crassitiem accedit; illa tamen nonnihil minor est. Ipsi^{us} longitudo $1\frac{7}{8}$ pedem explet. Rostrum 2 pollices longum est; cauda $3\frac{1}{2}$ pollices; pars crurum plumis denudata 5 lineas; digitorum anticorum medius $1\frac{1}{2}$ pollicem, extimus unum pollicem & $9\frac{1}{2}$ lineas, intimus $1\frac{2}{3}$ pollicem; posticus 5 lineas. Extremitates alarum $2\frac{1}{2}$ pedum & 6 linearum intervallo distant; alæ complicatæ caudam fere extremam attingunt. Cauda in extremitate acuta. Rostrum nigrum. Pars crurum plumis denudata, pedes, digiti, & ipsorum membranæ, eleganti aurantio tincti; ungues vero nigricantes.

Illius cujus descriptionem dedit *Willughbeius*, caput erat nigro-cœruleum. In reliquis cum *nestrate* perfecte conveniebat.

Fœmina a mare discrepat corpore superiore toto pennis vestito fuscis, albo-rufescente marginatis; & lateribus, infimoque ventre nequaquam transversim striatis. In reliquis cum illo satis bene convenit.

† ** 9. TADORNA.

Anas candida; tuberculo in exortu rostri carnosio, capite & collo supremo nigro-viridescentibus; corpore anteriore lata fascia rufa cincto; pectore & ventre mediis nigro variegatis; macula alarum viridi-aurea, cupri puri colore variante; remigibus primoribus nigricantibus, sequentibus exterius viridi-aureis, interius ad exortum candidis, versus extremitatem nigricantibus, corpori finitimis candidis, plerisque castaneo vel nigro

insignitis; 14 rectricibus candidis, duodecim intermediis in apice nigris. . . . LA TADORNE.

Anas longirostra quarta. *Schwenck.* Anas maritima. *Gesn. bujus capitis & colli icon satis accurata.* Anas maritima Rondeletii. *Fonst.* Anas Indica quarta, si-ve Anas maritima. *Aldrov.* Anas Strepera. *Frisch. bujus icon satis accurata.* Anas Tadorna Bellonii; Vulpanser quorundam. *Rzac.* Tadorna. *Linn. Raj. Sibbald. Marfil.* Tadorna Bellonii. Tulpanser quibusdam. *Willugh.* Tadorne Gallis dicta, *Aldrov. Fonst.* Vulpanser. *Gesn. Aldrov. Klein.* Vulpanser, Chénalopex. *Charlet. Fonst.* Bergander Aldrovandi. *Willugh.* Tadorne. *Bel. Morillon. Alb. Ger. manice,* BERG-ENDTEN. *Anglice,* SHELDRAKE.

Craffitie *Anatem domesticam* paululum antecellit. Ipsius longitudo 2 pedes explet. Rostrum $2\frac{1}{2}$ pollices longum est; cauda 4 pollices; pars crurum plumis denudata 6 lineas; digitorum anticorum medius $2\frac{1}{2}$ pollices, extimus $2\frac{1}{2}$ pollices, intimus $1\frac{1}{2}$ pollicem; posticus $8\frac{1}{2}$ lineas. Extremitates alarum $3\frac{1}{2}$ pedum intervallo distant; alæ complicatæ ad extremitatem caudæ fere pertingunt. Rostrum pallide rubrum, exceptis tamen narium ambitu & mandibulæ superioris unguiculo nigris. Pars crurum plumis denudata, pedes, digitî, sicut & ipsorum membranæ, unguesque carneo colore tincti. Juxta maris littora versatur.

10. ANAS HYBERNA.

Anas superne nigra, inferne alba; capite viridi-aureo, cœruleo & violaceo colore variante; genis, collo, pennis scapularibus & fascia supra alas longitudinali candidis; remigibus nigris; rectricibus griseis. (*Mas*).

Anas in toto corpore fusca (*Fœmina*) LE CANARD D'HYVER.

Anas bucephala. *Linn.* Anas minor capite purpureo. *Klein.* Petit Canard à la tête purpurine. *Catesb. a-*

vec une figure exacte. Anglice, BUFFEL'S HEAD Duck.

Craffitie *Anatem domesticam* inter & *Querquedulam* medium locum obtinet. Ipsi^{us} longitudo 15 circiter pollices æquat. Rostrum 16 lineas longum est; cauda 3 pollices; pars crurum plumis denudata 4 lineas; digitorum anticorum medius $1\frac{1}{2}$ pollicem, extimus $1\frac{3}{4}$ pollicem, intimus $1\frac{1}{2}$ pollicem; posticus $5\frac{1}{2}$ lineas. Alæ complicatæ ad mediam circiter caudam extenduntur. Pennæ caput vestientes sunt longiusculæ; & majorem capiti præbent craffitiem. Rostrum plumbeo colore imbutum. Pars crurum plumis denudata, pedes, digiti, & ipsorum membranæ, rubri.

Fœmina a *mare* discrepat colore in universo corpore fusco.

Habitant in *Carolina*, sed hyeme tantum.

† ** II. ANAS ÆSTIVA.

Anas cristata, superne obscure fusca, viridi-aureo colore varians, inferne alba; vertice viridi-aureo; capite ad latera & collo superiore splendide violaceis; linea supra oculos candida; crista ex viridi-aureo, albo & violaceo variegata; pectore castaneo-vinaceo, maculis albis vario, & duabus tæniis, una candida, altera nigra, transversim insignito; lateribus albo & nigro transversim striatis; macula alarum viridi-aurea, cœruleo & violaceo colore variante, tænia candida inferne donata; remigibus fuscis, plerisque, albo exterius, & interius viridi-aureo, terminatis; 16 rectricibus, binis intermediis obscure viridi-aureis, tribus utrinque proximis exterius concoloribus. (*Mas*).

Anas cristata, in toto corpore fusca. (*Fœmina*)...

LE CANARD D'ÉTÉ.

Sponsa. *Linn.* *Anas fusca cristata*, ad gulam alba, iride flammea. *Browne.* *Anas cristata Americana.*
Ff 4 *Klein.*

Klein. Avis non consistens. *Euf. Nieremb. Willugh.* Yzraetzonyayauhqui, seu Avis varii capitis. *Fern. Raj.* An Canard ou Anas varia cristata? *Feuillée.* Canard d'été. *Cutesb. avec une figure assez exacte.* *Edwards,* avec une figure exacte. *Anglice,* AMERICAN WOOD DUCK.

Anati domesticæ multum crassitie cedit. Ipsius longitudo $1\frac{7}{8}$ pedem & 3 lineas æquat. Rostrum $1\frac{1}{2}$ pollicem longum est; cauda $4\frac{1}{2}$ pollices; pars crurum plumis denudata $3\frac{1}{2}$ lineas; digitorum anticorum medius $1\frac{1}{2}$ pollicem, extimus $1\frac{1}{2}$ pollicem, intimus 16 lineas; posticus $5\frac{1}{2}$ lineas. Extremitatum alarum distantia est $2\frac{1}{2}$ pedum; alæ complicatæ nonnihil ultra mediam caudam extenduntur. Oculorum irides avellaneæ: ipsorum palpebræ coccineæ. Mandibula superior in exortu lutea, deinde coccinea, post coccineum colorem pauco albo notata, & tandem in extremitate nigra; longiuscula quoque extat macula similiter nigra, inter nares posita, & per mediam rostri longitudinem & amplius extensa; mandibula inferior penitus nigra. Pars crurum plumis denudata, pedes & digiti obscure aurantii; ipsorum membranæ obscuriore colore imbutæ; ungues vero nigri.

Femina a mare discrepat colore in universo corpore fusco.

Habitant in *Carolina & Virginia.* In foraminibus arborum in aquis crescentium nidificant.

12. ANAS BAHAMENSIS.

Anas superne fusco-rufescens, inferne griseo-rufescens, nigricante punctulata; macula utrinque in exortu rostri triangulari aurantia; capite superiore griseo-rufescente; genis, gutture & collo inferiore candidis; macula alarum viridi, tæniâ superne flavicante, inferne primum nigra, dein latiuscula flavicante donata; remigibus majoribus obscure fuscis, minoribus flavicantibus; restrictibus griseis. . . . LE CANARD DE BAHAMA.

Anas

Anas Bahamensis. Linn. Klein. *Anas sylvestris* Brasiliensis Mareca dicta prima Marcgravii. Willughb. Raj. Mareca *Anatis sylvestris* species. Marcgr. Jonst. Canard de Bahama. Catesb. avec une figure exacte. Anglice, ILATHERA DUCK.

Anati domesticæ paululum crassitie cedit. Ipsi longitudo $1\frac{3}{4}$ pedem circiter explet. Rostrum $1\frac{1}{2}$ pollicem longum est; cauda $3\frac{1}{4}$ pollices; pars crurum plumis denudata 6 lineas; digitorum anticorum medius 2 pollices, extimus $1\frac{1}{4}$ pollicem, intimus $1\frac{1}{2}$ pollicem; posticus 5 lineas. Alæ complicatæ duas circiter tertias caudæ partes attingunt. Cauda in extremitate acuta. Rostrum plumbeo colore imbutum, & in utroque latere, versus ipsius exortum, macula triangulari aurantia insignitum. Pars crurum plumis denudata, pedes & digiti, sicut & ipsorum membranæ, plumbeo colore tincti. Habitat in *Bahamensi Insula & Brasilia*.

13. ANAS BRASILIENSIS.

Anas superne saturate fusca, inferne obscure grisea, ad aureum colorem vergens; macula utrinque rostrum inter & oculum rotunda albo-flavescente; gutture albicante; macula alarum viridi-cærulea, tænia nigra inferne donata; remigibus fuscis, albo terminatis; rectricibus nigris. . . . LE CANARD DU BRÉSIL.

Anas sylvestris Brasiliensis, Mareca dicta secunda Marcgravii. Willughb. Raj. Mareca, alia species. Marcgr. Jonst.

Cum præcedente crassitie convenit. Rostrum splendide nigrum. Pars crurum plumis denudata, pedes & digiti, sicut & ipsorum membranæ, coccinei. Habitat in *Brasilia*.

14. ANAS TORQUATA EX INSULA TERRÆ-NOVÆ.

Anas fusco-nigricans; capite superiore & collo nigris; capite ad latera obscure cæruleo; macula

utrinque rostrum inter & oculum, altera pone oculum, & tænia longitudinali ad colli latera candidis; torque in medio albo, ad margines splendide nigro; tænia transversa ad exortum alarum candida; pectore cinereo-cœrulescente; lateribus rufis; uropygio nigro-cœrulescente; remigibus majoribus fuscis, quibusdam exterius cœruleis; corpori vicinioribus candidis, cinereo-cœrulescente marginatis; rectricibus fuscis. . . .

LE CANARD A COLLIER DE TERRE-NEUVE.

Anas histrionica. Linn. Canard brun & tacheté. Edwards, avec une figure exacte.

Anatem domesticam crassitie circiter æmulatur. Ipsius longitudo $1\frac{1}{2}$ pedem circiter æquat. Rostrum $1\frac{1}{2}$ pollicem longum est; cauda 3 pollices; pars crurum plumis denudata 4 lineas; digitorum anticorum medius $1\frac{2}{3}$ pollicem, extimus $1\frac{1}{2}$ pollicem; intimus 16 lineas: posticus $4\frac{1}{2}$ lineas tantum. Alæ complicatæ ad mediam circiter caudam extenduntur. Cauda in extremitate acuta. Rostrum nigricat. Pars crurum plumis denudata, pedes, digiti, & ipsorum membranæ, unguesque ex nigro cœrulescunt. Habitat in *Insula Terræ-novæ*.

15. ANAS FRETI HUDSONIS.

Anas fusco-nigricans, superne ad purpurascentem colorem inclinans; capite superiore dilute cinereo-cœrulescente; triplici in fronte, duplici sub gutture tænia, & oculorum ambitu nigris; pone oculos minutissimis maculis nigris; genis pallide virescentibus; gutture, collo, pectore, macula in alis, altera in utroque uropygii latere candidis; remigibus primoribus saturate fuscis, quibusdam exterius nigro-purpurascentibus, corpori finitimis fusco-nigrificantibus; rectricibus saturate fuscis. . . . LE CANARD DE LA BAYE DE HUDSON.

Anas spectabilis. Linn. Canard à la tête grise. Edwards,

wards, avec une figure exacte. Anglice, GREY HEADED DUCK.

Craffitie *Anatem domesticam* multum antecellit. Ipsi longitudo $14\frac{1}{2}$ pedem & 3 circiter lineas explet. Rostrum 1 pollicem & $10\frac{1}{2}$ lineas longum est; cauda $3\frac{3}{4}$ pollices; pars crurum plumis denudata 6 lineas; digitorum anticorum medius $2\frac{7}{12}$ pollices, extimus $2\frac{7}{12}$ pollices, intimus 2 pollices; posticus 8 lineas. Alæ complicatæ nonnihil ultra tertiam caudæ partem extenduntur. Rostrum rubrum, attamen in extremitate nigricans. Mandibula superior ad ipsius exortum in duas dividitur laminas planas fronti incumbentes. Pars crurum plumis denudata, pedes & digiti, sicut & ipsorum membranæ, sordide rubri. Habitat in *Freto Hudsonis*.

† ** 16. ANAS LONGICAUDA.

Anas superne fusco & cinereo transversim & undatim striata, inferne alba; capite & collo supremo fuscis, marginibus pennarum in vertice griseo-rufescentibus, occipitio cupri puri colore variante; tænia longitudinali in collo superiore nigra, area candida utrinque donata; macula alarum cupri puri colore tincta, tænia superne fulva, inferne primum nigra, dein dilute fulva donata; remigibus primoribus exterius & in apice fuscis, interius griseo-fuscis, sequentibus exterius ad exortum cinereo-fuscis, deinde imbutis cupri puri colore, quem sequitur tænia nigra, fulvo diluto terminata, corpori finitimis griseo-fusco & nigro variis; 18 rectricibus, binis intermediis longissimis nigris. (*Mas*).

Anas superne nigricante & rufescente varia, inferne candicans, griseo & griseo-fusco maculata; macula alarum ad cupri puri colorem vergente, tænia superne fulva, inferne primum nigricante, dein alba donata; rectricibus quatuor intermediis longioribus, nigricantibus, rufescente trans-

versim striatis (*Fœmina*).... LE CANARD A LONGUE QUEUE.

Anas acuta. Linn. *Anas cinerea*, cauda duabus penis nigris longissimis definita. Barr. *Anas caudacuta*. Gesn. Aldrov. Jonst. Cbarlet. Willugb. Raj. Rzac. *Anas caudata*, sive caudacuta. Frisch. maris icon non satis accurata. *Anas fera duodecima*, seu caudacuta. Schwenck. Klein. *Anas fera marina*. Gesn. *Anas See-Vogel dicta*. Aldrov. *Anas fera ventre candido*? Sloane. Raj. Klein. Tzitzihoa. Fern. Raj. Phaisand de mer. Alb. Germanice, MEER-ENT. Anglice, SEA-PHEASANT.

Anati feræ paululum crassitie cedit. Ipsius longitudo 2 pedes æquat. Rostrum $2\frac{1}{2}$ pollices longum est; cauda $7\frac{1}{2}$ pollices; pars crurum plumis denudata $5\frac{1}{2}$ lineas; digitorum anticorum medius $7\frac{1}{2}$ pollices, extimus $1\frac{1}{2}$ pollicem, intimus $1\frac{7}{8}$ pollicem; posticus autem $6\frac{1}{2}$ lineas. Extremitates alarum $2\frac{2}{3}$ pedum intervallo distant; alæ complicatæ mediam caudam non pertingunt. Mandibula superior in medio & ad margines nigra, ad latera cinereo-cœrulesceas sive plumbeo colore tincta: mandibula inferior nigricans. Pars crurum plumis denudata, pedes & digiti, sicut & ipsorum membranæ, plumbeo colore imbuti; ungues vero fusci.

Fœmina magnitudine paululum mari cedit, & cauda multo brevior donatur. Ab illo quoque colore discrepat. Cauda quatuor pollices & octo lineas longa est. Rostrum, pedes, unguesque iisdem ac in mare coloribus imbuti.

Juxta maris littora versantur.

17. ANAS LONGICAUDA ISLANDICA.

Anas superne nigricans, pectore concolore, inferne alba; occipitio cinereo; genis candidis; penis scapularibus spadiceis; uropygio albo, tænia longitudinali nigra notato; remigibus primoribus nigricantibus, sequentibus fuscis, reliquis spadiceis;

ceis; rectricibus binis intermediis longissimis nigris.... LE CANARD A LONGUE QUEUE D'ISLANDE.

Anas cauda forcipata. Anas hyemalis. Linn. Anas caudacuta Islandica Havelda ipsis dicta Wormii. *Willughb.* Anas caudacuta, Haveldæ Wormii similis, si non eadem. *Raj.* Anas Islandica; cauda protensa. *Klein.* Anas Islandica, protensa cauda, Havellada ipsis dicta. *Mus. Worm. Charlet.* Canard à longue queue de la Baye de Hudson. *Edwards, avec une figure exacte.* Anglice, LONG-TAILED DUCK FROM HUDSON'S BAY.

Præcedentem crassitie circiter æmulatur. Ipsi longitudo $1\frac{1}{2}$ pedem & 6 circiter lineas æquat. Rostrum sesquipollicem longum est; cauda $7\frac{1}{2}$ pollices; pars crurum plumis denudata 4 lineas; pes 16 lineas; trium digitorum anticorum medius 2 pollices, extimus $1\frac{1}{2}$ pollicem, intimus $1\frac{1}{2}$ pollicem; posticus 6 lineas. Alæ complicatæ quartam caudæ partem non artingunt. Rostrum nigrum; mandibula tamen superior tænia transversa rubra versus ipsius extremitatem insignitur. Pars crurum plumis denudata, pedes & digiti ex fusco rubescunt; ipsorum membranæ obscuriore tinguntur colore; ungues vero nigricant. Habitat in Islandia & Freto Hudsonis.

18. ANAS LONGICAUDA EX INSULA TERRE-NOVÆ.

Anas superne splendide nigra, inferne nigricans; capite anterieus & ad latera, collique lateribus griseo-vinaceis, macula ovata nigra utrinque notatis; capite posteriore, collo superne & inferne, pennis scapularibus & imo ventre candidis; remigibus majoribus nigris, minoribus spadiceis; rectricibus binis intermediis longissimis nigris, lateralibus candidis.... LE CANARD A LONGUE QUEUE DE TERRE-NEUVE.

Canard à longue queue de Terre-neuve. *Edwards, avec une*

une figure exacte. Anglice, LONG-TAILED DUCK
FROM NEW-FOUNDLAND.

Cum præcedentibus crassitie circiter convenit. Ipsius longitudo $1\frac{1}{2}$ pedem & 6 circiter lineas explet. Rostrum $1\frac{1}{2}$ pollicem longum est; cauda $7\frac{1}{2}$ pollices; pars crurum plumis denudata 4 lineas; digitorum anticorum medius 2 pollices, extimus $1\frac{1}{2}$ pollicem, intimus $1\frac{7}{12}$ pollicem; posticus 6 lineas. Alæ complicatæ ad quartam caudæ partem non perungunt. Rostrum nigrum; mandibula tamen superior tænia transversa rubra, nares inter & ipsius extremitatem posita, notatur. Pars crurum plumis denudata, pedes & digiti sunt obscure rubri; ipsorum membranæ colore nonnihil obscuriore tinguntur; ungues vero nigricant. Habitat in *Insula Terræ-novæ*.

† ** 19. PENELOPE.

Anas superne cinereo—albo & fusco, inferne cinereo—albo & griseo transversim & undatim striata; capite & collo castaneis; minutissima macula candida in exortu mandibulæ inferioris sub gutture; corpore antèrius fuliginoso; imò ventre dorso concolore; remigibus primoribus cinereo—fuscis, sequentibus cinereis albo in apice marginatis, vel nigricante exterius fimbriatis, corpori vicinioribus cinereo—albo & fusco striatis; 16 rectricibus cinereo—fuscis. . . . LE MILLOUIN.

Anas ferina. Linn. Anas cinerea, vertice & collo ferrugineis. Barr. Anas Africana. Frisch. *bujus icon accurata.* Anas fusca. Jonst. Marsil. Charlet. Anas fera fusca vel media. Gesn. Anas fera fusca vel mediæ magnitudinis. Aldrov. Klein. Anas fera fusca Gesneri. Willugh. Raj. Anas fera octava seu Erythrocephalos primus. Schwenck. Anas media Schwenckfeldii. Rzac. Anas fera capite subrufo minor? Willugh. Penelops primus Ornithologi. Aldrov. Penelope. Jonst. Charlet. Cane à la tête rousse Bellonii. Jonst. Bel. Alb. Germanice, ROT-HALSS. Anglice, POCHARD.

Anati

Anati domesticæ paululum crassitie cedit. Ipfius longitudo $1\frac{1}{2}$ pedem & 4 lineas æquat. Rostrum 25 lineas longum est; cauda $2\frac{1}{2}$ pollices; pars crurum plumis denudata 5 lineas; digitorum anticorum medius $2\frac{7}{8}$ pollices, extimus 2 pollices & $7\frac{1}{2}$ lineas, intimus unum pollicem & $11\frac{1}{2}$ lineas; posticus 8 lineas. Extremitates alarum $2\frac{1}{2}$ pedum & 6 linearum intervallo distant; alæ complicatæ mediam caudam attingunt. Cauda paululum in extremitate acuta. Oculorum irides flavo-rubefcentes. Mandibula superior cinereo-cœrulescens, excepto apice nigro; inferior penitus nigra. Pars crurum plumis denudata, pedes, digiti, & ipsorum membranæ, plumbeo colore imbuti, ungues vero nigricantes. Juxta maris littora versatur, & paludes frequentat.

Hujus speciei varietas est

A. PENELOPE NIGRA.

LE MILLOUIN NOIR.

Anas fera fusca alia. Aldrov. Anas palustris. Frisch. hujus icon satis accurata.

Magnitudine & crassitie præcedentem circiter æmulatur. Caput, guttur, maximamque longitudinis colli partem tingit color obscure castaneus. Colum infimum superne eodem colore imbutum, ad latera cinereum, inferne nigricans. Dorsum, uropygium & cauda similiter nigricant. Pectus & venter fusci sunt, nigricante & cinereo variegati. Alæ albo & nigro variæ. Oculorum irides luteæ. Mandibula superior cinereo-cœrulescens, attamen in extremitate nigra; inferior penitus nigra. Pars crurum plumis denudata, pedes & digiti olivacei; ipsorum membranæ, unguesque nigri.

B. PENELOPE CAPITE FUSCO.

LE MILLOUIN À TÊTE BRUNE.

Mergus capite rufo. Frisch. hujus icon accurata. Germanice, ROTH KOPFIGE ENTEN TAUCHER.

Mag-

Magnitudine & crassitie præcedenti cedit. Caput tingit color fuscus. Dorsum, uropygium, eodem sed obscuriore imbuuntur colore; alæ partim cinereæ, partim albæ. Collum & venter albet; pectus cinereo colore insignitum. Latera sunt fusco & nigro maculata; remiges & rectrices nigricant. Rostrum, pars crurum plumis denudata, pedes & digiti fuscescunt; ungues vero sunt nigri.

20. PENELOPE MEXICANA.

Anas superne fusco & fulvo transversim striata, inferne fulva; capite & collo concoloribus; remigibus fulvis, fusco transversim striatis; rectricibus albo & nigro variis. . . . LE MILLOUIN DU MEXIQUE.

Quapachcanauhtli. *Fern. Raj.*

Magnitudine & crassitie cum præcedente circiter convenit. Oculi sunt nigri. Rostrum, pars crurum plumis denudata, pedes & digiti, sicut & iporum membranæ, cinereo-cærulescentes; ungues vero nigricantes. Habitat in *Mexico*, ibique lacus frequentat.

† ** 21. ANAS FISTULARIS.

Anas superne cinereo-albo & nigricante transversim striata, inferne alba; capite & colli superioris parte suprema castaneis, nigricante maculatis, vertice dilute fulvo; gutture & colli inferioris parte suprema fuliginosis; macula alarum viridi-aurea, tænia splendide nigra superne & inferne donata; remigibus cinereo-fuscis, primoribus versus apicem macula nigra notatis, sequentibus ad exortum viridi aureis exterius, versus extremitatem nigris, corpori vicinioribus interius fuscis, exterius nigris cinereo albo marginatis; 16 rectricibus, binis intermediis cinereo-fuscis, laterilibus griseis, candicante marginatis. (*Mas*).

Anas

*Anas superne griseo-fusca, marginibus pennarum rufescentibus, inferne alba; capite & collo supremo rufescentibus, nigricante maculatis; re-
trixibus cinereo-fuscis, albo exterius & in api-
ce marginatis. (Fœmina): . . . LE CANARD SIF-
FLEUR.*

*Anas clangosa, rostro cyaneo, pectore albo, tergo ni-
gris subrubrisque maculis. Barr. Anas fistularis. Gesn.
Aldrov. Jonst. Anas fistularis Willughby; Penelo-
pe Aldrovandi. Rzac. Anas fistularis Fabricii. Klein.
Anas fera undecima seu canora. Schwenck. Boschas,
aliis Anas fistularis. Cbarlet. Penelops. Gesn. Aldrov.
Jonst. Penelope. Linn. Willughb. Raj. Cane de
mer. Alb. Germanice, SCHMEY. Anglice, WHIM.*

Crassitie cum *Penelope* circiter convenit. Ipsi-
us longitudo $1\frac{1}{2}$ pedem & 3 lineas explet. Rostrum
 $1\frac{1}{2}$ pollicem longum est; cauda $3\frac{1}{2}$ pollices; pars
crurum plumis denudata 6 lineas; digitorum antico-
rum medius 2 pollices, extimus $1\frac{1}{2}$ pollicem, inti-
mus 18 lineas; posticus autem 6 lineas. Extremi-
tatum alarum distantia est $2\frac{1}{2}$ pedum & 9 linearum;
alæ complicatæ caudam fere extremam attingunt.
Cauda in extremitate acuta. Mandibula superior
cinereo-cœrulea, excepto unguiculo nigro; infe-
rior in exortu tantum cinereo-cœrulea, in reliqua
longitudine nigra. Pars crurum plumis denudata,
pedes & digiti, sicut & ipforum membranæ, plum-
beo colore imbuti; ungues vero nigricantes.

Fœmina crassitie paululum *mari* cedit, & coloribus
differt.

Juxta maris littora versantur, paludesque fre-
quentant.

22. ANAS FISTULARIS CRISTATA.

*Anas cristata, superne cinereo-vinacea, inferne
nigra; capite & gutture rufis; crista dilutius ru-
fa; collo & uropygio nigris; pennis scapularibus
areolis binis lunulatis albis insignitis; remigibus*
Tom. II. G g pri

primoribus albo-vinaceis, in extremitate nigris, corpori vicinioribus, & 16 rectricibus cinereis. . .

LE CANARD SIFFLEUR HUPÉ.

Anas Erythrocephalos. Rzac. *Anas fera nona, seu Erythrocephalos secundus. Schwenck.* *Anas cristata flavescens. Marsil. bujus icon satis accurata. Klein.* *Anas capite rufo major. Raj.* *Capo rosso maggiore. Willugh. Raj.* *Germanice, BRANDT ENDE.*

Anatem domesticam paululum crassitie superat. Oculorum irides coccineæ. Rostrum dilutiore rubro tinctum. Pars crurum plumis denudata, pedes & digiti rubri; ipsorum membranæ, unguesque nigri. Paludes frequentat.

† ** 23. ANAS FISTULARIS AMERICANA.

Anas superne castanea, inferne nigricans; capite superiore & collo dilute castaneis; occipitio & uropygio nigricantibus; genis, gutture & pectore griseis; tectricibus alarum superioribus mediis fusco-rufescentibus, majoribus albidis; remigibus primoribus nigricantibus, plerisque in exortu cinereo-albis, corpori vicinioribus fuscis; 16 rectricibus nigris. . . LE CANARD SIFFLEUR D'AMÉRIQUE.

Anas autumnalis. Linn. *An Anas fera, griseo colore, mento cinnabarino, undulante pectore? Marsil. Klein.* *Canard siffiant au bec rouge. Edwards, avec une figure exacte. Anglice, RED-BILL'D WHISTLING DUCK.*

Anati domesticæ paululum crassitie cedit; sed cruribus donatur & collo, servata proportione, magis elongatis. Ipsi longitudo 16½ pollices æquat. Rostrum 2 pollices longum est; cauda 2½ pollices; pars crurum plumis denudata 7½ lineas; digitorum anticorum medius 2½ pollices, extimus 2¼ pollices, intimus 1¾ pollicem; posticus 10 lineas. Extremitates alarum 2¼ pedum & 6 linearum intervallo distant; alæ complicatæ caudam fere extremam attingunt.

gunt. Oculorum irides avellaneæ. Rostrum rubrum, excepto mandibulæ superioris unguiculo nigro. Pars crurum plumis denudata, pedes & digiti, sicut & ipsorum membranæ, carneo colore tincti; ungues vero nigricantes. Habitat in *America Septentrionali*.

Illa cujus descriptionem dedit *Edwardus*, ab ista paululum coloribus discrepat. Capitis superior pars, margines alarum, crurumque pars suprema sunt penitus nigræ; superiores autem alarum tectrices mediæ vivide aurantiæ.

24. ANAS FISTULARIS JAMAÏCENSIS.

Anas superne fusca, marginibus pennarum rufescentibus, inferne alba, nigro maculata; vertice & uropygio nigricantibus; genis, gutture & collo inferiore candidis, pectore rufescente, collo inferiore & pectore maculis nigris variegatis; remigibus minoribus fuscis rufescente marginatis, majoribus & rectricibus nigricantibus. . . .

LE CANARD SIFFLEUR DE LA JAMAÏQUE.

Anas arborea. *Linn.* Anas subfusca major, rostro & vertice nigricantibus, alis variegatis. *Browne.* Anas fistularis arboribus insidens. *Sloane. Raj.* Anas ferra, major. *Barr.* Canard siffiant au bec noir. *Edwards,* avec une figure exacte. *Anglice,* WHISTLING Duck.

Crassitie præcedentem circiter æmulatur, & illius instar, cruribus donatur & collo, servata proportione, magis elongatis quam aliæ hujus generis species. Capitis verticem cooperiunt pennæ, longiusculæ, exiguam cristam, non multum conspicuam, efficientes. Cauda in extremitate acuta. Oculorum irides avellaneæ. Rostrum nigricans. Pars crurum plumis denudata, pedes & digiti, sicut & ipsorum membranæ, plumbeo colore imbuti; ungues vero nigri. Habitat in *Americæ Septentrionali* regione.

† ** 25. GLAUCIUM.

Anas cristata, superne fusco-nigricans, violaceo adumbrata, inferne alba, in pectore & imo ventre fusco variegata; capite & collo supremo splendide nigricantibus, ad violaceum vergentibus; basi rostri nigricante & albo varia; collo infimo fusco-rufescente; tænia transversa in alis candida; remigibus primoribus exterius & in extremitate fusco-nigricantibus, interioribus cinereo-fuscis, sequentibus candidis, fusco-nigricante terminatis, corpori vicinioribus, & 14 rectricibus fusco-nigricantibus, ad violaceum vergentibus. (*Mas*).

Anas superne splendide fusca, punctulis griseis aspersa, inferne alba, in pectore & imo ventre fusco variegata; capite & collo fuscis, nigricante variis; uropygio fusco-nigricante, viridi adumbrato; tænia transversa in alis candida; rectricibus fusco-nigricantibus, ad violaceum vergentibus. (*Fœmina*). . . . LE MORILLON.

Anas Glaucia, fera. *Barr.* *Anas fera capite subrufo major.* *Willughb. Raj.* *Anas fera fusca minor.* *Willughb. Raj.* *Anas media cirrata.* *Frisch. bujus icon satis accurata.* (*Mas*). *Anas media cinerea.* *Frisch. bujus icon satis accurata.* (*Fœmina*). *Anas platyrhynchos.* *Gesn. Aldrov. Mus. Worm. Cbarlet.* *Anas platyrhynchos minor alter, seu Anas Fuligula alia.* *Aldrov. Anatis platyrhynchi species.* *Gesn.* *Glaucium.* *Gesn. Aldrov.* *Glaucium Bellonii.* *Willughb. Raj.* *Glaucius.* *Fonst. Cbarlet.* *Glaucion.* *Linn.* *Morillon. Bel. Germanice, SCHELL-ENT. Anglice, SPOON-BILL'D DUCK.*

A *Penelope paululum crassitie superatur.* *Ipsius longitudo 14 $\frac{1}{2}$ pollices æquat.* *Rostrum 1 $\frac{1}{2}$ pollicem longum est; cauda 2 $\frac{1}{2}$ pollices; pars crurum plumis denudata 4 lineas; digitorum anticorum medius 2 $\frac{1}{4}$ pollices, extimus 2 $\frac{3}{4}$ pollices, intimus 1 $\frac{3}{4}$ pollicem; posticus 8 lineas.* *Extremitatum alarum distantia est*

est 25 pollicum; alæ complicatæ mediam caudam attingunt. Rostrum, pars crurum plumis denudata, pedes & digiti, sicut & ipsorum membranæ, ex plumbeo colore nigricant; ungues vero nigri.

Fœmina magnitudine & crassitie cum *mare* circiter convenit. Ab illo coloribus paululum discrepat.

Juxta maris littora versantur; fluviosque & piscinas frequentant.

† ** 26. GLAUCIUM MINUS.

Anas cristata, superne fusco-nigricans, punctulis dilutioribus aspersa, inferne albo-argentea; capite & collo supremo saturate violaceis; collo infimo & imo ventre fusco-nigricantibus; uropygio saturate fusco, viridi obscuro adumbrato; tænia transversa in alis candida; remigibus primoribus fuscis, sequentibus candidis in apice fuscis, corpori vicinioribus fuscis, viridi obscuro adumbratis; 14 rectricibus splendide fuscis. . . . LE PETIT MORILLON.

Anas cirrhata. *Gesn. Aldrov. Jonst.* *Anas cristata*. *Raf.* *Anas platyrhynchos minor* prior. *Aldrov.* *Anas Fuligula*. *Gesn. Aldrov. Willugh. Klein.* *Anas Fuligula prima*, *Mergus cirratus minor*, *Querquedula cristata* seu *Colymbis*. *Rzac.* *Fuligula*. *Gesn. Jonst. Linn.* *Querquedula cristata*, seu *Colymbis*. *Aldrov. Jonst. Coarlet.* *Strausz Endr. Gesn. hujus icon satis accurata.* *Canard à crête noire.* *Alb.* *Petit Plongeon*, *Espèce de Canard.* *Bel.* *Germanice, VOLL-ENTEN.* *Anglice, TUFTED DUCK.*

Præcedenti paululum crassitie cedit. Ipsi-
 gitudino 14½ pollices explet. Rostrum 1½ pollicem longum est; cauda 2½ pollices; pars crurum plumis denudata 4 lineas; digitorum anticorum medius 2 pollices, extimus 25 lineas, intimus unum pollicem & 7½ lineas; posticus 7 lineas. Extremitates alarum 2 pedum intervallo distant; alæ complicatæ ad duas circiter tertias caudæ partes extenduntur. Pennæ summum caput vestientes sunt longissimæ,

elegantemque cristam retro dependentem, efficiunt. Oculorum irides eleganter luteæ. Rostrum saturate cinereo-cœruleum, attamen in extremitate nigrum. Pars crurum plumis denudata, pedes & digiti plumbeo colore tincti; ipsorum membranæ, unguesque nigricantes. Juxta maris littora versatur.

Hujus speciei varietas est

A. GLAUCIUM MINUS STRIATUM.

LE PETIT MORILLON RAYÉ.

Fuligula dicta Gesnero. *Willugb. Raj. Anglice, SCAUP DUCK.*

Magnitudinis & crassitie cum præcedente circiter convenit: ab illo quoque coloribus non discrepat, nisi medio dorso albo & fusco transversim & undatim striato. Juxta maris littora pariter versatur.

† ** 27. CLANGULA.

Anas superne nigra, inferne alba; capite & collo supremo nigris, violaceo & viridi-aureo colore variantibus; macula utrinque rostrum inter & oculum, & sub gutture minutissima, collo infimo, rectricibus alarum superioribus mediis & remigibus intermediis candidis; rectricibus 16 nigricantibus. . . . LE GARROT.

Anas Clangula. *Aldrov. Klein. Anas platyrynchos.*
Aldrov. Willugb. Raj. Klein. Anas marina platyr-
 rynchos mas: Clangula; Quattro Occhi Italis. *Marsfl.*
 Anas fera sexta seu cristata. *Schwenck Rzac. Clang-*
 gula. *Gesn. Jonst. Linn. Mergus capite nigro. Frisch.*
hujus icon satis accurata. Petit Plongeon. Alb.
 Germanice, KOBEL ENDTE. *Anglice, GOLDEN*
 EYE.

Anati domesticæ paululum crassitie cedit. Ipsius longitudo $1\frac{1}{2}$ pedem & 3 lineas æquat. Rostrum $1\frac{1}{4}$; pollicem longum est; cauda $3\frac{2}{3}$ pollices; pars crurum plumis denudata 3 lineas; digitorum anteriorum medius $2\frac{1}{2}$ pollices, extimus 2 pollices & $6\frac{1}{8}$ li.

6½ lineas, intimus 2 pollices; posticus 9 lineas. Extremitatum alarum distantia est 2½ pedum & 4 linearum; alæ complicatæ ad unius pollicis distantiam ultra caudæ exortum protenduntur. Cauda explicata nonnihil bifurca videtur. Oculorum irides crocææ. Rostrum, quod ad basim maxime elatum, penitus nigrum. Pars crurum plumis denudata, pedes & digiti aurantii; ipsorum membranæ colore obscuriore imbutæ; ungues vero nigricantes. Juxta maris littora versatur.

† ** 28. ANAS NIGRA.

Anas superne splendide nigra, inferne nigricans; tuberculo in exortu rostri carnosio rubro, linea flava diviso; capite & collo nigris, violaceo saturato colore variantibus; remigibus primoribus exterius nigricantibus, interius cinereo-fuscis, corpori finitimis splendide nigris; 16 rectricibus nigricantibus. . . . LA MACREUSE.

Anas nigra. Linn. Anas niger minor. Raj. Anas niger, Eboracensibus Scoter. Willughb. Anglice, SCOTER.

Crassitie *Anatem domesticam* paululam antecellit. Ipsi longitududo 1½ pedem & 3 lineas explet. Rostrum 2½ pollices longum est; cauda 4 pollices; pars crurum plumis denudata 4 lineas; digitorum anteriorum medius 2½ pollices, extimus 2¼ pollices, intimus 2½ pollices; posticus 8 lineas. Extremitates alarum 2½ pedum intervallo distant; alæ complicatæ ultra caudæ exortum non multum protenduntur. Oculorum irides colore obscuro imbutæ; ipsarum palpebræ luteæ. Mandibula superior in medio lutea, ad margines nigra; inferior penitus nigra. Pars crurum plumis denudata, pedes, digiti, & ipsorum membranæ, unguesque fusci. Juxta maris littora versatur.

29. ANAS NIGRA MAJOR.

Anas nigra; tuberculo in exortu rostri carnosio nigro; capite & collo supremo nigro—virescentibus; macula pone oculos & tænia longitudinali in alis candidis; rectricibus nigris. (*Mas*).

Anas fusca; macula pone oculos & tænia longitudinali in alis candidis; rectricibus fuscis. (*Fœmina*).

. . . . LA GRANDE MACREUSE.

Anas fusca. *Linn.* Anas nigra, rostro nigro, rubro & luteo. *Aldrov.* Anas nigra. *Fonst. Rzac. Klein.*
Willughb. Raj. *Anglice*, GREAT BLACK DUCK.

Præcedentem crassitie paululum antecellit. Rostrum ad latera luteum, in medio nigrum, mandibulæ superioris unguiculo rubro. Pars crurum plumis denudata, pedes & digiti, exterius rubri, interius citrini; ipsorum membranæ, unguesque aterrimi.

Fœmina colore a *mare* discrepat; fusco enim imbitur omnibus in locis in quibus *mas* nigro tingitur.

Juxta maris littora versantur, fluminaque frequentant.

30. ANAS NIGRA MAJOR FRETI HUDSONIS.

Anas nigra; macula utrinque in exortu rostri quadrata nigra; macula in vertice, altera infra occipitium triangularibus candidis; remigibus nigris; rectricibus superne nigris, subtus cinereo—fuscis.

. . . . LA GRANDE MACREUSE DE LA BAYE DE HUDSON.

Anser maximus niger, The Whilk dictus. *Raj.* Anas perspicillata. *Linn.* Gros Canard noir de la Baye de Hudson, *Edwards*, avec une figure exacte. *Anglice*, WHILK.

Crassitie præcedentem paululum superat. Ipfius longitudo 1 $\frac{1}{2}$; pedem & 6 circiter lineas explet. Rostrum 2 $\frac{1}{2}$ pollices longum est; cauda 4 $\frac{1}{2}$ pollices; pars crurum plumis denudata 6 lineas; di-

digitorum anticorum medius $2\frac{1}{2}$ pollices, extimus 25 lineas, intimus $1\frac{1}{2}$ pollicem; posticus 6 lineas tantum. Alæ complicatæ ad duas circiter tertias longitudinis caudæ partes extenduntur. Rostrum aurantium, attamen in medio rubrum: in utroque mandibulæ superioris latere spatium insuper extat quadratum nigrum, reliquo rostro paulo magis elatum. Pars crurum plumis denudata, pedes & digiti coccinei; ipsorum membranæ, unguesque nigricantes. Habitat in *Freto Hudsonis*.

† ** 31. QUERQUEDULA.

Anas superne fusca, marginibus pennarum griseo-rufescentibus, inferne alba, ad latera nigricante transversim striata; capite & collo supremo fusco-rufescentibus, lineolis longitudinalibus albis variis; vertice & occipitio fusco-nigricantibus; tænia supra oculos candida; pectore rufescente, fusco eleganter variegato; pennis scapularibus interioribus nigricantibus, tænia candida notatis, exterioribus & rectricibus alarum cinereis; macula alarum viridi-aurea, tænia alba superne & inferne donata; remigibus plerisque, & 14 rectricibus griseo-fuscis, exterius albido marginatis. (*Mas*).

Anas superne fusca, marginibus pennarum griseo-rufescentibus, pectore supremo concolore, inferne alba; capite & collo rufescentibus, maculis fuscis variegatis; macula alarum nigricante, viridi-aureo adumbrata, tænia alba inferius donata; rectricibus intermediis fuscis, & quatuor utrinque extimis griseo-fuscis, exterius albido marginatis. (*Fæmina*). . . . LA SARCELLE.

Anas Kernell circa Argentoratum dicta. *Aldrov. Jonst.* Anas fera decima quinta seu minor tertia. *Schwenck.* Anas fera quinta seu media. *Schwenck. (fæmina).* Anas mediocris. *Gesn. Klein.* Kernell, seu Querquedula varia. *Gesn.* Querquedula. *Linn. Frisch. bujus icon accurata.* Querquedula prima.

Aldrov. Willugh. Raj. Querquedula varia. *Gesn. Rzac. Klein.* Querquedula Kernell circa Argentoratum dicta. *Cbarlet.* Boscas Bellonii. *Aldrov. Gesn.* Phascas forte Gesnero. *Willugh. Raj.* Sarcelle, Cercelle, Cercerelle, Alebrande, Garfotte, Halebran. *Bel. Germanice,* SCHECKICHT ENDTLIN.

Anati domesticæ multum crassitie cedit. Ipsiꝯ longitudo $15\frac{1}{4}$ pollices æquat. Rostrum $1\frac{1}{4}$ pollicem longum est; cauda 3 pollices; pars crurum plumis denudata 4 lineas; digitorum anticorum medius $1\frac{1}{2}$ pollicem, extimus $1\frac{1}{7}$ pollicem; intimus 16 lineas; posticus 4 lineas. Extremitates alarum $2\frac{1}{7}$ pedum intervallo distant; alæ complicatæ ad tres circiter quartas caudæ partes extenduntur. Rostrum nigricans. Pars crurum plumis denudata, pedes & digiti, sicut & ipsorum membranæ, ex fusco ad plumbeum colorem vergentes; ungues vero nigricantes.

Fœmina crassitie paululum mari cedit, ab ipsoque coloribus discrepat. Rostrum ex fusco rubescit, atamen in extremitate nigricat. Pars crurum plumis denudata, pedes, digiti, & ipsorum membranæ, unguesque fusci.

Paludes, piscinasque frequentant.

Hujus speciei varietates sunt

A. QUERQUEDULA ERYTHROCEPHALOS.

LA SARCELLE A TESTE ROUGE.

Anas fera septima, seu maculâ in fronte candida insignis. *Schwenck. Germanice,* BLAS ENDTE.

Magnitudine cum præcedente circiter convenit. Ab illa autem differt capite rufo-rubescente, macula tamen insignito nivea, in fronte posita. Dorsum ipsius est fuscum. Pectus castaneo colore imbutum; & venter candidus. Rostrum obscure cœrulescens. Pars crurum plumis denudata, pedes, digiti, & ipsorum membranæ, rubescentes. In *Silesia* rarius invenitur.

B. QUERQUEDULA PECTORE SUBRUFO.

LA SARCELLE À GORGE ROUSSATRE.

Anas media pectore subrufo. *Frisch. hujus icon accurata.*
Germanice, ROTHBRUSTIGE MITTEL ENTE.

Magnitudine cum præcedente convenit. Superne est saturate grisea, inferne alba. Capitis superior pars subrufa nigro punctulata. Genæ & collum eodem colore sed dilutiore tinguntur. Pectus, similiter est subrufum, sed profundius; alæ griseæ, macula viridi-aurea, tæniis nigra & alba utrinque circumdata. Remiges & rectrices saturatius griseæ. Rostrum, pars crurum plumis denudata, & pedes nigricantes; ungues nigri.

C. QUERQUEDULA MACULA IN FRONTE NIGRA.

LA SARCELLE AVEC UNE TACHE NOIRE SUR LE FRONT.

Anas fera macula nigra in fronte. *Frisch. hujus icon satis accurata.* *Germanice, BLESS ENTE.*

Magnitudine cum præcedente convenit; superne est cinerea, nigro undatim variegata, inferne albida. Caput, collum & pectus sunt subrufa; genæ nigro punctulatae. Frons est macula alba insignita, in cujus medio datur macula nigra cordiformis. Pennæ scapulares rufescentes. Rostrum, pars crurum plumis denudata, digiti & ipforum membranæ, plumbei sunt coloris. In cæteris præcedenti est similis.

† ** 32. QUERQUEDULA MINOR.

Anas superne albido & nigricante transversim & undatim striata, inferne alba; vertice castaneo-fusco, pennis rufescente marginatis; tænia supra oculos albo-rufescente, infra oculos candida; fascia pone oculos viridi-aurea; genis & collo castaneis; gutture fusco; pectore maculis nigris vario; macula alarum nigra & viridi-aurea; tænia dilute fulva superius donata; remigibus primo-

moribus cinereo—fuscis, quibusdam nigro & albo variis, aut viridi—aureis, corpori finitimis fusco-cinereis candicante variis; 16 rectricibus fuscis, albido marginatis. (*Mas*).

Anas superne fusca, pennis rufescente maculatis & marginatis, inferne rufescens; macula alarum nigra & viridi aurea, tænia alba superne & inferne donata; rectricibus griseo—fuscis, exterius rufescente maculatis & albido marginatis. (*Fœmina*). . . . LA PETITE SARCELLE.

Crecca. *Linn.* *Anas* grisea, alis tænia ex cœsio & viridi cinctis. *Barr.* *Anas* Querquedula Francia. *Anas* Querquedula secunda, Aldrovandi. *Klein.* *Anas* fera decima tertia, seu minor prima. *Schwenck. Klein.* *Anas* fera decima sexta, seu minor quarta. *Schwenck. Raj.* *Anas* parva mustelaris. *Raj.* *Vulpanas*, *Anas* fera decima sexta Schwenckfeldii. *Klein.* *Querquedula. Gesn.* *Querquedula* secunda. *Aldrov. Willughb. Raj. Sloane. Raj.* *Querquedula* Tigrina. *Frisch. bujus icon accurata (Mas).* *Querquedula. Frisch. bujus icon accurata (Fœmina).* *Querquedula* Varroni, *Boschas* minor *Commelino*; *Boschis* *Columellæ. Rzac. Coarlet.* *Querquedula* minor. *Fonst.* *Querquedula* major. *Sibbald.* *Querquedula* sylvestris, seu *Anas* sylvestris minor. *Rzac.* *Phaschas. Gesn.* *Phaschas*, seu *Querquedula* minor. *Aldrov. Schwenck. Klein.* *Pepatzca*, seu *Anas* splendens. *Fern.* *Cercelle. Cercelle de France. Alb.* *Germanice, KRIEG-ENTEN. Belgice, TALING. Anglice, TEAL.*

Præcedenti crassitie cedit. Ipsi longitudo 14 pollices explet. Rostrum unum pollicem & 7½ lineas longum est; cauda 2½ pollices; pars crurum plumis denudata 5 lineas; digitorum anticorum medius 1½ pollicem, extimus 1¾ pollicem, intimus 1¾ pollicem; posticus 5 lineas. Extremitatum alarum distantia est 1½ pedis & 6 linearum; alæ complicatæ caudam fere extremam pertingunt. Cauda in extremitate acuta. Oculorum irides avellanæ. Rostrum nigrum. Pars crurum plumis denudata, pedes, digiti,

giti, & ipsorum membranæ, griseo-cinerei; unguis vero grisei.

Fœmina crassitie paululum *mari* cedit, & ab ipso coloribus discrepat. Mandibula superior obscure olivacea, minutissimis maculis nigris aspersa; inferior penitus nigra. Pars crurum plumis denudata, pedes, digiti, & ipsorum membranæ, griseo-fusci; unguis vero fusci.

Paludes & stagna frequentant.

33. QUERQUEDULA ÆSTIVA.

Anas superne cinereo-fusca, marginibus pennarum candicantibus, inferne albo-rufescens, in imo ventre griseo maculata; tænia supra oculos candida; genis & gutture castaneis; collo inferiore & pectore rufescentibus, pennis fusco marginatis; macula alarum nigra & viridi-aurea, tænia alba superne & inferne donata; remigibus primoribus fuscis, exterius albo marginatis, sequentibus interius fuscis, exterius viridi aureis, nigro fimbriatis, & in apice albis; 16 rectricibus cinereo-fuscis. (*Mas*).

Anas superne cinereo-fusca, marginibus pennarum rufescentibus, inferne albo-rufescens, in imo ventre griseo maculata; tænia supra oculos candida; genis & gutture albido variegatis; macula alarum viridi-aurea, tænia alba inferne donata; rectricibus cinereo-fuscis. (*Fœmina*). . . LA SARCELLE D'ÉTÉ.

Anas Circa. *Gesn. Aldrov. Jonst. Charlet. Sibbald. Willughb. Raj.* Anas fera decima quarta, seu minor secunda. *Schwenck.* Querquedula fusca. *Rzac.* Circa. *Linn. Klein.* Cercelle d'été. *Alb. Germanice,* BIRCKILGEN. *Anglice,* SUMMER-TEAL.

Præcedenti paululum crassitie cedit. Ipsius longitudo $13\frac{1}{2}$ pollices æquat. Extremitates alarum $1\frac{1}{4}$ pedis & 6 linearum intervallo distant; alæ complicatæ ad extremam fere caudam pertingunt. Cau-
da

da in extremitate acuta. Rostrum nigricans. Pars crurum plumis denudata, pedes & digiti cinereo-cærulescentes; ipsorum membranæ colore saturatione tinctæ; ungues vero nigri.

Fœmina magnitudine paululum *mari* cedit. Ab illo quoque coloribus discrepat.

Paludes, piscinasque frequentant.

34. QUERQUEDULA SINENSIS.

Anas cristata, superne obscure fusca, cæruleo & viridi colore varians, inferne alba; vertice & crista viridibus, crista tænia purpurea utrinque notata; genis candidis; collo supremo rubro-aurantio; pectore vinaceo; lateribus albo & nigro transversim striatis; macula alarum cæruleo-virescente, tænia alba inferius donata; remigibus primoribus nigricantibus, in apice albis, sequentibus fuscis, exterius cæruleo-virescentibus; corpori vicinioribus fuscis, exceptis duabus interioribus spadiceis, versus apicem nigro fimbriatis, sursum reflexis; reëtricibus fuscis, cæruleo colore variantibus. . . . LA SARCELLE DE LA CHINE.

Anas galericulata. Linn. *Anas Sinensis*. Klein. *An Querquedula Indica?* Aldrov. Cercelle de la Chine, Edwards, avec une figure exacte.

Querquedulam nostratam paululum crassitie superat. Oculorum irides avellaneæ. Rostrum obscure rubescens. Pars crurum plumis denudata, pedes & digiti aurantii; ipsorum membranæ colore obscuriore imbutæ; ungues vero nigri. Habitat in *Sinensi* regno.

35. QUERQUEDULA AMERICANA.

Anas superne fusca, griseo transversim & undatim striata, inferne rufescens, fusco maculata; capite & collo supremo violaceis, viridi colore variantibus; pennis basim rostri ambientibus & vertice

tice nigris; tænia utrinque transversa rostrum inter & oculum candida; tectricibus alarum superioribus cœruleis; macula alarum viridi, tænia alba superius donata; remigibus fuscis, intermediis exterius viridibus; rectricibus fuscis. (*Mas*).
Anas in toto corpore fusca. (*Fœmina*). . . . LA SARCELLE D'AMÉRIQUE.

Anas subfusca minor, remigibus extimis cœruleis, mediis albis, maximis subvirescentibus, fascia alba in fronte. *Browne*. *Anas* *Querquedula* *Americana* variegata. *Klein*. An *Anas* *Americana* cinerea, extremis alis viridibus? An *Querquedula* minor varia? *Barr*. *Sarcelle* d'Amérique. *Catesb. avec une figure exacte*. *Anglice*, WHITE-FACE TEAL.

Craffitie Querquedulam nostratam nonnihil antecellit. Ipsi^{us} longitudo $15\frac{1}{2}$ pollices circiter æquat. Rostrum $1\frac{7}{8}$ pollicem longum est; cauda $2\frac{1}{2}$ pollices circiter; pars crurum plumis denudata 5 lineas; digitorum anticorum medius $1\frac{7}{8}$ pollicem, extimus $1\frac{1}{2}$ pollicem, intimus 14 lineas; posticus autem $4\frac{1}{2}$ lineas. Alæ complicatæ caudam fere extremam pertingunt. Rostrum nigrum. Pars crurum plumis denudata, pedes, digiti, & ipsorum membranæ, lutei; ungues vero nigricantes.

Fœmina a mare discrepat colore in universo corpore fusco.

Habitant in *Americæ* septentrionali regione. Piscinas & flumina frequentant.

36. QUERQUEDULA VIRGINIANA.

Anas superne griseo-fusca, inferne grisea; tectricibus alarum superioribus cœruleis; macula alarum viridi, tænia alba superius donata; remigibus fuscis, intermediis exterius viridibus; rectricibus fuscis. (*Mas*).

Anas in toto corpore fusca. (*Fœmina*). LA SARCELLE DE VIRGINIE.

Anas

Anas Quacula. Klein. Sarcelle brune de l'Amérique.
Catesb. avec une figure exacte.

Præcedenti paululum crassitie cedit. Ipsius longitudo $13\frac{1}{2}$ pollices circiter explet. Rostrum $1\frac{7}{8}$ pollicem longum est; cauda $2\frac{1}{2}$ pollices circiter; pars crurum plumis denudata 6 lineas; digitorum anteriorum medius $1\frac{7}{8}$ pollicem, extimus $1\frac{7}{8}$ pollicem, intimus 14 lineas; posticus 5 lineas. Alæ complicatæ caudam extremam non attingunt. Rostrum nigrum. Pars crurum plumis denudata, pedes, digiti, & ipsorum membranæ, unguesque fusci.

Fœmina a mare differt colore in universo corpore fusco.

Æstate habitant in *Virginia & Carolina.* Paludes frequentant.

37. QUERQUEDULA MEXICANA.

Anas alba, nigro punctulata; capite fulvo, nigricante & viridi-cœruleo variegato; macula rostrum inter & oculos candida; rectricibus alarum superioribus & caudæ inferioribus cœruleis; macula alarum viridi, tænia superne alba, inferne fulva donata; remigibus primoribus nigris, intermediis exterius viridibus, in apice fulvis, corpori vicinioribus candidis, nigro punctulatis; rectricibus nigricantibus, exterius albicante marginatis. (*Mas*).

Anas superne nigra, marginibus pennarum fulvescentibus & candidis, inferne alba, nigro mixta; macula alarum viridi; remigibus corpori vicinioribus nigris, exterius albo marginatis. (*Fœmina*).

. . . . LA SARCELLE DU MEXIQUE.

Toltecolotli, seu Metzcanauhtli I; Avis lunaris. *Fern.* (*Mas*). *Raj.* Toltecolotli, seu Avis Stertrix Juncti. *Fern.* (*Fœmina*).

Cum *Querquedula nostrate* magnitudine circiter convenit. Oculi mediocris magnitudinis & nigri.
Man:

Mandibula superior cœrulea; inferior nigra. Pars crurum plumis denudata, pedes, digiti, & ipsorum membranæ, sunt pallide rubri.

Fœmina coloribus a *mare* discrepat. Rostrum nigrum. Pars crurum plumis denudata, pedes, digiti, & ipsorum membranæ, cinerei.

Habitant in *Mexico*, ibique lacus frequentant.

† ** 38. QUERQUEDULA LUDOVICIANA.

Anas alba; capite & collo supremo viridi-aureis, violaceo colore in summo capite, genis & gutture variantibus; occipite candido; dorso splendide nigro; scapularibus pennis exterioribus albis; uropygio cinereo-albo; remigibus primoribus nigricantibus, quibusdam interius cinereo-fuscis, sequentibus interius cinereis, exterius candidis, aut fusco variis, corpori vicinioribus nigris; 16 rectricibus cinereis, tribus utrinque extimis exterius albo marginatis. . . . LA SARCELLE DE LA LOUISIANE.

Albeola. *Linn.* *Anas parva* ex nigro & albo variegata. *Klein.* Petit Canard noir & blanc. *Edwards*, avec une figure exacte.

Crassitie Querquedulam nostratam non multum antecellit. Ipsi longitudo $15\frac{1}{2}$ pollices æquat. Rostrum $1\frac{1}{2}$ pollicem longum est; cauda $2\frac{1}{2}$ pollices; pars crurum plumis denudata $3\frac{1}{2}$ lineas; digitorum anticorum medius $2\frac{1}{2}$ pollices, extimus $25\frac{1}{2}$ lineas, intimus $1\frac{1}{2}$ pollicem, posticus 7 lineas. Extremitatum alarum distantia est $1\frac{1}{2}$ pedis; alæ complicatæ ad tertiam circiter caudæ partem extenduntur. Mandibula superior dilute nigricans, attamen in extremitate viridescens; inferior penitus viridescit. Pars crurum plumis denudata, pedes, digiti, & ipsorum membranæ, aurantii; ungues vero nigricantes. Habitat in *Ludoviciana* & *Insula Terræ-novæ*.

39. QUERQUEDULA CAROLINENSIS.

Anas ex albo & nigro varia. (*Mas*).

Anas superne saturate fusca, inferne dilute grisea; macula pone oculos & macula alarum candidis; remigibus & reſtricibus saturate fuscis. (*Fœmina*). . . . LA SARCELLE DE LA CAROLINE.

Anas rustica. *Linn.* Anas minor ex albo & fusco varia. *Klein.* Petit Canard brun. *Catesb.* avec une figure assez exacte de la femelle. *Anglice*, LITTLE BROWN DUCK.

Querquedula minori nostrati paululum crassitie cedit. Fœminæ longitudo unum circiter pedem explet. Rostrum $1\frac{1}{2}$ pollicem longum est; cauda $2\frac{1}{2}$ pollices circiter. Alæ complicatæ ad caudam fere extremam pertingunt. Oculorum irides avellaneæ. Rostrum, pars crurum plumis denudata, pedes, digiti, & ipsorum membranæ, nigro colore imbuti.

Mas a *Fœmina* discrepat colore in universo corpore albo & nigro variegato.

Habitant in *Carolina*. Juxta fluviorum ostia sæpissime versantur.

† ** 40. QUERQUEDULA FERROENSIS.

Anas superne fusco-nigricans, inferne alba; tænia longitudinali nigricante in vertice; capite ad latera dilute griseo, oculorum ambitu candido; occipite & collo superiore nigricante & albido variis; gutture & collo inferiore fusco maculatis; macula alarum fusco-rufescente; remigibus fuscis; 14 reſtricibus, quinque utrinque extimis griseis, exterius albido marginatis, intermediis griseo-fuscis. . . . LA SARCELLE DE FERROE.

Querquedulam majorem nostratem paululum crassitie superat. Ipsiis longitudo $1\frac{1}{2}$ pedem & 3 lineas explet. Rostrum unum pollicem & $5\frac{1}{2}$ lineas longum est;

est; cauda $2\frac{1}{2}$ pollices; pars crurum plumis denudata 3 lineas; digitorum anticorum medius 2 pollices; extimus eadem longitudine pollet; intimus 18 lineas longus; posticus 7 lineas. Extremitatum alarum distantia est 2 pedum; alæ complicatæ ad tertiam caudæ partem extenduntur. Cauda in extremitate acuta. Rostrum nigricans. Pars crurum plumis denudata, pedes, digiti, & ipsorum membranæ, fusci, ad plumbeum colorem vergentes; ungues vero nigricantes. Habitat in *Ferrensî Insula*.

41. QUERQUEDULA Freti HUDSONIS.

Anas superne obscure fusca, inferne alba, dilute rufescente transversim striata; pennis basim mandibulæ superioris ambientibus, & macula ad aures candidis; summo pectore & uropygio fusco-rufescentibus; imo ventre rufescente & fusco transversim striato; remigibus majoribus nigricantibus, minoribus & rectricibus fusco-rufescentibus. . . . LA SARCELLE DE LA BAYE DE HUDSON.

Anas minuta. Linn. Petit Canard brun & blanc. *Edwards, avec une figure exacte.* Anglice, LITTLE BROWN AND WHITE DUCK.

Cum *Querquedula nostrate* crassitie circiter convenit. Iplius longitudo $13\frac{1}{2}$ pollices circiter æquat. Rostrum 14 lineas longum est; cauda 2 circiter pollices; pars crurum plumis denudata 3 lineas; digitorum anticorum medius $1\frac{2}{3}$ pollicem, extimus $1\frac{1}{2}$ pollicem, intimus 15 lineas; posticus 6 lineas. Alæ complicatæ ad quartam circiter caudæ partem extenduntur. Cauda in extremitate acuta. Rostrum nigrum. Pars crurum plumis denudata, pedes & digiti ex nigricante ad rubescentem obscurum colorem vergunt; ipsorum membranæ, unguesque nigricant. Habitat in *Freto Hudsonis*.

† ** 42. QUERQUEDULA DOMINICENSIS.

Anas superne rufa, mediis pennarum nigricantibus, inferne griseo—fusca, albido mixta; capite anteriore fuliginoso; imo ventre dilute rufo, griseo—fusco maculato; macula alarum candida; remigibus primoribus fuscis, quibusdam in exortu exterius candidis, corpori vicinioribus griseo—fulvis; rectricibus nigricantibus, scapis aterrimis præditis. . . . LA SARCELLE DE S. DOMINGUE.

Chilcanauhtli, seu Anas Chilli colore. *Fern. Raj.* Colcanauhtli, seu Anas Coturnicum Mexicanarum colore. *Fern. (an fœmina?) Raj.*

Hæc est hujus generis species quam noverim minima. Ipsi longitudo $11\frac{1}{2}$ pollices æquat. Rostrum unum pollicem & $5\frac{1}{2}$ lineas longum est; cauda $2\frac{1}{2}$ pollices; pars crurum plumis denudata 3 lineas; digitorum anticorum medius unum pollicem & $11\frac{1}{2}$ lineas, extimus unum pollicem & $9\frac{1}{2}$ lineas, intimus $1\frac{1}{4}$ pollicem; posticus 6 lineas. Extremitates alarum $1\frac{1}{2}$ pedis intervallo distant; alæ complicatæ ultra caudæ exortum non multum prætenduntur. Rostrum nigrum. Pars crurum plumis denudata, pedes, digiti, & ipsorum membranæ, unguesque fusci. Habitat in *Dominicensi Insula & Mexica.*

O R D O XXV.

AVES Digitis quatuor, omnibus membranis integris inter se connexis: cruribus circa corpus medium & extra abdomen positis, corpore brevioribus, præditæ.

Inter hujus Ordinis Aves, aliæ rostro donantur acuto; aliæ rostro in apice adunco præditæ sunt. In duas sectiones dividuntur: prima continet eas quæ

quæ rostrum habent acutum, ut *Anbinga*, *Lepturus*: & secunda illas quæ rostrum habent in apice aduncum, ut *Sula*, *Phalacrocorax*, *Onocrotalus*.

SECTION I.

Eæ quæ rostro donantur acuto.

Hæc sectio duobus conflatur generibus Avium, rostro sive recto sive inflexo a se invicem discrepantium. Aliæ enim rostrum habent plane rectum, ut *Anbinga*: aliæ rostro donantur deorsum modice inflexo, ut *Lepturus*. Hujus novissimi generis Aves rectricibus binis longissimis præditæ sunt.

CVIII. Genus *Anbingæ*.

Hujus character est

Digiti quatuor, omnes membranis integris inter se connexi:

Crura circa corpus medium & extra abdomen posita, corpore breviora:

Rostrum rectum, acutum.

Omnes hujus generis Alites rostro donantur ad margines minute & haud multum conspicue denticulato. Trium digitorum anticorum medii unguis est interius, ferræ instar, denticulatus.

** I. ANHINGA.

Anbinga superne nigricans, maculis albidis varia, inferne albo-argentea; capite & collo superiore griseo-rufescentibus; gutture & collo inferiore griseis; uropygio, remigibus, rectricibusque splendide nigris. . . . L'ANHINGA.

Anbinga Brasiliensibus Tupinambis. *Marcgr. Jonst. Willugb. Raj.* Plancus Brasiliensis, *Anbinga* vocatus. *Klein.* *Mergus longirostrus*, cervice longiori. *Mergus Americanus*, subcastaneus, punctatus, cervice longiori. *Barr.* *Ptinx Mæbr.*

Cum *Anate domestica* crassitie circiter convenit. Ipsi-
us longitudo $2\frac{1}{2}$ pedes & 8 lineas explet. Ros-
trum 3 pollices longum est; cauda 10 pollices; di-
gitorum anticorum medius $2\frac{1}{2}$ pollices, extimus $2\frac{1}{2}$
pollices, intimus $1\frac{1}{2}$ pollicem; posticus 10 lineas.
Extremitatum alarum distantia est $3\frac{1}{2}$ pedum; alæ
complicatæ mediam circiter caudam attingunt. Ca-
put habet parvum & longiusculum; collum gracile,
rotundum, pedis unius longitudinem obtinens. Ca-
put, guttur, collumque vestiant pennæ subtilissimæ,
serici instar, mollissimæ. Oculi sunt nigri: ipsorum
irides aureo colore tinctæ. Rostrum griseum, atta-
men in exortu nonnihil flavicans. Pedes, digiti,
& ipsorum membranæ, ex griseo ad flavescentem
colorem inclinantes; ungues vero grisei. Habitat in
Brasilia & Cayena.

CIX. Genus *Lepturi*.

Hujus character est

Digiti quatuor, omnes membranis integris inter se
connexi:

Crura circa corpus medium & extra abdomen posita,
corpore breviora:

Rostrum deorsum modice inflexum, acutum:

Rectrices binæ longissimæ.

Omnes hujus generis Aves rostro donantur ad mar-
gines minute & haud multum conspicue denticulato.
Ipsarum digitus extimus per totam lateris exterioris
longitudinem membranula donatur; & crurum pars
infima plumis est denudata.

† ** I. LEPTURUS.

Lepturus albo-argenteus, superne cinereo-nigri-
cante transversim striatus; tænia supra oculos
splendide nigra; laterum pennis longioribus, &
cinereo-nigricantibus, albo transversim macula-
tis; remigibus plerisque candidis, nigro aut cine-
reo-

reo-nigricante insignitis; 14 rectricibus candidis, scapis in exortu nigris. . . . LE PAILLE-EN-CUL, OU OISEAU DES TROPIQUES.

Lepturus. Moebr. Avis Tropicorum. Willugh. Raj. Plancus Tropicus. Klein. Phaeton æthereus. Linn. Feta en cul ou Oiseau du Tropic. Du Tertre. Anglice, TROPICK BIRD.

Anatem domesticam crassitie circiter æmulator. Ipfius longitudo $2\frac{1}{2}$ pedes & 6 lineas æquat. Rostrum $3\frac{1}{2}$ pollices longum est; cauda $1\frac{1}{2}$ pedem & 6 lineas; pars crurum plumis denudata 4 lineas; digitorum anticorum medius $1\frac{1}{2}$ pollicem, extimus 18 lineas, intimus $1\frac{1}{2}$ pollicem; posticus 6 lineas. Extremitates alarum $3\frac{1}{2}$ pedum intervallo distant; alæ complicatæ ad 5 pollicum distantiam ultra caudæ exortum protenduntur. Binæ intermediae rectrices sunt strictissimæ, & utrinque proxime sequentem $15\frac{1}{2}$ pollicum longitudine excedentes. Rostrum rubrum. Pars crurum plumis denudata, pedes, digitique ad exortum flavicantes; digiti in reliqua longitudine, ipsorum membranæ, unguesque nigricantes. Binos inter Tropicos habitat.

† ** 2. LEPTURUS CANDIDUS.

Lepturus albo-argenteus; tænia supra oculos, pennis scapularibus versus extremitatem, fasciæque supra alas nigris; laterum pennis longiusculis, cinereo-nigricantibus, albo marginatis; remigibus candidis, nigro plus minusve insignitis; 12 rectricibus candidis, scapis in exortu nigris. . . . LE PAILLE-EN-CUL BLANC.

Alcyon media alba, rectricibus binis intermediis longissimis. Browne. Paille-en-cul ou Larus leucomelanos, cauda longissima bipenni. Feuillée. Oiseau des Tropiques. Catesb. avec une figure assez exacte. Oiseau Tropicque. Edwards, avec une figure exacte. Anglice, TROPICK BIRD.

Columbam Romanam crassitiæ circiter æquat. Ipfius
Hh 4 lon-

longitudo $2\frac{7}{8}$ pedes explet. Rostrum $2\frac{1}{2}$ pollices longum est; cauda $1\frac{1}{2}$ pedem & 6 lineas; pars crurum plumis denudata 3 lineas; digitorum anticorum medius 15 lineas, extimus $14\frac{1}{2}$ lineas, intimus 13 lineas; posticus 6 lineas. Extremitatum alarum distantia est 3 pedum; alæ complicatæ ad 5 pollicum distantiam ultra caudæ exortum protendantur. Binæ rectrices intermediae sunt strictissimæ, & utrinque proxime sequentem $12\frac{1}{2}$ pollicum longitudine excedunt. Rostrum ad exortum cinereum, in reliquis flavescens. Pars crurum plumis denudata, pedes, digitique ad exortum flavicantes; digiti in reliqua longitudine, ipsorum membranæ, unguesque nigricantes. Præcedentis instar, binos inter Tropicos habitat.

** 3. LEPTURUS FULVUS.

Lepturus albo-fulvescens; tænia supra oculos, pen- nis scapularibus versus extremitatem, fasciaque supra alas nigris; laterum pennis longiusculis, cinereo-nigricantibus; albo-fulvescente margi- natis; remigibus albo fulvescentibus, plerisque plus minusve nigro insignitis; 12 rectricibus albo-fulvescentibus, scapis in exortu nigricantibus....
LE PAILLE-EN-CUL FAUVE.

Præcedenti multum crassitie cedit. Ipsius longi- tudo $1\frac{1}{2}$ pedem & 8 lineas æquat. Rostrum $2\frac{1}{2}$ pollices longum est; cauda $12\frac{1}{2}$ pollices; pars cru- rum plumis denudata 4 lineas; digitorum anticorum medius $1\frac{7}{8}$ pollicem, extimus $1\frac{1}{2}$ pollicem, inti- mus 14 lineas; posticus 6 lineas. Extremitates ala- rum $2\frac{1}{2}$ pedum & 6 linearum intervallo distant; alæ complicatæ ad 5 pollicum distantiam ultra caudæ exortum protendantur. Rectrices binæ intermediae sunt strictissimæ, & utrinque proxime sequentem $7\frac{1}{2}$ pollicum longitudine excedentes. Rostrum ru- brum. Pars crurum plumis denudata, pedes, digi- tique ad exortum flavicantes; digiti in reliqua lon-
gitu-

gitudine, ipforum membranæ, unguesque nigricantes. Binos inter Tropicos similiter habitat.

S E C T I O II.

Eæ quæ rostrum habent in apice aduncum.

In hac sectione tria continentur genera Avium rostri forma a se invicem discrepantium. Aliæ enim rostro donantur recto, conico, ut *Sula*: aliæ rostrum habent rectum, subcylindraceum, ut *Phalacrocorax*: aliæ rostro, horizontaliter plano præditæ sunt, ut *Onocrotalus*. Hujus novissimi generis Aves gutture donantur bursa inflabili instructo.

CX. Genus *Sula*.

Hujus character est

Digiti quatuor, omnes membranis integris inter se connexi:

Crura circa corpus medium & extra abdomen posita, corpore breviora:

Rostrum rectum, conicum, in apice aduncum.

In plerisque hujus generis Avibus mandibula superior pluribus conflatur partibus prope caput simul junctis, quarum ope oris rictus fit valde amplus. Pleræque Aves istæ rostro quoque donantur ad margines minute & haud multum conspicue denticulato. Naribus conspicuis carent; sed earum loco in utroque mandibulæ superioris latere sulcus extat per totam fere illius longitudinem productus. Ipsarum lingua valde brevis est. Trium digitorum anticorum medii unguis est interius, ferræ instar, denticulatus.

** I. S U L A.

Sula superne cinereo—fusca, capite & collo concoloribus, inferne alba; remigibus cinereo—nigricantibus; 14 rectricibus cinereo—fuscis; oculorum ambitu nudo, luteo. . . . Læ Fou.

Hh 5

Pisca.

Piscator. Linn. Anseri Bassano congener fusca Avis. Sloane, *bujus icon satis accurata (exceptis pedibus in quibus digitus posticus solutus est)*. Raj. Mergus Americanus fuscus. Cancrofagus minor vulgatissimus. Anas angustirostra, Stultus vulgo dicta. Barr. Planus Morus, simpliciter. Klein. Anæthetus major melinus, subtus albidus rostro serrato-dentato. Browne. Fou. Catesb. *avec une figure exacte. Du Terre. Anglice, BOOBY.*

Crassitie *Anatem moschatam* non multum antecellit. Ipsi longitudo $2\frac{7}{8}$ pedes æquat. Rostrum $4\frac{7}{8}$ pollices longum est; cauda $9\frac{1}{4}$ pollices; digitorum anticorum medius 3 pollices, extimus $2\frac{1}{4}$ pollices, intimus $1\frac{1}{2}$ pollicem; posticus 13 lineas. Trium digitorum anticorum medii unguis est interius, serræ instar, denticulatus. Extremitatum alarum distantia est 5 pedum; alæ complicatæ ad tres circiter quartas caudæ partes extenduntur. Oculorum irides dilute griseæ. Rostrum griseum. Pedes, digiti, & ipsorum membranæ, pallide flavi; ungues vero grisei. In *Africa & America* maris littora frequentat. Longe etiam a litoribus quandoque discedit.

2. SULA MAJOR.

Sula superne saturate fusca, albo maculata, capite collo & pectore concoloribus, inferne sordide alba; remigibus & rectricibus fuscis; oculorum ambitu nudo, nigricante. . . . LE GRAND FOU.

Planus congener Anseri Bassano. Klein. Grand Fou. Catesb. *avec une figure exacte de la tête & du col. Anglice, GREAT BOOBY.*

Magnitudine & crassitie *Anserem* circiter æmuletur; sed cauda multo longiori gaudet. Rostrum $5\frac{1}{2}$ pollices longum est. Extremitates alarum 6 circiter pedum intervallo distant; alæ complicatæ ad caudæ extremitatem pertingunt. Oculorum irides avelaneæ. Spatium rostrum inter & oculum utrinque

con-

contentum plumis est denudatum, & solummodo cute nigricante obsitum. Rostrum griseo-fuscum. Pedes, digiti, & ipsorum membranæ, unguesque nigri. In *Florida* maris littora frequentat: juxta majorum fluminum ostia quoque versatur.

† ** 3. SULA FUSCA.

Sula cinereo-fusca, superne saturatius, inferne dilutius; uropygio cinereo-albo; remigibus cinereo-nigricantibus; 14 rectricibus cinereo-fuscescentibus, binis intermediis cinereis, lateralibus cinereo-fuscis, utrinque extima in apice cinereo-alba; oculorum ambitu nudo, rubro. . . . LE FOU BRUN.

Anseri Bassano congener, Avis cinereo-alba. *Sloane*. Anseri Bassano affinis; Avis cinereo-alba. *Raj*. Larus piscator cinereus. *Barr*. Fol ou Fiber marinus, rostro acutissimo adunco, serrato. *Feuillée*. *Anglice*, BOOBY.

Crassitie *Anatem domesticam* non multum excedit. Ipsi longitudo 2 pedes æquat. Rostrum $3\frac{1}{2}$ pollices longum est; cauda 9 pollices; digitorum anticorum medius $2\frac{1}{2}$ pollices, extimus $2\frac{1}{2}$ pollices, intimus $1\frac{1}{2}$ pollicem; posticus $11\frac{1}{2}$ lineas. Trium digitorum anticorum medii unguis est interius, serræ instar, denticulatus. Extremitates alarum $4\frac{1}{2}$ pedum intervallo distant; alæ complicatæ ad duas circiter tertias caudæ partes extenduntur. Rostrum, pedes & digiti, & ipsorum membranæ, similiter rubri; ungues vero rubescentes. In *Africa* & *America* maris littora frequentat. Longe etiam a littoribus quandoque discedit.

** 4. SULA CANDIDA.

Sula candida; remigibus majoribus fuscis, minoribus, & 14 rectricibus candidis; oculorum ambitu nudo, rubro. . . . LE FOU BLANC.

Fou d'une autre sorte. *Du Tertre*.

Primam hujus generis speciem crassitie nonnihil antecellit. Ipsiꝯ longitudo $2\frac{7}{2}$ pedes explet. Rostrum 5 pollices longum est; cauda 10 pollices; digitorum anticorum medius $3\frac{1}{2}$ pollices, extimus $2\frac{1}{2}$ pollices, intimus 2 pollices; posticus 14 lineas. Trium digitorum anticorum medii unguis est interior, ferræ instar, denticulatus. Extremitatum alarum distantia est $5\frac{1}{2}$ pedum; alæ complicatæ ad 3 circiter quartas caudæ partes usque protenduntur. Rostrum, pedes, digiti, & ipsorum membranæ, rubri; ungues vero rubescentes. In *Africa & America* juxta maris littora versatur. Longe etiam a littoribus quandoque discedit.

† ** 5. S U L A B A S S A N A.

Sula candida; remigibus majoribus fuscis, reliquis & 12 rectricibus candidis; oculorum ambitu nudo, nigro. . . . LE FOU DE BASSAN.

Sula Hoieri. *Clus. Willugh. Raj.* Bassanus. *Linn.* Anser cinereus, oblongo, crassoque capite. *Barr.* Anser Bassanus, five Scoticus. *Gesn. Aldrov. Foust.* Anser Bassanus. *Willugh. Raj. Charlet Sibbald.* bujus icon satis accurata. *Plancus,* Anser Bassanus. *Klein.* Graculus. *Moebr.* Oye de Soland. *Alb.* Germanice, SOLEND-GANSS ou SCHOTTEN-GANSS. *Anglice,* SOLAND GOOSE.

Cum *Anser* crassitie circiter convenit. Ipsiꝯ longitudo $2\frac{1}{2}$ pedes æquat. Rostrum $5\frac{1}{2}$ pollices longum est; cauda 9 pollices; digitorum anticorum medius $3\frac{1}{2}$ pollices; extimus eandem longitudinem obtinet; intimus $2\frac{1}{2}$ pollices longus; posticus 13 lineas. Trium digitorum anticorum medii unguis est interior, ferræ instar, denticulatus. Extremitatum alarum distantia est $5\frac{1}{2}$ pedum; alæ complicatæ nonnihil ultra tres quartas caudæ partes extenduntur. Rectrices omnes sunt valde rigidæ. Oculorum irides flavescentes. In utroque capitis latere, pone oris angulos, tænia extat pollicis unius longi-

tudi-

tudinem obtinens, quæ cute nigra & plumis denudata conflatur. Sub gutture altera adest fascia non-nihil præcedente latior, 1½ pollicem longa, quamque pariter efficit cutis nigra, & similiter plumis denudata. Quæ tres fasciæ cuticeæ, dum Avis rostrum aperit, maximam latitudinem acquirunt. Os intus nigrum est. Rostrum cinereo-cœrulescens. Pedes, digiti, & ipsorum membranæ, unguesque fasci: in parte tamen pedis anteriore tænia extat viridis, per totam illius longitudinem extensa, dein in quatuor tæniis divisa, quarum quælibet supra unumquemque digitum secundum ipsius longitudinem protenditur. Habitat ætate in *Insula Bassa* sive *Bassana*; in eaque nidificat. Ab illa quandoque discedit.

† 6. FREGATA.

Sula in toto corpore nigra; cauda bifurca; oculorum ambitu nudo, nigro. (*Mas*).

Sula nigra, ventre albo; cauda bifurca; oculorum ambitu nudo, nigro. (*Fœmina*).... LA FRÉGATE.

Fregata Avis Rochefortio & Du Tertre. *Raj.* Fregata marina, apus, subtus alba, superne nigra. *Barr.* (*Fœmina*). Aquilus *Linn.* Rabihorcado. *Euf. Nieremb. Willugh.* Rabihorcados todos negros de Oviedo. *Raj.* Avis Raboforcado Lusitanis. *Petiv.* Caripira. *Juan. de Laët. Jonst.* Hirundo marina major, apus, rostro adunco. *Barr.* Alcyon major pulla, cauda longiori bifurca. *Browne.* Atagen. *Moeb.* Frégate. *Du Tertre.* Frégate ou Vultur marinus leucocephalos. *Feuillee.* Oiseau de Frégates. *Alb.* Anglice, FRIGATE-BIRD.

Hæc Alitis species non nisi valde imperfecte descripta fuit. Secundum *du Tertre* crassitie Gallinam nequaquam antecellit. Collum habet mediocris longitudinis; caput parvum; oculos magnos & nigros; rostrum sex septemve pollices longum; pedesque valde breves. Extremitates alarum septem aut octo pedum intervallo distant. *D. Poivre*, qui illius iconem

nem ab ipso depictam mecum communicavit, ab extremo ad extremum alarum 14 fere pedum distantiam observavit. Universum corpus vestiunt pennæ nigrae. Cauda valde bifurca. Mas, jam ad senectutem ubi pervenit, binis donatur membranis carnis, coccineis, sub gutture pendulis. Rostrum, pedes, digiti, & ipsorum membranæ, unguesque nigri.

Fœmina a mare discrepat tantum ventre albo.

Habitant in *America*. A littoribus maris longissime discedunt, & *Piscibus* vicitant.

7. FREGATA MINOR.

Sula fusco-ferruginea; collo inferiore & pectore albis; remigibus & 10 reatricibus fusco-ferrugineis; cauda bifurca; oculorum ambitu nudo, rubro. . . . LA PETITE FRÉGATE.

Frégate. Edwards, avec une figure exacte. Anglice, MAN OF WAR BIRD.

Præcedenti crassitie cedit. Ipsi longitudo $2\frac{1}{2}$ pedes & 9 circiter lineas explet. Rostrum 5 pollices longum est; cauda $12\frac{1}{2}$ pollices; digitorum anticorum medius 2 pollices, extimus $1\frac{1}{2}$ pollicem; intimus $1\frac{1}{2}$ pollicem; posticus 11 lineas. Extremitates alarum $5\frac{1}{2}$ pedum & 6 circiter linearum intervallo distant; alæ complicatæ caudam fere extremam attingunt. Cauda valde bifurca. Hujus speciei nares sunt conspicuæ, & supra mandibulam superiorem, non longe a capite, collocatæ. Rostrum rubrum. Pedes & digiti sordide flavicantes; ipsorum membranæ, quæ quidem maxime emarginatæ, concolores.

An præcedentis *fœmina*?

CXI. Genus *Phalacrocoracis*.

Hujus character est

Digiti quatuor, omnes membranis integris inter se connexi:

Crura

Crura circa corpus medium & extra abdomen posita, corpore breviora :

Rostrum rectum, subcylindraceum, in apice aduncum.

In hujus generis Avibus trium digitorum anticorum medii unguis est interius, ferræ instar, denticulatus.

† ** I. PHALACROCORAX.

Phalacrocorax cristatus, superne cupri colore obscuro tinctus & ad viride inclinans, marginibus pennarum nigro-virescentibus, inferne nigro-virescens, uropygio concolore; capite superiore & collo supremo lineolis longitudinalibus albis variegatis; gutture & macula ad crura exteriora candidis; remigibus majoribus nigricantibus, viridi adumbratis, minoribus obscuro cupri colore ad viride inclinante tinctis; 14 rectricibus nigricantibus. . . . LE CORMORAN.

Phalacrocorax. *Gesn. Jonst. Cbarlet.* Phalacrocorax
 five Corvus aquaticus Plinii. *Aldrov.* Corvus aqua-
 ticus. *Gesn. Aldrov. Jonst. Willugb. Raj. Sibbald.*
Mus. Best. Marsil. Corvus aquaticus major, seu Mer-
 gus magnus niger Gesneri. *Rzac.* Corvus lacustris.
Schwenck. Corvus Sinarum marinus. *Euf. Nieremb.*
 Carbo aquaticus. *Gesn.* Plancus Corvus lacustris,
 aquaticus. *Klein.* Carbo. *Linn.* Mergus magnus
 niger nonnullis. *Gesn.* Morfex. *Gesn. Aldrov.*
Jonst. Cbarlet. Cormorant. *Bel.* Germanice,
 SCHARB. *Anglice,* CORMORANT.

Crassitie *Anatem moschatam* paululum antecellit. Ipsi-
 us longitudo $2\frac{7}{12}$ pedes & 6 lineas explet. Ros-
 trum $3\frac{7}{12}$ pollices longum est; cauda 6 pollices;
 digitorum anticorum medius $3\frac{1}{12}$ pollices, extimus
 $3\frac{1}{2}$ pollices, intimus $2\frac{1}{2}$ pollices; posticus 18 li-
 neas. Digiti omnes sunt valde crassi. Trium digito-
 rum anticorum medii unguis est interius, ferræ in-
 star, denticulatus. Extremitates alarum $4\frac{1}{12}$ pedum
 &

& 6 linearum intervallo distant; alæ complicatæ ad unius pollicis distantiam ultra caudæ exortum protenduntur. In occipitio quædam extant pennæ reliquis longiores & latiores, strictam cristam, duos circiter pollices longam, efficientes. Cauda in extremitate rotundata. Oculorum pupilla cœrulescens: ipsorum irides virescentes. Palpebræ punctulis ex albo ad violaceum vergentibus ad margines sunt notatæ. Spatium rostrum inter & oculum utrinque contentum plumis est denudatum, & cute rostrum inter & oculum nigricante, infra oculum ad oris angulos usque aurantia, obsitum. Ab oris angulo uno ad alterum, sub gutture procedendo, cutis quoque extenditur nuda, nigricante & flavo-olivaceo variegata: quæ cutis sub rostro verus ipsius extremitatem usque producitur, & dum Avis Piscem deglutit, maxime dilatatur. Rostrum cinereum, supra partem superiorem nonnihil ad fuscum inclinans; mandibulæ inferioris exortus paululum insuper ad carneum colorem vergit. Pedes, digiti, & ipsorum membranæ, unguesque splendidissimo nigro imbuti. Juxta maris littora versatur, paludesque frequentat. Modo in rupibus, modo in arboribus excelsis nidificat.

** 2. PHALACROCORAX MINOR.

Phalacrocorax superne nigro-viridescens, inferne cinereo-albus; gutture candido; imo ventre griseo-fusco; remigibus & 12 rectricibus nigricantibus. . . . LE PETIT CORMORAN.

Graculus palmipes. *Linn.* Graculus palmipes Aristotelis, seu Corvus aquaticus minor. *Aldrov. Jonst.* Graculus palmipes, Corvus marinus, Mergus magnus niger. *Charlet.* Corvus aquaticus minor. *Rzac.* Corvus aquaticus minor, sive Graculus palmipes. *Willughb. Sibbald. Raj.* Plancus Corvus minor, aquaticus. *Klein.* Cormoran. *Hist. de l'Acad. Anglice, SHAG.*

Præcedenti multum crassitie cedit. Ipsius longitudo

tudo $2\frac{1}{2}$ pedes æquat. Rostrum 3 pollices longum est; cauda $5\frac{1}{2}$ pollices; digitorum anticorum medius $2\frac{1}{2}$ pollices, extimus $3\frac{1}{2}$ pollices, intimus 2 pollices; pollicis 15 lineas. Trium digitorum anticorum medii unguis est interius, ferræ instar, denticulatus. Extremitatum alarum distantia est $3\frac{1}{2}$ pedum; alæ complicatæ ultra caudæ exortum nequaquam protenduntur. Cauda in extremitate rotundata. Oculorum irides dilute rubræ. Spatium rostrum inter & oculum utrinque contentum plumis est denudatum, & cute rubra obsitum. Mandibula superior nigra; inferior in aliis griseo-rubescens, in aliis viridi-flavicans. Pedes, digiti, & ipsorum membranæ, fusci; ungues vero nigri. Juxta maris littora versatur, lacusque frequentat. Præcedentis instar, modo in rupibus, modo in arboribus nidificat.

CXII. Genus *Onocrotali*.

Hujus character est

Digiti quatuor, omnes membranis integris inter se connexi:

Crura circa corpus medium & extra abdomen posita, corpore breviora:

Rostrum rectum, horizontaliter planum, in apice aduncum:

Guttur bursa inflabili instructum.

In omnibus hujus generis Avibus nares nequaquam sunt conspicuæ.

** I. ONOCROTALUS.

Onocrotalus albus, ad carneum colorem nonnihil inclinans; plumulis quibusdam ad margines alarum, & remigibus majoribus nigris; remigibus minoribus & 20 rectricibus candidis. . . . LE PÉLICAN.

Onocrotalus. *Gesn. Bell. Charlet. Moebr. Linn. Onocrotalus seu Pelecanus. Aldrov. Willugh. Raj. Marfil.*
 Tom. II. li bujus

bujus icon satis accurata. Fonst. Onocrotalus, Truo; Schwenck. Onocrotalus Avis. Bont. Onocrotalus Plinio; Pelicanus Bellonio; Truo Festo. Rzac. Onocrotalus, s. Mergus. Frisch. bujus icon satis accurata. Plancus Gulo. Onocrotalus albus. Klein. Atotoil, Onocrotalus Mexicanus non dentatus. Hernand. Alcatraz. Euf. Nieremb. Pelican. Bel. Hist. de l'Acad. avec une figure exacte. Edwards, avec une figure exacte. Pelican, Livane. Bel. Germanice, MEER-GANSS. Anglice, PELECANÉ.

Duplicem fere *Cygni* crassitiem obtinet. Ipsi-
us longitudo $5\frac{1}{2}$ pedes & 9 lineas æquat. Rostrum $1\frac{1}{2}$
pedem longum est, & per totam fere longitudinem
 $1\frac{1}{2}$ pollicis latitudine pollet. Cauda 7 pollices lon-
ga; digitorum anticorum medius $4\frac{1}{2}$ pollices, exti-
mus $4\frac{1}{2}$ pollices, intimus $3\frac{1}{2}$ pollices; posticus $2\frac{1}{2}$
pollices. Extremitatum alarum distantia est 11 pe-
dum; alæ complicatæ caudam extremam attingunt.
Pennæ collum obtegentes sunt minutissimæ, & lanu-
ginis æmulæ: quæ occipitium cooperiunt, reliquis
paulo longiores, & cristam quodammodo efficientes.
Caput ad latera plumis denudatur, & cute carneo
colore diluto tincta solummodo obducitur. In illo
spatio plumis denudato oculi siti sunt: ipsorum iri-
des in aliis griseo-flavicantes, in aliis obscure
avellaneæ. Supra mandibulam superiorem costa
quædam attollitur coccinea, per totam illius longi-
tudinem extensa, & unco satis acuto terminata:
mandibula superior in reliquis versus ipsius exortum
pallide rubet, versus extremitatem flavicat: mandi-
bula inferior penitus pallide rubet. Bursa inflabilis
sub gutture pendula, & per totam mandibulæ infe-
rioris longitudinem extensa, illiusque bina latera
connectens, flavescit. Pedes, digiti, & ipsorum
membranæ, plumbeo colore imbuti; ungues vero
grisei. Juxta maris littora versatur, & flumina
magna, lacusque frequentat.

A. ONOCROTALUS ROSTRO DENTICULATO.

LE PÉLICAN A BEC DENTELÉ.

Arctotl Alcatraz, Onocrotalus Mexicanus dentatus. Avis aquatica. *Fern.*

A præcedente solummodo differt rostro denticulato, & croceo colore imbuto. Pedes, digiti, & ipsorum membranæ, ex croceo colore ad rubrum inclinant. Habitat in *Mexico*.

** 2. ONOCROTALUS FUSCUS.

Onocrotalus cinereo-fuscus; superne mediis pennarum candicantibus; capite & collo candidis; remigibus majoribus nigris, minoribus & 18 restrictibus cinereo-fuscis. . . . LE PÉLICAN BRUN.

Mergus strumofus. Corvus aquaticus. Frisch. hujus icones si sint accuratæ, alias species exhibere videntur. Onocrotalus pedibus cœruleis & brevioribus, rostro cochleato. Feuillee. Onocrotalus sive Pelecanus fuscus. Sloane. Raj. Onocrotalus s. Pelecanus fuscus. Linn. Pelecanus subfuscus, gula distensili. Browne. Planicus Gulo. Onocrotalus fuscus. Klein. Alcatrazes grandes de la Isla Espanola de Oviedo. Sloane. Pélican. Voy. de la B. de Hud. avec une figure exacte. Pélican de l'Amérique. Edwards, avec une figure exacte. Grand Gofier. Du Tertre. Anglice, PELECANE.

Crassitie *Anserem domesticum* paululum antecellit. Ipsi longitudo $3\frac{1}{2}$ pedes & 9 lineas æquat. Rostrum $15\frac{1}{2}$ pollices longum est; cauda $6\frac{1}{2}$ pollices; digitorum anticorum medius $4\frac{1}{2}$ pollices, extremus $4\frac{1}{2}$ pollices, intimus $3\frac{1}{2}$ pollices; pollicis $1\frac{1}{2}$ pollicem. Extremitates alarum 7 pedum intervallo distant; alæ complicatæ ad caudæ extremitatem pertingunt. Caput ad latera plumis denudatur, & cute candicante solummodo obducitur. In illo spatio plumis denudato oculi siti sunt; ipsorum irides saturatissime cinereo-cœruleæ. Rostrum versus ipsius exortum viridescens, versus extremitatem cinereo-cœruleum, aliqua rubedine mixtum. Mandibula

superior non ita plana est quam in aliis hujus generis speciebus, & mediam versus longitudinem minorem quam in extremitatibus latitudinem obtinet. Bursa inflabilis sub gutture pendula, & per totam mandibulæ inferioris longitudinem extensa, illiusque bina latera connectens, ex cinereo cœrulescit, lineolisque rubescentibus variegatur. Pedes, digiti, & ipsorum membranæ, plumbeo colore imbuti; ungues vero nigri. Habitat in *America*.

† ** 3. ONOCROTALUS PHILIPPENSIS.

Onocrotalus superne griseo-cinereus, inferne albus, uropygio concolore; capite & collo candicantibus, tænia in collo superiore longitudinali fusco & albido variegata, plumulis mollissimis, longiusculis, & cristam quasi efficientibus, constante; remigibus majoribus cinereo-nigricantibus, reliquis & 18 rectricibus cinereo-albis, scapis nigricantibus, illis, & harum lateralibus interius in exortu candidis. . . . LE PELICAN DES PHILIPPINES.

Præcedentem multum crassitie superat. Ipsius longitudo $4\frac{1}{2}$ pedes & 3 lineas explet. Rostrum 14 pollices longum est; cauda 7 pollices; digitorum anticorum medius $4\frac{1}{2}$ pollices, extimus $4\frac{1}{2}$ pollices, intimus $3\frac{1}{2}$ pollices; posticus 25 lineas. Extremitates alarum $7\frac{1}{2}$ pedum & 6 linearum intervallo distant; alæ complicatæ ad tres quartas caudæ partes usque protenduntur. Caput ad latera plumis est denudatum, & cute albo-rubescente solummodo obductum. In illo spatio plumis denudato oculi siti sunt. Rostrum ex albo rubescit; mandibulam tamen superiorem in utroque illius latere variegat macularum fuscescentium series. Bursa inflabilis sub gutture pendula, & per totam mandibulæ inferioris longitudinem extensa, illiusque bina latera connectens, candicat. Pedes, digiti, & ipsorum membranæ, unquesque rubri. Habitat in *Philippensibus Insulis*.

ORDO XXVI.

AVES Digitis quatuor, tribus anterioribus membranis integris inter se connexis, postico soluto: cruribus circa corpus medium & extra abdomen positus, corpore longioribus.

Hujus Ordinis Avium aliæ rostro donantur denticulato; aliæ rostro edentulo præditæ sunt. In duas sectiones illas dividimus: in prima continentur eæ quæ rostrum habent denticulatum, ut *Phænicopterus*: in secunda autem illæ quæ rostrum habent edentulum, ut *Avocetta*, *Corrira*.

SECTIO I.

Eæ quæ rostro donantur denticulato.

Unico genere, *Phænicopteri* scilicet, constituitur hæc sectio.

Omnium hujus generis Avium rostrum mediam versus longitudinem deorsum incurvatur: ipsarum mandibula inferiore superiore latior est.

CXIII. Genus *Phænicopteri*.

Hujus character est

Digitus quatuor, tres scilicet antici membranis integris inter se connexi, posticus solutus:

Crura circa corpus medium & extra abdomen posita, corpore longiora:

Rostrum denticulatum, mediam versus longitudinem deorsum incurvum:

Mandibula inferiore superiore latior.

Hujus generis Avium crura in parte infima plumis denudantur.

† ** I. PHOENICOPTERUS.

Phœnicopterus coccineus, remigibus plerisque nigris; rectricibus coccineis. . . . LE FLAMANT.

Phœnicopterus ruber. *Linn.* Phœnicopterus ex cinereo puniceus, minori rostro. Roseus. Guianensis, crassiori rostro, totus phœniceus. Phœniceus, rostro falcato, ad extremum nigro. *Barr.* Phœnicopterus pullus, vertice & angulis alarum coccineis. *Browne.* Phœnicopterus. *Gesn. Aldrov. Jonst. Willugh. Raj. Sloane. Charlet. Linn.* Phœnicopterus Auctorum. *Moebr.* Phœnicopterus Plinii, Aldrovandi. *Klein.* Phœnicopterus Americanus. *Seb. bujus icon satis accurata.* Phœnicopteros Avis. *Mus. Worm.* Avis quam Hispani Flamenco vocant. *Joan. de Laët.* Flamenco. *Jonst.* Flamant. *Catesb. avec une figure exacte.* Flamant ou Flambant. *Bel.* Flambant ou Flaman. *Du Tertre.* Flamant ou Flamboyant. *Alb. Flamand. Kolbe.* Becharu. *Hist. de l'Acad. Anglice,* FLAMINGO.

Ciconia albæ paululum crassitie cedit; sed cruribus donatur & collo magis elongatis. Ipsius longitudo ab apice rostri ad caudam extremam $4\frac{1}{2}$ pedes æquat, & ad extremos unguēs 6 pedes. Rostrum $4\frac{1}{4}$ pollices longum est; cauda $5\frac{1}{2}$ pollices; pars crurum plumis denudata $9\frac{1}{2}$ pollices; digitorum anticorum medius $3\frac{1}{2}$ pollices, extimus 3 pollices, intimus $2\frac{1}{4}$ pollices; posticus 6 lineas. Extremitates alarum $5\frac{1}{2}$ pedum intervallo distant; albæ complicatæ caudam extremam attingunt. Hæc Avis, pro ut annosior sit, colore variat. In juventute, primo scilicet anno, universum corpus vestiunt pennæ albo & griseo variegatæ, exceptis tamen plerisque alarum remigibus nigris. Rostrum griseum, attamen in extremitate nigrum. Pars crurum plumis denudata, pedes, digiti, & ipsorum membranæ, unguesque grisei.

Secundo ætatis anno, universum corpus albicat, cum aliqua rosei coloris mixtura. Inferiores alarum tectrices majores nigræ. Remiges pleræque

fimili

simili nigro tinctæ. Caudam componunt 16 rectrices roseo colore pallido imbutæ. Rostrum pallide rubrum, excepta extremitate nigra. Pars crurum plumis denudata, pedes, digiti, & ipsorum membranæ, unguisque eodem imbuuntur rubro ac rostrum ipsum tingitur.

Tertio ætatis anno coccineo colore penitus tingitur; attamen pleræque remiges sunt nigrae. Rostrum in aliis rubrum, in aliis luteum; in omnibus autem rostri extremitas nigra. Pars crurum plumis denudata, pedes, digiti, & ipsorum membranæ, unguisque rubri.

Rostro singularis figuræ donatur hæc Avis. Mandibula superior est in exortu crassissima, deinde sensim atque sensim fit minus crassa, & ipsius extremitas est horizontaliter plana; est insuper mediam versus longitudinem deorsum incurva: mandibula inferior superiore multo crassior & latior, præsertim versus mediam ipsius longitudinem, & insuper canaliculata. Mandibulæ binæ sunt ad margines, limæ instar, denticulatæ. Dum Avis edit, collum, caputque ita contorquet, ut mandibulæ superioris pars plana terram attingat; dein caput utrinque motitat; & sic cibum arripit.

Habitat in *America*; quandoque in *Gallia* juxta maris littora meridionalia versatur. Ipsius crura tanta longitudine pollent, ut dum incubat, ea in nido collocare nequeat; & ideo supra monticulos in aqua sitos nidam construit, eique insidet, cruribus, uno in uno latere, alio in altero, pendulis.

S E C T I O II.

Eæ quæ rostro donantur edentulo.

Duo in hac sectione continentur genera Avium rostri forma & longitudine a se invicem discrepantium. Aliæ enim rostrum habent gracile, longissimum, horizontaliter compressum, sursum arcuat-

illiq

li 4

tum,

tum, ut *Avocetta*: aliæ rostro brevi & recto præditæ sunt, ut *Corrira*.

CXIV. Genus *Avocetta*.

Hujus character est

Digiti quatuor, tres scilicet antici membranis integris inter se connexi, posticus solutus:

Crura circa corpus medium & extra abdomen posita, corpore longiora:

Rostrum edentulum, gracile, longissimum, horizontaliter compressum, sursum arcuatum.

Hujus generis Avium crura in parte infima plumis denudantur.

† ** I. A V O C E T T A.

Avocetta candida; capite superiore, colli superioris parte suprema, tænia duplici a scapulis ad uropygium, & fascia in alis obliqua nigris; remigum prima præfusa nigra, sequentibus partim albis partim nigris, aut totis candidis, corpori vicinioribus vel griseo-fuscis, vel fuscis; 12 rectricibus candidis. . . . L'AVOCETTE.

Avocetta, *Recurvirostra*. *Charlet*. *Avosetta*. *Linn*.
Avosetta, *Recurvirostra*. *Gesn*. *Avosetta Italis* dicta. *Aldrov*. *Fonst*. *Recurvirostra subius alba*, superne nigricans, pedibus cyaneis. *Barr*. *Recurvirostra*. *Gesn*. *Willughb*. *Raj*. *Marsil*. *Recurvirostra*, seu *Avosetta Italarum*. *Rzac*. *Plotus recurviroster*. *Klein*. *Trochilus*. *Moëbr*. *Herle* ou *Hërle*, ou *Avosetta des Italiens*. *Alb*. *Germanice*, FREMBDER WASSER-VOGEL. *Belgice*, KLUIT. *Anglice*, SCOPER.

Craffitie Vanellum multum superat. Ipsius longitudo $1\frac{7}{8}$ pedem explet. Rostrum $3\frac{7}{8}$ pollices longum est; cauda $3\frac{7}{8}$ pollices; pars crurum plumis denudata 2 pollices; digitorum anticorum medius $1\frac{1}{2}$ pollicem, extimus 18 lineas, intimus $1\frac{7}{8}$ pollicem, post-

posticus $1\frac{1}{2}$ lineam. Extremitates alarum $2\frac{1}{2}$ pedum & 8 linearum intervallo distant; alæ complicatæ caudam extremam attingunt. Rostrum nigrum, in mucronem valde gracilem & flexibilem desinens. Pars crurum plumis denudata, pedes, digiti, & ipsorum membranæ, ex plumbeo colore cœrulescunt; ungues vero nigri. Juxta maris littora versatur.

CXV. Genus *Corriæ*.

Hujus character est

Digiti quatuor, tres scilicet antichi membranis integris inter se connexi, posticus solutus:

Crura circa corpus medium & extra abdomen posita, corpore longiora:

Rostrum edentulum, breve, rectum.

I. C O R R I R A.

Corriæ superne ferruginea, inferne alba; remigibus ferrugineis; rectricibus binis intermediis candidis, in apice nigris. . . . LE COUREUR.

Corriæ. Trochilus. *Fonst.* Trochilus, vulgo Corriæ. *Aldrov. hujus icon satis accurata. Willugb. Raj. Trochilus, Corriæ, seu Tabellaria Aldrovandi. Charlet. Anglice, FIN-FOOTED RUNNER.*

Avocettæ crassitie cedit, cruribusque & rostro donatur multo brevioribus. Oculi sunt nigri, albo circumdati circulo, quem rursus ambit circulus spadiceus. Rostrum luteum, attamen in extremitate nigrum. Cujus coloris sint pedes, prorsus melatet. Celerrime currit hæc Avis; unde *Corriæ* nomen. Habitat in *Italia*.

F I N I S.

I N D E X

Avium in secundo volumine contentarum, secundum ordinem in quo disponuntur.

O R D O XII.

S E C T I O I.

XLIII. Genus *Certhiæ*. Gallice. *Genre du Grimpereau*.

- | | |
|---|---|
| <p>1. Certhia.
 A. <i>Certhia major</i>.</p> <p>2. <i>Certhia muralis</i>.</p> <p>3. <i>Certhia Martinicana</i>
 five <i>Saccharivora</i>.</p> <p>4. <i>Certhia Philippensis</i>.</p> <p>5. <i>Certhia Philippensis</i>
 <i>grisea</i>.</p> <p>6. <i>Certhia Philippensis</i>
 <i>minor</i>.</p> <p>7. <i>Certhia Capitis Bonæ</i>
 <i>Spei</i>.</p> <p>8. <i>Certhia Bahamensis</i>.</p> <p>9. <i>Certhia Indica</i>.</p> <p>10. <i>Certhia Philippensis</i>
 <i>olivacea</i>.</p> <p>11. <i>Certhia Madagasca-</i>
 <i>riensis olivacea</i>.</p> <p>12. <i>Certhia Cayenensis</i>
 <i>cœrulea</i>.</p> <p>13. <i>Certhia Brasiliensis</i>
 <i>cœrulea</i>.</p> <p>14. <i>Certhia Brasiliensis vi-</i>
 <i>ridis</i>.</p> <p>15. <i>Certhia Brasiliensis vi-</i>
 <i>ridis atricapilla</i>.</p> <p>16. <i>Certhia Americana vi-</i>
 <i>ridis atricapilla</i>.</p> <p>17. <i>Certhia Cayenensis vi-</i>
 <i>ridis</i>.</p> <p>18. <i>Certhia Madagasca-</i></p> | <p><i>riensis violacea</i>.</p> <p>19. <i>Certhia Madagasca-</i>
 <i>riensis viridis</i>.</p> <p>20. <i>Certhia torquata Ca-</i>
 <i>pitis Bonæ Spei</i>.</p> <p>21. <i>Certhia longicauda</i>
 <i>Senegalensis</i>.</p> <p>22. <i>Certhia longicauda</i>
 <i>Capitis Bonæ Spei</i>.</p> <p>23. <i>Certhia longicauda</i>
 <i>minor Capitis Bonæ</i>
 <i>Spei</i>.</p> <p>24. <i>Certhia Mexicana ru-</i>
 <i>bra</i>.</p> <p>25. <i>Certhia Mexicana ru-</i>
 <i>bra atricapilla</i>.</p> <p>26. <i>Certhia Virginiana</i>
 <i>purpurea</i>.</p> <p>27. <i>Certhia Philippensis</i>
 <i>purpurea</i>.</p> <p>28. <i>Certhia Brasiliensis ni-</i>
 <i>gricans</i>.</p> <p>29. <i>Certhia Senegalensis</i>
 <i>violacea</i>.</p> <p>30. <i>Certhia Brasiliensis</i>
 <i>violacea</i>.</p> <p>31. <i>Certhia Bengalenfis</i>.</p> <p>32. <i>Certhia Americana</i>
 <i>varia</i>.</p> <p>33. <i>Certhia five Sacchari-</i>
 <i>vora Jamaicensis</i>.</p> |
|---|---|

XLIV. Genus *Polytmi*. Gallice. Genre du Colibry.

- | | |
|-----------------------------------|--------------------------------|
| 1. <i>Polytmus</i> . | dicus. |
| 2. <i>Polytmus punctulatus</i> . | 11. <i>Polytmus Cayenensis</i> |
| 3. <i>Polytmus Brasiliensis</i> . | violaceus. |
| 4. <i>Polytmus Dominican-</i> | 12. <i>Polytmus Amboinen-</i> |
| <i>sis</i> . | <i>sis</i> . |
| 5. <i>Polytmus Surinamen-</i> | 13. <i>Polytmus Cayenensis</i> |
| <i>sis</i> . | <i>longicaudus</i> . |
| 6. <i>Polytmus Indicus</i> . | 14. <i>Polytmus Mexicanus</i> |
| 7. <i>Polytmus Mexicanus</i> . | <i>longicaudus</i> . |
| 8. <i>Polytmus Jamaïcen-</i> | 15. <i>Polytmus Surinamen-</i> |
| <i>sis</i> . | <i>sis longicaudus ruber</i> . |
| 9. <i>Polytmus Mexicanus</i> | 16. <i>Polytmus Mexicanus</i> |
| <i>cyaneus</i> . | <i>longicaudus ruber cri-</i> |
| 10. <i>Polytmus cœruleus In-</i> | <i>status</i> . |

S E C T I O I I.

XLV. Genus *Mellisuga*. Gallice. Genre de l'Oiseau-mouche.

- | | |
|----------------------------------|-----------------------------------|
| 1. <i>Mellisuga</i> . | 10. <i>Mellisuga Surinamen-</i> |
| 2. <i>Mellisuga Americana</i> | <i>sis pectore cœruleo</i> . |
| gutturæ Topazino. | 11. <i>Mellisuga Surinamen-</i> |
| 3. <i>Mellisuga Brasiliensis</i> | <i>sis torquata</i> . |
| gutturæ Topazino. | 12. <i>Mellisuga cristata</i> . |
| 4. <i>Mellisuga Surinamen-</i> | 13. <i>Mellisuga Carolinen-</i> |
| <i>sis</i> . | <i>sis gutturæ rubro</i> . |
| 5. <i>Mellisuga Dominican-</i> | 14. <i>Mellisuga Brasiliensis</i> |
| <i>sis</i> . | gutturæ rubro. |
| 6. <i>Mellisuga Cayenen-</i> | 15. <i>Mellisuga Cayenensis</i> |
| <i>sis</i> . | <i>major</i> . |
| 7. <i>Mellisuga Cayenensis</i> | 16. <i>Mellisuga Brasiliensis</i> |
| gutturæ nævio. | <i>cauda bifurca</i> . |
| 8. <i>Mellisuga Cayenensis</i> | 17. <i>Mellisuga Cayenensis</i> |
| ventre albo. | <i>cauda bifurca</i> . |
| 9. <i>Mellisuga Cayenensis</i> | 18. <i>Mellisuga Jamaïcen-</i> |
| ventre griseo. | <i>sis cauda bifurca</i> . |
| | 19. Mel- |

19. *Mellisuga Jamaicensis atricapilla cauda bifurca.* 20. *Mellisuga Jamaicensis violacea cauda bifurca.*

O R D O X I I I.

S E C T I O I.

XLVI. *Genus Torquilla.* Gallice. *Genre du Torcol.*

1. *Torquilla.* A. *Torquilla striata.*

XLVII. *Genus Pici.* Gallice. *Genre du Pic.*

- | | |
|---|---|
| 1. <i>Picus viridis.</i> | 16. <i>Picus varius Canadensis.</i> |
| 2. <i>Picus viridis Bengalenfis.</i> | 17. <i>Picus varius Virginianus.</i> |
| 3. <i>Picus viridis Mexicanus.</i> | 18. <i>Picus varius Virginianus minor.</i> |
| 4. <i>Picus viridis Norvegicus.</i> | 19. <i>Picus Virginianus erythrocephalos.</i> |
| 5. <i>Picus luteus Persicus.</i> | 20. <i>Picus varius Cayenensis.</i> |
| 6. <i>Picus niger.</i> | 21. <i>Picus varius Mexicanus major.</i> |
| 7. <i>Picus niger Novæ Angliæ.</i> | 22. <i>Picus varius Mexicanus minor.</i> |
| 8. <i>Picus niger Mexicanus.</i> | 23. <i>Picus varius Jamaicensis.</i> |
| 9. <i>Picus niger Carolinensis cristatus.</i> | 24. <i>Picus varius Carolinensis.</i> |
| 10. <i>Picus niger Virginianus cristatus.</i> | 25. <i>Picus Dominicanensis striatus.</i> |
| 11. <i>Picus niger Cayenensis cristatus.</i> | 26. <i>Picus Dominicanensis striatus minor.</i> |
| 12. <i>Picus varius Americanus cristatus.</i> | 27. <i>Picus Cayenensis striatus.</i> |
| 13. <i>Picus varius major.</i> | 28. <i>Pi-</i> |
| 14. <i>Picus varius.</i> | |
| 15. <i>Picus varius minor.</i> | |

- | | |
|---------------------------------------|------------------------------------|
| 28. <i>Picus Canadensis striatus.</i> | Spei. |
| 29. <i>Picus Dominicanus minor.</i> | 31. <i>Picus Cayenensis albus.</i> |
| 30. <i>Picus Capitis Bonæ</i> | 32. <i>Picus Cayenensis minor.</i> |

S E C T I O I I.

XLVIII. *Genus Galbulæ.* Gallice. *Genre du Jacamar.*

- | | |
|--------------------|-------------------------------|
| 1. <i>Galbula.</i> | 2. <i>Galbula longicauda.</i> |
|--------------------|-------------------------------|

S E C T I O I I I.

XLIX. *Genus Bucconis.* Gallice. *Genre du Barbu.*

- | | |
|--------------------------------|-------------------------------|
| 1. <i>Bucco.</i> | vius. |
| 2. <i>Bucco Cayenensis.</i> | 4. <i>Bucco Philippensis.</i> |
| 3. <i>Bucco Cayenensis næ-</i> | 5. <i>Bucco Maynanensis.</i> |

L. *Genus Cuculi.* Gallice. *Genre du Coucou.*

- | | |
|--|---|
| 1. <i>Cuculus.</i> | 13. <i>Cuculus Bengalensis nævius.</i> |
| A. <i>Cuculus rufus.</i> | |
| 2. <i>Cuculus Dominicanus.</i> | 14. <i>Cuculus Indicus nævius.</i> |
| 3. <i>Cuculus Carolinensis.</i> | 15. <i>Cuculus Malabaricus nævius.</i> |
| 4. <i>Cuculus Jamaicensis.</i> | 16. <i>Cuculus Madagascariensis.</i> |
| 5. <i>Cuculus Jamaicensis longiroster.</i> | 17. <i>Cuculus Bengalensis niger.</i> |
| 6. <i>Cuculus Mexicanus.</i> | 18. <i>Cuculus Indicus niger.</i> |
| 7. <i>Cuculus Senegalensis.</i> | 19. <i>Cuculus Brasiliensis cristatus.</i> |
| 8. <i>Cuculus Cayenensis.</i> | 20. <i>Cuculus Brasiliensis cornutus.</i> |
| 9. <i>Cuculus Cayenensis minor.</i> | 21. <i>Cuculus Coromandelanensis cristatus.</i> |
| 10. <i>Cuculus Andalusæ.</i> | |
| 11. <i>Cuculus Cayenensis nævius.</i> | |
| 12. <i>Cuculus Mindanensis nævius.</i> | |

22. Cu-

- | | |
|---|--|
| 22. Cuculus Madagascariensis cristatus. | cristatus ruber. |
| 23. Cuculus Siamensis cristatus viridis. | 26. Cuculus Madagascariensis cœruleus. |
| 24. Cuculus Guineensis cristatus viridis. | 27. Cuculus Sinensis cœruleus. |
| 25. Cuculus Brasiliensis | 28. Cuculus Madagascariensis major. |

S E C T I O I V.

LII. Genus *Trogonis*. Gallice. *Le Genre du Couroucou.*

- | | |
|--|---------------------------------|
| 1. Trogon Cayenensis cinereus. | 4. Trogon Brasiliensis viridis. |
| 2. Trogon Cayenensis viridis. | 5. Trogon Mexicanus. |
| 3. Trogon Cayenensis viridis ventre candido. | 6. Trogon Mexicanus varius. |
| | 7. Trogon Ceylonensis. |

LIII. Genus *Crotophagi*. Gallice. *Genre du Bout-de-petun.*

- | | |
|-----------------|-----------------------|
| 1. Crotophagus. | 2. Crotophagus major. |
|-----------------|-----------------------|

LIII. Genus *Pfittaci*. Gallice. *Genre du Perroquet.*

- | | |
|------------------------------------|----------------------------------|
| 1. Ara Brasiliensis. | 10. Cacatua rubro cristata. |
| 2. Ara Jamaicensis. | 11. Cacatua minor. |
| 3. Ara Jamaicensis cyano-crocea. | 12. Cacatua alis & cauda rubris. |
| 4. Ara Brasiliensis cyano-crocea. | 13. Lorius Ceramensis. |
| 5. Ara Moluccensis varia. | 14. Lorius Moluccensis. |
| 6. Ara Brasiliensis viridis. | 15. Lorius Orientalis Indicus. |
| 7. Ara Brasiliensis Erythrochlora. | 16. Lorius Philippensis. |
| 8. Cacatua. | 17. Lorius Brasiliensis. |
| 9. Cacatua luteo cristata. | 18. Lorius torquatus Indicus. |
| | 19. Lorius Amboinensis. |

20. Pfit-

20. *Psittacus Jamaicensis* icterocephalos.
21. *Psittacus Brasiliensis* cyanocephalos.
22. *Psittacus Barbadosensis.*
23. *Psittacus Cayenensis.*
24. *Psittacus Brasiliensis* erythrocephalos.
25. *Psittacus Jamaicensis* gutture rubro.
26. *Psittacus Martinicanus.*
27. *Psittacus Martinicanus* gutture rubro.
28. *Psittacus Guianensis* cyanocephalos.
29. *Psittacus Martinicanus* cyanocephalos.
30. *Psittacus Brasiliensis* fronte rubra.
31. *Psittacus Amazonicus.*
32. *Psittacus Amazonicus* fronte lutea.
33. *Psittacus Amazonicus* gutture cœruleo.
34. *Psittacus Amazonicus* poikilorynchos.
35. *Psittacus Amazonicus* Brasiliensis.
36. *Psittacus Amazonicus* Jamaicensis.
37. *Psittacus Amazonicus* varius.
38. *Psittacus Amazonicus* gutture luteo.
39. *Psittacus Sinensis.*
40. *Psittacus Americanus.*
41. *Psittacus Lucionensis.*
42. *Psittacus Mexicanus* pectore albo.
43. *Psittacus varius* Indicus.
44. *Psittacus Aquarum Lupiarum* Insulæ.
45. *Psittacus Novæ Hispaniæ.*
46. *Psittacus Guianensis* cœruleus.
47. *Psittacus luteus.*
48. *Psittacus luteus* Insulæ Cubæ.
49. *Psittacus Guineensis* cinereus.
A. Psittacus Guineensis alis rubris.
B. Psittacus Guineensis rubro varius.
50. *Psittacus Brasiliensis* cinereus.
51. *Psittacus fuscus.*
52. *Psittacus Mascarinus.*
53. *Psittacus Madagascariensis* niger.
54. *Psittaca.*
55. *Psittaca torquata.*
56. *Psittaca Indica* torquata.
57. *Psittaca Borbonica* torquata.
58. *Psittaca Aquarum Lupiarum* Insulæ.
59. *Psittaca Guianensis.*
60. *Psittaca Cayenensis.*
61. *Psittaca Brasiliensis.*
62. *Psittaca Brasiliensis* fronte rubra.
63. *Psit-*

- | | |
|--|--|
| 63. Psittaca Indica. | 82. Psittacula Brasiliensis erythrocephalos. |
| 64. Psittaca Ginguiana. | 83. Psittacula Brasiliensis uropygio cyaneo. |
| 65. Psittaca Ginguiana erythrocephalos. | 84. Psittacula Malaccensis. |
| 66. Psittaca Bengalenfis. | 85. Psittacula Guineensis. |
| 67. Psittaca Carolinensis. | 86. Psittacula Indica. |
| 68. Psittaca Illiniaca. | 87. Psittacula Philippensis. |
| 69. Psittaca Martinicana. | 88. Psittacula Madagascariensis. |
| 70. Psittaca cyanocephalos. | 89. Psittacula gutture luteo. |
| 71. Psittaca Japonensis. | 90. Psittacula Brasiliensis icterocephalos. |
| 72. Psittaca Amboinensis varia. | 91. Psittacula Brasiliensis lutea. |
| 73. Psittaca Indica varia. | 92. Psittacula Senegalensis. |
| 74. Psittaca Brasiliensis lutea. | 93. Psittacula Brasiliensis fusca. |
| 75. Psittaca Mexicana lutea. | 94. Psittacula cristata. |
| 76. Psittaca Angolensis lutea. | 95. Psittacula Mexicana cristata. |
| 77. Psittaca coccinea Bonarum Fortunarum Insulæ. | 96. Psittaca cyanocephalos Indica. |
| 78. Psittaca Indica coccinea. | 97. Psittacula alis deauratis. |
| 79. Psittaca Amboinensis coccinea. | |
| 80. Psittaca Javensis cristata coccinea. | |
| 81. Psittacula Brasiliensis. | |

S E C T I O V.

LIV. Genus Tucanæ. Gallice. Genre du Toucan.

- | | |
|-------------------------------------|------------------------------------|
| 1. Tucana. | guttore albo. |
| 2. Tucana Cayenensis gutture luteo. | 4. Tucana Cayenensis gutture albo. |
| 3. Tucana Brasiliensis | 5. Tucana Brasiliensis gut- |

- gutturē luteo.
6. Tucana Mexicana torquata.
7. Tucana Mexicana viridis.
8. Tucana Cayenensis viridis.
9. Tucana Brasiliensis viridis.
10. Tucana Cayenensis torquata.
11. Tucana lutea.
12. Tucana cœrulea.

O R D O X I V.

S E C T I O I.

LV. Genus *Rupicola*. Gallice. Genre du Coq-de-Roche.

1. *Rupicola*.

LVI. Genus *Manacus*. Gallice. Genre du Manakin.

1. *Manacus*.
2. *Manacus* gutturē albo.
3. *Manacus* albo-capillus.
4. *Manacus* auro-capillus.
5. *Manacus* rubro-capillus.
6. *Manacus* ruber.
7. *Manacus* aurantius.
8. *Manacus* torquatus.
9. *Manacus* alba fronte.
10. *Manacus* cristatus niger.
11. *Manacus* cristatus rufus.
12. *Manacus* cristatus ruber.
13. *Manacus* cristatus griseus.

S E C T I O II.

LVII. Genus *Momotus*. Gallice. Genre du Momot.

1. *Momotus*.
2. *Momotus* varius.

S E C T I O III.

LVIII. Genus *Ispida*. Gallice. Genre du Martin-pêcheur.

1. *Ispida*.
2. *Ispida* Bengalensis.
Tom. II.
3. *Ispida* Bengalensis minor.
Kk
4. *Ispida*

- | | |
|--------------------------------------|-------------------------------------|
| 4. Ispida Indica. | 16. Ispida Americana cœrulea. |
| 5. Ispida Indica torquata. | 17. Ispida Indica cristata. |
| 6. Ispida Philippensis cristata. | 18. Ispida Madagascariensis. |
| 7. Ispida Senegalensis. | 19. Ispida Brasiliensis. |
| 8. Ispida Capitis Bonæ Spei. | 20. Ispida Brasiliensis cristata. |
| 9. Ispida Americana viridis. | 21. Ispida Carolinensis cristata. |
| 10. Ispida Cayenensis. | 22. Ispida Dominicanensis cristata. |
| 11. Ispida Senegalensis major. | 23. Ispida Mexicana cristata. |
| 12. Ispida Madagascariensis cœrulea. | 24. Ispida ex albo & nigro varia. |
| 13. Ispida Smyrnenensis. | 25. Ispida Brasiliensis nœvia. |
| 14. Ispida Bengalensis major. | 26. Ispida Ternatana. |
| 15. Ispida Bengalensis torquata. | |

LIX. *Genus Todi.* Gallice. *Genre du Todier.*

- | | |
|------------------|--------------------|
| 1. Todus. | 3. Todus cinereus. |
| 2. Todus varius. | |

S E C T I O I V.

LX. *Genus Apiastri.* Gallice. *Genre du Guêpier.*

- | | |
|---|---------------------------------------|
| 1. Apiaster. | riensis torquatus. |
| 2. Apiaster icterocephalos. | 9. Apiaster Bengalensis torquatus. |
| 3. Apiaster flavicans. | 10. Apiaster Philippensis minor. |
| 4. Apiaster Brasiliensis. | 11. Apiaster Angolensis. |
| 5. Apiaster Mexicanus. | 12. Apiaster Philippensis major. |
| 6. Apiaster ex Franciæ Insula. | 13. Apiaster Indicus erythrocephalos. |
| 7. Apiaster Madagascariensis. | |
| 8. Apiaster Madagascariensis torquatus. | |

S E C T I O V.

LXI. *Genus Hydrocoracis.* Gallice. *Genre du Calao.*

- | | |
|----------------------------------|---|
| 1. Hydrocorax. | 4. Hydrocorax indicus. |
| 2. Hydrocorax Philip-
pensis. | 5. Hydrocorax Senega-
lensis melanorynchos. |
| 3. Hydrocorax Africa-
nus. | 6. Hydrocorax Senega-
lensis erythrorynchos. |
-

O R D O XV.

S E C T I O I.

LXII. *Genus Struthionis.* Gallice. *Genre de l'Autruche.*

1. Struthio.

S E C T I O II.

LXIII. *Genus Rheæ.* Gallice. *Genre du Thouyou.*

1. Rhea.

LXIV. *Genus Casuarii.* Gallice. *Genre du Casoar.*

1. Casuarius.

S E C T I O III.

LXV. *Genus Raphi.* Gallice. *Genre du Dronte.*

1. Raphus.

O R D O XVI.

S E C T I O I.

LXVI. *Genus Otidis.* Gallice. *Genre de l'Outarde.*

- | | |
|--------------------------|----------------------|
| 1. Otis. | pestris vulgo dicta. |
| 2. Otis minor, Anas cam- | 3. Otis Arabica. |

Kk 2

SEC:

S E C T I O II.

LXVII. Genus *Himantopi*. Gallice. Genre de l'*Echasse*.

1. *Himantopus*. 2. *Himantopus Mexicanus*.

LXVIII. Genus *Ostralegæ*. Gallice. Genre de l'*Huitrier*.

1. *Ostralega*, *Pica marina* vulgo dicta.

S E C T I O III.

LXIX. Genus *Pluvialis*. Gallice. Genre du *Pluvier*.

- | | |
|---|--|
| 1. <i>Pluvialis aurea</i> . | 10. <i>Pluvialis Dominican-</i>
<i>sis torquata</i> . |
| 2. <i>Pluvialis aurea minor</i> . | 11. <i>Pluvialis Jamaïcensis</i>
<i>torquata</i> . |
| 3. <i>Pluvialis Dominican-</i>
<i>sis aurea</i> . | 12. <i>Pluvialis major</i> , <i>Oe-</i>
<i>dicnemus</i> vulgo dic-
<i>ta</i> . |
| 4. <i>Pluvialis aurea Freti</i>
<i>Hudsonis</i> . | 13. <i>Pluvialis Bengalensis</i>
<i>major</i> . |
| 5. <i>Pluvialis minor</i> sive
<i>Morinellus</i> . | 14. <i>Pluvialis Persica</i> cris-
<i>tata</i> . |
| 6. <i>Morinellus Anglica-</i>
<i>nus</i> . | 15. <i>Pluvialis Senegalensis</i>
<i>armata</i> . |
| 7. <i>Pluvialis torquata</i> . | 16. <i>Pluvialis minima</i> In-
<i>dica</i> . |
| 8. <i>Pluvialis torquata mi-</i>
<i>nor</i> . | |
| 9. <i>Pluvialis Virginiana</i>
<i>torquata</i> . | |

O R D O XVII.

S E C T I O I.

LXX. Genus *Vanelli*. Gallice. Genre du *Vanneau*.

- | | |
|---------------------------------|---|
| 1. <i>Vanellus</i> . | 5. <i>Vanellus Bononien-</i>
<i>sis major</i> . |
| 2. <i>Vanellus griseus</i> . | 6. <i>Vanellus Senegalensis</i>
<i>armatus</i> . |
| 3. <i>Vanellus varius</i> . | |
| 4. <i>Vanellus Helveticus</i> . | |

7. Va-

7. Vanellus Ludovicianus armatus. 8. Vanellus Dominicanus armatus.

LXXI. Genus *Jacana*. Gallice. Genre du *Jacana*.

1. *Jacana*. 4. *Jacana armata fusca*.
2. *Jacana armata*. 5. *Jacana armata varia*.
3. *Jacana armata nigra*.

S E C T I O I I.

LXXII. Genus *Arenaria*. Gallice. Genre du *Coulon-chaud*.

1. *Arenaria*. 2. *Arenaria cinerea*.

S E C T I O I I I.

LXXIII. Genus *Glareola*. Gallice. Genre de la *Perdrix-de-mer*.

1. *Glareola*. 3. *Glareola naevia*.
2. *Glareola torquata*. 4. *Glareola Senegalensis*.

S E C T I O I V.

LXXIV. Genus *Rallus*. Gallice. Genre du *Râle*.

1. *Rallus aquaticus*. 6. *Rallus Philippensis torquatus*.
2. *Rallus aquaticus minor sive Marsetta*. 7. *Rallus Philippensis fuscus*.
3. *Rallus Genistarum sive Ortygometra*. 8. *Rallus Virginianus*.
4. *Rallus Philippensis*. 9. *Rallus Pensilvanicus*.
5. *Rallus Philippensis striatus*. 10. *Rallus Jamaicensis*.

S E C T I O V.

LXXV. Genus *Tringa*. Gallice. Genre du *Beccasseau*.

1. *Tringa*. 3. *Totanus*.
2. *Guinetta*. 4. *Totanus ruber*.
Kk 3 5. *To-*

- | | |
|---------------------------|--------------------------------|
| 5. Totanus striatus. | 13. Cinclus Dominicanus minor. |
| 6. Totanus nævius. | 14. Calidris. |
| 7. Totanus cinereus. | 15. Calidris nævia. |
| 8. Totanus candidus. | 16. Calidris grisea. |
| 9. Totanus Bengalensis. | 17. Calidris grisea minor. |
| 10. Cinclus. | 18. Pugnax. |
| A. <i>Cinclus minor</i> . | 19. Merula aquatica. |
| 11. Cinclus torquatus. | 20. Turdus aquaticus. |
| 12. Cinclus Dominicanus. | 21. Canutus. |

LXXVI. Genus *Limosæ*. Gallice. Genre de la Barge.

- | | |
|-------------------------|---------------------------|
| 1. Limosa. | 6. Limosa rufa major. |
| 2. Limosa grisea. | 7. Limosa Americana rufa. |
| 3. Limosa grisea major. | 8. Limosa candida. |
| 4. Limosa fusca. | |
| 5. Limosa rufa. | |

LXXVII. Genus *Scolopacis* Gallice. Genre de la Beccasse.

- | | |
|------------------------------|---------------------------------|
| 1. Scolopax. | patana. |
| A. <i>Scolopax candida</i> . | 5. Gallinago Anglicana. |
| 2. Gallinago. | 6. Gallinago Capitis Bonæ Spei. |
| 3. Gallinago minor. | |
| 4. Gallinago Maderas- | |

S E C T I O V I.

LXXVIII. Genus *Numenius*. Gallice. Genre du Courly.

- | | |
|-------------------------------|--------------------------------|
| 1. Numenius. | 6. Numenius Americanus fuscus. |
| A. <i>Numenius candidus</i> . | 7. Numenius Mexicanus varius. |
| 2. Numenius minor. | 8. Numenius Americanus major. |
| 3. Numenius Madagascariensis. | 9. Numenius Americanus minor. |
| 4. Numenius viridis. | |
| 5. Numenius castaneus. | 10. Nu- |

- | | |
|-------------------------------------|--------------------------------------|
| 10. Numenius Brasiliensis candidus. | 12. Numenius Brasiliensis coccineus. |
| 11. Numenius Brasiliensis fuscus. | 13. Ibis. |
| | 14. Ibis candida. |

S E C T I O V I I.

LXXIX. Genus *Platea*. Gallice. Genre de la *Spatule*.

- | | |
|------------------|---------------------|
| 1. Platea. | 3. Platea coccinea. |
| 2. Platea rosea. | |

S E C T I O V I I I.

LXXX. Genus *Ciconia*. Gallice. Genre de la *Cigogne*.

- | | |
|----------------------------|--|
| 1. Ciconia fusca. | 8. Grus Mexicana. |
| 2. Ciconia alba. | 9. Grus Japonensis. |
| 3. Ciconia Americana. | 10. Grus Americana. |
| 4. Ciconia Brasiliensis. | 11. Grus Freti Hudsonis. |
| 5. Ciconia Guianensis. | 12. Grus Numidica, Virgo Numidica vulgo dicta. |
| 6. Grus. | |
| 7. Grus Orientalis Indica. | |

LXXXI. Genus *Ardea*. Gallice. Genre du *Héron*.

- | | |
|--------------------------------|----------------------------------|
| 1. Ardea. | 11. Ardea Mexicana cristata. |
| 2. Ardea cristata. | 12. Ardea purpurascens. |
| 3. Ardea Cayenensis cristata. | 13. Ardea Mexicana purpurascens. |
| 4. Ardea cinerea. | 14. Ardea cristata purpurascens. |
| 5. Ardea Mexicana cinerea. | 15. Ardea candida. |
| 6. Ardea Americana cinerea. | 16. Egretta. |
| 7. Ardea Freti Hudsonis. | 17. Ardea Brasiliensis candida. |
| 8. Ardea nævia. | 18. Ardea Carolinensis candida. |
| 9. Ardea grisea. | 19. Ardea Mexicana candida. |
| 10. Ardea Virginiana cristata. | |

- dida.
 20. Ardea candida minor.
 21. Ardea nigra.
 22. Ardea nigra torquata.
 23. Ardea Brasiliensis.
 24. Botaurus.
 25. Botaurus Freti Hudso-
 nis.
 26. Botaurus minor.
 27. Botaurus striatus.
 28. Botaurus major.
 29. Botaurus rufus.
 30. Botaurus Brasiliensis.
 31. Botaurus nævius.
 32. Botaurus Americanus
 nævius.
 33. Cancrofagus.
 34. Cancrofagus casta-
 neus.
 35. Cancrofagus rufus.
 36. Cancrofagus rufus næ-
 vius.
 37. Cancrofagus luteus.
 38. Cancrofagus Philip-
 pensis.
 39. Cancrofagus Ameri-
 canus.
 40. Cancrofagus Brasilien-
 sis.
 41. Cancrofagus Baha-
 mensis.
 42. Cancrofagus cœru-
 leus.
 43. Cancrofagus viridis.
 44. Cancrofagus viridis
 nævius.
 45. Nictycorax.
 46. Ardeola.
 47. Ardeola nævia.

LXXXII. Genus Scopi. Gallice. Genre de l'Ombrette.

I. Scopus.

S E C T I O I X.

LXXXIII. Genus Cochlearii. Gallice. Genre de la
 Cuilliere.

- I. Cochlearius. 2. Cochlearius fuscus.
 A. Cochlearius nævius.

S E C T I O X.

LXXXIV. Genus Balearicæ. Gallice. Genre de l'Oi-
 seau-royal.

I. Balearica.

S E C T I O X I.

LXXXV. Genus *Cariamæ*. Gallice. Genre du *Cariama*?1. *Cariama*.LXXXVI. Genus *Anhimæ*. Gallice. Genre du *Kamichy*.1. *Anhima*.

S E C T I O X I I.

LXXXVII. Genus *Porphyronis*. Gallice. Genre de la *Poule-Sultane*.

- | | |
|--------------------------------------|---------------------------------------|
| 1. <i>Porphyrio</i> . | 7. <i>Porphyrio punctulatus</i> . |
| A. <i>Porphyrio melanocephalos</i> . | 8. <i>Porphyrio nævius</i> . |
| 2. <i>Porphyrio minor</i> . | 9. <i>Porphyrio Freti Hudsonis</i> . |
| 3. <i>Porphyrio viridis</i> . | 10. <i>Porphyrio Maderaspatanus</i> . |
| 4. <i>Porphyrio fuscus</i> . | |
| 5. <i>Porphyrio rufescens</i> . | |
| 6. <i>Porphyrio rufus</i> . | |

O R D O X V I I I.

S E C T I O I.

LXXXVIII. Genus *Gallinulæ*. Gallice. Genre de la *Poule-d'eau*.

- | | |
|-----------------------------|-----------------------------|
| 1. <i>Gallinula</i> . | 3. <i>Gallinula major</i> . |
| 2. <i>Gallinula minor</i> . | |

S E C T I O I I.

LXXXIX. Genus *Phalaropi*. Gallice. Genre du *Phalarope*.

- | | |
|---------------------------------|----------------------------------|
| 1. <i>Phalaropus</i> . | 3. <i>Phalaropus fuscus</i> . |
| 2. <i>Phalaropus cinereus</i> . | 4. <i>Phalaropus rufescens</i> . |

XC. Genus *Fulicæ*. Gallice. Genre de la Foulque.

- | | |
|------------------|---------------------|
| 1. Fulica. | 3. Fulica Mexicana. |
| 2. Fulica major. | |

O R D O X I X.

XCI. Genus *Colymbi*. Gallice. Genre de la Grebe.

- | | |
|------------------------------|---|
| 1. Colymbus. | 8. Colymbus Insulæ S. Thomæ. |
| 2. Colymbus cristatus. | |
| 3. Colymbus cristatus minor. | 9. Colymbus fluviatilis. A. <i>Colymbus fluviatilis nigricans</i> . |
| 4. Colymbus cornutus. | |
| 5. Colymbus cornutus minor. | 10. Colymbus fluviatilis Carolinensis. |
| 6. Colymbus auritus. | 11. Colymbus fluviatilis Dominicanensis. |
| 7. Colymbus minor. | |

O R D O X X.

S E C T I O I.

XCII. Genus *Uriæ*. Gallice. Genre du Guillemot.

- | | |
|--------------------------|------------------------|
| 1. Uria. | lumba Groenlandica |
| 2. Uria minor. | vulgo dicta. |
| 3. Uria minor nigra, Co- | 4. Uria minor striata. |

S E C T I O I I.

XCIII. Genus *Fraterculæ*. Gallice. Genre du Macareux.

1. Fratercula.

XCIV. Genus *Alcæ*. Gallice. Genre du Pingoin.

- | | |
|----------------|----------------|
| 1. Alca major. | 3. Alca minor. |
| 2. Alca. | |

ORDO



CI. *Genus Stercorarii.* Gallice. *Genre du Stercoraire.*

- | | |
|---------------------------|------------------------------|
| 1. Stercorarius. | 3. Stercorarius longicaudus. |
| 2. Stercorarius striatus. | |

CII. *Genus Lari.* Gallice. *Genre du Goiland.*

- | | |
|----------------------------|---------------------------------|
| 1. Larus niger. | 9. Gavia cinerea minor. |
| 2. Larus cinereus. | 10. Gavia cinerea major. |
| 3. Larus griseus. | 11. Gavia cinerea nævia. |
| 4. Larus fuscus. | 12. Gavia hyberna. |
| 5. Larus varius five Skua. | 13. Gavia ridibunda. |
| 6. Gavia grisea. | 14. Gavia ridibunda phœnicopos. |
| 7. Gavia grisea minor. | 15. Gavia fusca. |
| 8. Gavia cinerea. | |

S E C T I O II.

CIII. *Genus Sternæ.* Gallice. *Genre de l'Hirondelle-de-mer.*

- | | |
|--------------------|------------------------|
| 1. Sterna major. | 5. Sterna atricapilla. |
| 2. Sterna minor. | 6. Sterna nævia. |
| 3. Sterna cinerea. | 7. Sterna fusca. |
| 4. Sterna nigra. | |

CIV. *Genus Rygchopsaliæ.* Gallice. *Genre du Bec-en-ciseaux.*

- | | |
|------------------|------------------------|
| 1. Rygchopsalia. | A. Rygchopsalia fulva. |
|------------------|------------------------|

O R D O XXIV.

S E C T I O I.

CV. *Genus Merganseris.* Gallice. *Genre de l'Harle.*

- | | |
|-------------------------|----------------------------|
| 1. Merganser. | minor five Albellus. |
| 2. Merganser cristatus. | 4. Merganser leucomelanus. |
| 3. Merganser cristatus | |
| | 5. Mer- |

- | | |
|-------------------------|------------------------|
| 5. Merganser niger. | 8. Merganser Virginia- |
| 6. Merganser stellatus. | nus cristatus. |
| 7. Merganser cinereus. | |

S E C T I O II.

CVI. Genus *Anserinum*. Gallice. Genre de l'Oye:

- | | |
|-----------------------------|---------------------------|
| 1. Anser domesticus. | 8. Anser Gambensis. |
| A. <i>Anser cristatus</i> . | 9. Anser Ægyptiacus. |
| 2. Anser sylvestris. | 10. Anser niveus. |
| 3. Anser Septentrionalis | 11. Cygnus. |
| sylvestris. | 12. Cygnus ferus. |
| 4. Anser Canadensis syl- | 13. Anser lanuginosus si- |
| vestris. | ve Eider. |
| 5. Anser sylvestris Freti | 14. Bernicla. |
| Hudsonis. | 15. Bernicla minor. |
| 6. Anser Moscoviticus. | 16. Brenta. |
| 7. Anser Guineensis. | |

CVII. Genus *Anatinum*. Gallice. Genre du Canard.

- | | |
|-------------------------------|---------------------------|
| 1. Anas domestica. | <i>tre candido.</i> |
| A. <i>Anas domestica cir-</i> | 7. Anas clypeata Mexi- |
| <i>rata.</i> | cana. |
| B. <i>Anas Persica.</i> | 8. Strepera. |
| 2. Anas rostro incurvo. | 9. Tadorna. |
| 3. Anas moschata. | 10. Anas hyberna. |
| 4. Anas fera sive Bos- | 11. Anas æstiva. |
| chas. | 12. Anas Bahamensis. |
| A. <i>Boschas major.</i> | 13. Anas Brasiliensis. |
| B. <i>Boschas major gri-</i> | 14. Anas torquata ex In- |
| <i>fea.</i> | sula Terræ-novæ. |
| C. <i>Boschas major næ-</i> | 15. Anas Freti Hudsonis. |
| <i>via.</i> | 16. Anas longicauda. |
| D. <i>Anas fera nigra.</i> | 17. Anas longicauda Hlan- |
| 5. Anas fera sive Boschas | dica. |
| Mexicana. | 18. Anas longicauda ex |
| 6. Anas Clypeata. | Insula Terræ-novæ. |
| A. <i>Anas Clypeata ven-</i> | 19. Penelope. |

A.

- A. *Penelope nigra*.
 B. *Penelope capite fusco*.
 20. *Penelope Mexicana*.
 21. *Anas fistularis*.
 22. *Anas fistularis cristata*.
 23. *Anas fistularis Americana*.
 24. *Anas fistularis Jamaicensis*.
 25. *Glaucium*.
 26. *Glaucium minus*.
 A. *Glaucium minus striatum*.
 27. *Clangula*.
 28. *Anas nigra*.
 29. *Anas nigra major*.
 30. *Anas nigra major Freti Hudsonis*.
 31. *Querquedula*.
 A. *Querquedula erythrocephalos*.
 B. *Querquedula pectore subrufo*.
 C. *Querquedula macula in fronte nigra*.
 32. *Querquedula minor*.
 33. *Querquedula æstiva*.
 34. *Querquedula Sinensis*.
 35. *Querquedula Americana*.
 36. *Querquedula Virginiana*.
 37. *Querquedula Mexicana*.
 38. *Querquedula Ludoviciana*.
 39. *Querquedula Carolinensis*.
 40. *Querquedula Ferroensis*.
 41. *Querquedula Freti Hudsonis*.
 42. *Querquedula Dominicensis*.

O R D O X X V.

S E C T I O I.

CVIII. *Genus Anhingæ*. Gallice. *Genre de l'Anhinga*.

1. *Anhinga*.

CIX. *Genus Lepturi*. Gallice. *Genre du Paille-en-cul*.

1. *Lepturus*.

2. *Lepturus candidus*.

3. *Lepturus fulvus*.

S E C T I O I I.

CX. *Genus Sulæ.* Gallice. *Genre du Fou.*

- | | |
|------------------|-------------------|
| 1. Sula. | 5. Sula Bassana. |
| 2. Sula major. | 6. Fregata. |
| 3. Sula fusca. | 7. Fregata minor. |
| 4. Sula candida. | |

CXI. *Genus Phalacrocoracis.* Gallice. *Genre du Cormoran.*

- | | |
|-------------------|-------------------------|
| 1. Phalacrocorax. | 2. Phalacrocorax minor. |
|-------------------|-------------------------|

CXII. *Genus Onocrotali.* Gallice. *Genre du Pélican.*

- | | |
|--|--|
| 1. Onocrotalus. | 2. Onocrotalus fuscus. |
| A. <i>Onocrotalus</i> <i>rostr-</i>
<i>denticulato.</i> | 3. <i>Onocrotalus</i> <i>Philip-</i>
<i>pensis.</i> |

O R D O X X V I.

S E C T I O I.

CXIII. *Genus Phœnicopteri.* Gallice. *Genre du Flamant.*

1. Phœnicopterus.

S E C T I O I I.

CXIV. *Genus Avocettæ.* Gallice. *Genre de l'Avocette.*

1. Avocetta.

CXV. *Genus Corriæ.* Gallice. *Genre du Coureur.*

1. Corrira.

Finis Indicis.

Section II

1. ...
 2. ...
 3. ...
 4. ...
 5. ...
 6. ...
 7. ...
 8. ...
 9. ...
 10. ...

Section III

1. ...
 2. ...
 3. ...
 4. ...
 5. ...
 6. ...
 7. ...
 8. ...
 9. ...
 10. ...

...

